Digitized by Google

7786
Juris E. 1 f. 187

Giphanius a

(Giffen)

(Hubert van)

339173

D. HUBERTI

GIPHANII JURISCONSULTI CELEBERRIMI, ANTECESSORIS

NOBILISSIMI, SACRÆ CÆSAR. MAJEſtat. Conſiliarii laudatiſſimi.

OECONOMIA IURIS,

SIVE

DISPOSITIO METHODICA Omnium LIBRORUM ac TITULORUM totius Juris Civilis Imperatoris Juſtiniani ſacratiſſimi Principis, planè nova, cui ſimilis antehac nõ viſa, cognitionem deniq; juris affectantibus apprimè neceſſaria.



Cum Gratia & Privilegio S. Cæſareæ Majeſtatis.

ARGENTORATI,

Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopolæ.

Anno M. DC. XII.

LAZARVS ZETZNERVS CANDIDO LECTORI JURIS STUDIOSO S.

Nullus argento color eſt avaris
Abdito terris, &c. niſi temperato
Splendeat uſu.

ut Lyricus canit. Idem penè de re longè præſtantiſſima, quæ neque argento, neque auro, neq; gemmis veneat contra: excellentiſſimorum ingeniorum dico monumenta, pronuntiare nobis liceat, quamdiu illa ſitu & ſqualore obſita, privatis in Bibliothecis lateant, æternis, ut ita loquar, damnata tenebris: nullam eorum eſſe utilitatem, niſi ut blattas tineasq; inſectorum abjectiſſima paſcant: Eadem vero in lucem prolata: cum ſtudioſorum hominum manibus teruntur: Deum immortalem, quos non ſcietiæ theſauros ubertim affatimque profundunt? Quæ conſideratio utilitatis publicæ, Lector candide, me permovit, ut Nobiliſſimi illius Germaniæ Jurisconſulti Dn. HUBERTI GIPHANII Anteceſſoris quōdam celeberrimi, & Conſiliarii S. Cæſ. Majeſt. prudentiſſimi, Cōmentariis luce publica donandis, curam manumq; admoverem. Sciebam ea anxie nimis & ſolicite ab iis expeti, de vera ac genuina Jurisprudentia, vere ac ſincere qui judicare nôrunt: Studioſos verò Juris adoleſcentes, cum ſuſpiriis pene & indignatione quiritari, quod tamdiu illa, ingenti cum diſpendio ſuo, quaſi vinculis iniectis detenta, ſupprimerentur. Et uſus eſt quidem

auctor ipſe, ut vir rerum intelligentiſsimus, certo quodam conſilio ſuo: ut quæ in Jure civili elaborata haberet: non præcipiti quadam ambitione, in vulgus ed re feſtinaret: ſed premeret etiam ultra eum annum, quem prudentiſsimus Poëta, ingenii fœtibus in lucem producendis, terminum poſuerat. Quanquam ea ſunt ingenii ipſius monumenta, ut in ipſis etiam cunabulis adoleviſſe, & maturitatem cum ortu ſuo accepiſſe judicarentur. Sed eſt is doctorum virorum mos, à vulgo admodum diverſus ingenii ſui fœtus nunquam pro dignitate ſua ſatis ſibi elimaſſe videantur. Eſt tamen religioſa illa cura æqui bonique conſulenda, quod operis præſtantia, naſcendi moram recompenſet: qua in re naturam ducem ut decet ſequuntur: eſt enim ab illa ita comparatum, ut durabile non ſit, quod ſubito naſcitur: è contrario, quæ tractum temporis longiorem deſiderant ut producantur, ea ad longam poſteritatem vivere conſueverunt. Nunc vero poſtquam ea ſunt tempora, ut nullius quamvis doctiſsimi hominis lima accuratiſsimis auctoris noſtri monumentis, ipſo ex hominum conſortio nobis erepto, decoris aut dignitatis quicquã addere poſsit: quid cauſæ eſt, cur diutius iſta patiamur, in privatis paucorũ deliteſcere loculis? cur publico omnium deſiderio & votis negentur? cur communibus totius Europæ commodis invideantur. Certum perſuaſumq; habemus, ea quæ auctor ipſe ad unguem, quod ajunt, perfecerat, ejusmodi eſſe, ut ne ab i-

ipſo vivo

pſo vivo addi quid ultra potuerit, nedum ut ab aliis quicquam ipſis accedere præſtantiæ queat. Si qua vero adfecta reliquit & nondum omnibus numeris abſoluta ea talia ſunt, tam extra vulgarium ingeniorum aleam poſita: ut qui in ſeculari ſunt, æq; ſint illa relicturi imperfecta atq; ab Apelle inchoatam Venerem, nemo aggreſſus eſt abſolvere. Cur igitur abſolutis conſummatisq; præſtantiſſimi ingenii laboribus non fruantur qui iuri vel dicundo, vel docendo, vel diſcendo operã navant? Cur non iis utantur, quæ idem ille auctor noſter, ita affecta habet ut à perfectione quam proximè abſint. Neq; enim viro, tanta doctrina, tanto ingenio, tanta induſtria, atq; fuit hic noſter Giphanius, quicquam excidere poſſit, quod non bonorum atq; doctorũ approbandum ſit calculo. De doctrina & eruditione illius quid attinet pauca dicere, cum paucis ut debet ſatis exprimi nequeat: multa dicere pro ipſius dignitate, mea mihi non permittat facultas. Norunt omnes, quæ ipſius fuerit perfectio in omni humaniori diſciplina quæ quidem ingenuis ortos parentib. addeceat? quæ fuerit præditus facultate præcipuarũ illarum linguarum, quæ vel ad animi cultum faciunt, vel ad humana, tum privata, tum publica dextrè obeũda negotia, his temporibus maximè frequentantur. Nihil in omni Philoſophia, quod intactũ ille inexcuſſumq; reliquerit. In ea doctrinæ parte quæ vitam moresq; hominum gubernat, quæq; prima elementa Iuriſprudentiæ ſub-

miniſtrat, quantum præſtiterit, norunt illi, qui ipſum Ariſtotelica Ethica, & Politica explicantem audierunt, quiq; ab auditoribus prælectiones ipſius magnis ſumptibus ſibi compararunt in optimis aliis auctorib. quid operæ, quã feliciter poſuerit, loquuntur Agellius, Symmachus, Lucretius, Homerus alii, teſtatum fecerunt, qui ſuperiori vixerunt ſeculo viri docti, Muretus, Manutius, Turnebus, Fornerius, alii. Quam in arte illa præſtiterit, q̃ docet rem univerſam tribuere in partes latentem explicare definiendo obſcuram explanare interpretando, ambigua primo videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera & falſa dijudicarentur, & quæ quib. ꝓpoſitis eſſent, quæq; non eſſent conſequentia, id viva voce tũ docẽdo tum diſputando audientib. ſemper quãplurimis, ſecundo auditorio probavit abundè: demonſtrant idem univerſa ipſius, quæ publicè ꝓpediem videbuntur pulcherrima pulcherrimi ingenii monumenta, adeo ut amuſsim videatur ſecutus illud conſilium, q̃ Νομικῶν κορυφαῖος I. Cujacius filio ſuo unico præſcripſit aliquando in præfatione Poſter. tract. ad Afric. ut cognoſceret ea quæ Philoſophi ſcripſerunt, non ea tantum parte, quæ ad jus pertinet, verum etiam reliquis, ut iis artib. probè inſtructus cõparatusq; iis etiam reb. tractandis animum applicaret, quæ in regnis & civitatib. quibusq; vertuntur, eodemq; tenore ad Juris capeſſenda ſtudia ſe accingeret. Et hunc quidem in ſpem adoleſcens adhuc Giphanius

noſter

noſter peregrinationes ſuſcepit in Galliam, Italiam, aliasq́; præcipuas orbis regiones, non modo ut uberiorem ingenii culturam caperet, atq; in eorum ſe inſinuaret notitiam ac familiaritatem, qui per univerſam Europam ob excellentiam doctrinæ tum celebrabantur, verum etiam eorum ſibi theſaurum quendam colligeret, quæ in Rerumpublic. regnorum atq; diarrhiarum diverſarum adminiſtratione, obſervatu notatuq́; digna occurrerent. Quo impetravit, ut pauci eſſent, qui ipſi contēdere auderent, qui ſe ipſi præferret vix quiſquam. Is igitur cum fuerit Giphanius noſter, non eſt dubitandum, quin cuncta ipſius opera, quæ in lucem publicam proferentur omnibusq; legum & æquitatis Studioſis communicabuntur, eorundem ſint ſtudiis futura longè utiliſſima. Quam vero ſit neceſſarium iſtud, quod nunc publicò conſecramus opuſculum, de librorum titulorumq; Juris Juſtinianei perpetuo ordine ejusq; ratione, ex eo fácilè apparet, quod omnes ii, qui hactenus vel Paratitla ediderunt, vel titulos Juris ordine ſuo explicarunt in eo ſibi laborandum eſſe duxerint, ut oſtenderēt, quo vinculo ſequēs titulus quiſq; præcedentib. cohæreret. quod ad memoriā juvandam in tam magni operis difficilimo itinere faciat plurimū ratio illa, quæ planū facit quemadmodū ſingulæ partes aptè ſibi invicem ſuccedant, id vero in compendio & uno quaſi intuitu atq; momento, ſtylo tam facili atq; perſpicuo, rationib. tā apertis atq; cōvenientib. qui ita

preſtiterit

præſtiterit, fortaſſis hactenus extitit nemo. ſint ſanè qui ordinem tabulis amplis atq; commētariis cōmonſtrārint: rationē tamen ejus qui ita plane in lucē quaſi meridianā propoſuerit, nō eſt quisquā, ſint qui in ſingulis tractatib minutiores partes ſatis appoſitè inter ſe conjugatas eſſe planum fecerint, ſed auguſtiſſimi illius [illegible] *concinnā ſtructuram in univerſum Studioſis ſpectandam qui exhibuerit, cōſpectus nondum eſt. Quid quod ſingularis illud etiā eſt induſtria nō minus q̃ ingenii monumentum, ſtructura edicti perpetui obſervata: cujus ſeriē & in C. The. & à Juſtiniano in C. ſuo ff torumq; opere obſervatā ut plurimùm videmus, non minus q̃ à veteribus ICtis ad edictum qui ſcripſerunt: niſi ubi juſtiſſima cauſa ab Edicti ordine ſibi Juſtinianus diſcedendum putārit. id vero cum ſit opus hactenus ab aliis ne tentatum quidem, quin juris Studioſis id ſit futurum quam gratiſſimum: cumq; auctor noſter id in cæteris ferè ſuis lectionib. ubi de ordine diſſerit, ſequatur: quin idem vobis longè ſit futurum utiliſſimum, dubitare mihi fuerit religio. id ſolum ſi obtinuero, ut intelligant omnes me maximè juvētutis ſtudioſæ atq; in ſpem Reip. ſuccreſcentis, commodis gratificari velle, voti mei mihi compos factus videbor: atq; ad majora in publicam utilitatem promovendam ſuſcipienda incitabor. Vale Lector amice atq; candide.*

OECO-

OECONOMIA, SIVE COMMENTARIVS DE DISPOSITIONE LIBRORUM JURIS JUSTINIANI.

Præfatio communis univerſæ Oeconomiæ.

SOCRATES apud Xenophontem *libr. 5. de dictis Socratis*, qui vulgo *Oeconomicôn* inſcribitur: *Ordine*, inquit, *ac diſpoſitione, nihil vel pulcrius eſt, vel ad uſum accommodatius*: idque exemplis ſuo more in Choris ſcenicis, in exercitu, in triremi, in navi oneraria, in domo, in ipſa deniq; Rep. demonſtrat. Et pulcritudo ex ordine quidem ita perſpicua eſt, ut pluribus eam verbis non ſit opus docere. Nam & apud Græcos τάξις & κόσμος idem valent: Et Plato *in Timæo* hanc ordinis pulcritudinem in ipſo mundo elucere oſtendit. Utilis eſt autem ordo primum ob memoriam, quia, ut Ariſtoteles ait, in libr. *de memoria*, ea quę ſunt ordine diſpoſita, facilius memoriæ mandantur: partim quia, ut Socrates eo loco diſſerit, eadem facilius reperiri, & ſi opus ſit, depromi poſſunt. Denique facit ordo ad intelligentiam rei, de qua agitur, eò quod rem planiorem reddat: ut ordinis perturbatio obſcuriorem. Præterea ad hoc quoque prodeſt ordo, ut ſuum quiſque officium commodius faciat altero non impediente: Ad brevitatem quoque mirifice utilis eſt ordo, ut eadem res bis, terve non reiteretur, teſte Gal. *lib. 6. de tuend. val.* 1

2 Cum autem aliarum artium, tum in primis & legum periti ordinis ſtudioſi eſſe debent, primum propter negotiorum civilium, & præceptorum juris infinitam ferè multitudinem & varietatem, quaſi & ipſa juſtitia, jam olim ut memoria quoque Juriſconſulto-

rum velut proverbio celebretur,cui memoriæ,ut jam dictum, ordo & methodus plurimum inſervit.Denique quia ordo ſuum cuique tribuit: quod juris & juſtitiæ eſt proprium. Unde & eleganter Plato νόμον vocat τάξιν ſive ordinem. Rectè igitur veteres Juriſconſulti,qui ordinem tam in legibus & edictis interpretandis,quam in libris ſcribendis diligenter adhibuerunt, ut videre eſt in ſententiis Pauli *in libris ad Edictum*.Nō ignoro quod M.Cic.*lib.1.de orat.&in Bruto* antiquioribus Juriſconſultis uſum Juris quidē concedat, attamen ordinem in iis requirat. Nam idem Cicero artem Servio Sulpitio magna cum laude tribuit, eumq; ſecuti recentiores, Athenus, Labeo,Sabinus, aliiq; Juriſcōſulti arte & ordine omnia tractare cœperunt. Juliani certè,qui eſt auctor Edict.perpet.diligentiam in eo Edicto ordine deſcribendo,& cōponendo laudat ipſe Juſtin. Imp. quin etiam in antiquo XII,Tabul. libello ordine quodam omnia fuiſſe collocata: Cicero cū imitatus in libro *de legib.*& Cajus ad LL. XII. Tabul.declarat. Quare de libris Juris Juſtiniani Digeſtis,inque Codice & Inſtit.à Tribon.Juſtiniani mandato compoſitis,dubitari non debet,quin & hi bono ordine ſint ſcripti. Neq; enim aſſentiendum eſt iſtis,qui Pandectarum hos libros, quovis alio potius,quam Digeſtorum titulo dignos exiſtimant..

3 Neq; iſtis aſſentiendum interpp. qui eos ita perturbare, nulla adhibita via aut ratione explanant,qui tenebras potius & caliginē, quam lucem afferre videntur.Sunt enim hac ętate eruditi nō pauci,qui confuſè Jus noſtrum interpretantur,& tractant,omniaq; in unum acervum congerunt. Ut cum verbi gratia *tit.de nupt.*explicare ſuſcipiunt, & ſub ipſo interdum leviter mentio fiat teſtamenti, aut tutelæ,ſtatim omnia,quæ de tutelis,quæ de teſtamentis adferri poſſunt, eò congerunt. Quos eleganter Socrates non abſimiles agricolis eſſe dicit, qui in eandem aream ſive cumeram, conjiciunt hordeum,triticū, & legumina. Cui poſtea cum juſculo, cum pane, cū obſonio ſit opus,cogatur prius ſingula ſeligere,quę ordine prius diſtincta, ſtatim ad uſum ſumere poſſint. Nō abſimiles quoq; patribus fam.qui panem in dolio ſive cella vinaria,& vinum in pecuaria recondunt. Sed de his aliâs.

4 Nunc illis ordinem in libris noſtris deſiderantibus eſt accurrendum atq; demonſtrandum,omnia in his libris optimo ordine & divina quadā methodo eſſe pertractata. Cujus mei inſtituti & conſilii hæ

lii hæ

ſii hæ ferè ſunt rationes. I. Ut auctoritas Juris noſtri confirmetur, quæ certè ab iis minuitur, qui confuſionem vocant. Deinde, ut ſapientia auctorum Juris (eſt enim ordo, velut anima, & ut Plato *in Gorgia*, velut ſubſtantia rerum tractandarum) demonſtrata, hos libros magis admiremur, eoſque majore diligentia cognoſcere ſtudeamus. III. Ut faciliores quoque, cum ad intellectum, tum ad memoriam retinendam adjumento ordinis efficiamur. IV. Ut ex ipſis titulis eorumq; ordine breviter præmiſſo, & indicata ſumma quadam, Juris, ὡς ἐν τύπῳ cognita, atq; univerſo Jure leviter hac ratione deguſtato, facilior ſit progreſſus ad accuratam ſingularum legum & quæſtionum difficiliorum tractationem. V. Poſtremo, ut in hoc muneris mei exordio Jus hic explicaturus aliquid adferam, quod cum ad univerſi Juris dignitatem & faciliorem cognitionem, pertineat, tum, ut initio id ſemel explicatũ, à nobis de ordine poſtea ſingulatim reiterare nonſit opus, atq; idem ſæpius inculcare. Solent enim Doctores noſtri ad ſingulos titulos magnopere laborare, de continuatione, ut vocant, titulorum: Deinde, quis ſit ille ordo, demonſtrabimus.

Quod ad prius attinet, in Inſtitutionibus eſſe ordinem adhi- 5
bitum, ſi quis negare audebit, eadem ille opera negare poſſet, ſolẽ meridie lucere, ut dici ſolet. De Digeſtis & Codice eſt controverſia. Sed in Digeſtis, ea inquam ordine eſſe digeſta, his argumentis doceri poteſt. I. Digeſta ſunt compoſita ad exemplum Edicti perpetui, quod pulcherrimo ordine à ſummo Juriſconſulto Juliano fuit digeſtum, ut infra demonſtrabitur. II. Quia idipſum diſertis verbis, multisq; in locis teſtatum reperiatur, ut *in dict. leg. 2. de ſtatu homin. l. 1. ff. de poſſeſſ. hered. pet. l. 1. de fideicommiſſ. hered. pet. l. 1. de R. V. l. 1. de pecul. l. 1. ad Trebellianum, l. 2. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabulas, l. 1. ſi tabulæ teſtamẽti, &c.* III. Quia non veriſimile eſt, tam præclarum opus à ſapientiſſimis viris conditum, idemq; per rerum ſubtilitatem difficile & obſcurum, ſine luce ordinis congeſtum temere fuiſſe. IV. Id & ipſum nomen Digeſti convincit. Poſtremo reipſa id luculenter oſtendam. In Codice quoq; ordinem eſſe doceri poteſt his argumentis. I. Quia Pandectæ ad ordinem Codicis ſunt accommodatæ, & ex ordine Codicis digeſtæ, *l. 1. §. cumq; hæc lex, C. de vet. jur. enucl.* II. Quia Codex Juſtinianus factus eſt ad exemplum Theodoſiani, ut in prima præfatione Codicis. In eo autem Codice Theodoſ. luculentus eſt ordo,

ut videre eſt in ipſo Cod. Theodoſ. quem tamen nonnihil mutavit Tribunianus, ut infra dicetur. III. Quia abſurdum eſt, Conſtitutiones Imperiales temere & ſine ordine in Codicem tanquam in unum acervum congeſtas eſſe. IV. Tum quia infra in re præſente ordinem in Cod. demonſtrabimus.

6 Verum pleriq; Dd. de libris quidem & titulis librorum ſingulis facilè conſentiunt, & aſſentiũtur eos ordine quodam deſcriptos eſſe, & ſerie quadam connexos: de LL. verò, quæ ſub titulis ſingulis continentur, pleriq; omnes etiam recentiores diſſentiunt, nulloq; eas ordine ſub titulis contineri exiſtimant. Nos tamen contra demonſtrabimus Tribunianum in his quoq; diſponendis tàm in Cod. quàm in Digeſt. ordine quodam eſſe uſum, quemadmodum & in jure non tantum eſt ordo librorum & titulorum inter ſe, ſed etiam ſingulorum §§. qui ſub titulis continentur. Cujus rei demonſtratio erit illa quidem nova, ſed ad ipſorum ſententiam aſſequendam non infructuoſa. Hæc de priore parte ſive capite ſint ſatis.

7 Nunc de altera, in qua videndum, quis ordo, & quam ob cauſam à Tribuniano in his tribus libris Juris Digeſt. & Cod. & Inſt. ſit adhibitus. Nam quartus liber, qui Novellarum, à (Glph. Authenticarũ) à 175. Novellis Juſtin. conſtitutis dicitur non Juſtiniani mandato, ſed eo demum mortuo in ordinem à privato quodam homine redactus eſt, qui tamen & ordinem temporis in iis eſt ſecutus plerunque; ſæpè enim aberrat. Et primùm quidem de Inſtit. ordine explicabimus, tum quia id recta ratio ordinis poſtulat, ut à facilioribus ad difficiliora fiat progreſſus: tum quia tempore ſunt priores Digeſt. uno ſcilicet menſe, prius editæ, ut in fin. præfationis *Inſt. & l. 2. C. de vet. jur. enucl.* tum deniq;, quia Digeſt. non tantum ad Edict. perpet. ordinem, ſed ad Inſtitut. partim ſunt accommodatæ.

OECO-

OECONOMIA, INSTITVTIONVM

Liber I.

INſTITUTIONES in duas partes rectè dividi poſſunt: Communem, ut ita dicam, & propriam. Communem voco eam, quæ ad communem Juris ſcientiam pertinet, ut ſunt Juris Etymon, Definitio, diviſio, finis & materia. Propriam voco qua ſinguli juris articuli ſuo quiſque loco ſeparatim explicantur, ut de ſervitutibus, manumiſſionibus, matrimoniis, tutelis, &c. Et prior quidem pars duobus titulis continetur. In reliqua parte, reliqui Inſt. libri conſumuntur. Ratio eſt, quia plerumque communia propriis & ſingularibus priora eſſe debent. 1

Jam verò pars poſterior rurſus ad tria membra revocatur. Ratio eſt, quia jus omne ad tria potiſſimum capita pertinet, perſonas, res, & actiones, qua de re paulo ſubtilius eſt explicandum eo quod in hac trimembri partitione, non tantum ratio ordinis, de quo potiſſimum agimus, ſed fundamentum univerſi juris ſit collocatum. Hujus igitur partitionis auctor eſt Cajus Juriſconſult. quem Tribunianus maximè ſecutus eſt in Inſtitut. componendis. 2

Ratio autem, cur Caium maximè ſit ſecutus hæc mihi videtur, tum quia aliorum veterum Inſtit. aliæ eſſent nimis prolixæ, ut Florentini, & Martiani, aliæ nimis breves, ut Ulpiani, aliæ nimis difficiles, Caij vero eſſent & modicæ, (erant enim 4. tantum libri, ut in indice Digeſt.) & faciles, ut videre eſt, in reliquiis Inſt Caij. Brevitas autem cum facilitate conjuncta utilis eſt Juvenibus & Tyronibus, tum quia Inſt. Caij ætate Juſtiniani & ſuperiore multos jam annos in ſcholis eſſent receptæ. *§. & antea. in præfat. Digeſt.* Nihil autem temerè mutandum & novandum; præſertim in Inſtitutione adoleſcentum. Hæc igitur cauſa eſt & ratio, cur Caium potiſſimum Tribunianus ſit ſecutus, tàm in ordine, quàm in rebus ipſis, quàm denique in librorum numero. 3

Planè interdum in ordine, & ſæpe in rebus ipſis à Cajo diſcedit. De numero jam dictum. De ordine, verbi gratia, in Cajo pars illa prior, de qua ſupra dictum, de juris origine, definitione, &c. non erat in Cajo, ut in fragmēt. Inſtit. De rebus autem ipſis paſſim id liquet, & ratio eſt, quod in Cajo eſſent multa jam inutilia, conſtitutionibus Imperialibus, & maximè à Juſtiniano jam abrogata, quorum in locum Tribunianus meliora, & uſu jam recepta repoſuit, *d. § & autem, & in § res vero, in præfat. pand. &c.* quæ fere & ſola cau- 4

ſa fuit, cur Juſtinianus novas Inſtitutiones componi mandavit, ut ſcilicet Inſtitut. Digeſt. & Cod. omnia tanquam unius corporis membra, inter ſe conſonarent, & ut nihil, niſi quod utile uſuque receptum Juris ſtudioſi adiſcerent, *d. §. nec verò, §. cumque hoc, cum §. ſeq, in præfat. Inſtit.* Et hæc de Cajo hujus trimembris partitionis auctore.

5 Ratio hujus diviſionis paulò altius ex Politia peti debet. Ergo id intelligendum eſt, Jus omne, etiam Juſtitiam in actionib. & negotiis humanis iiſque non omnibus, ſed iis tantum, quæ cum alio contrahuntur, verſari tanquam in proprio quodam ſubjecto, quod in Ethicis tractatur. Negocia autem humana partim ſunt publica, partim privata, unde diviſio juris naſcitur in publicum & privatum, *l. 1. §. hujus ſtudii. de juſtit. & iur.* (Nam de privato jure tantum agitur in inſt. *§. vlt. de inſt. & iur.*) Omnia aguntur vel privatim inter homines, vel publicè coram magiſtratu, & judice. Quæ autem privatim fiunt, aut contrahuntur, ea omnia vel ad perſonas, eorum quæ cõtrahunt, vel ad res & patrimonia eorum pertinent. Hujus autem rei hæc eſt ratio, quia duo tantum in cive & homine privato conſiderantur, de quibus ipſi inter ſe homines agere & contrahere poſſint, quæque ſunt in commercio hominum, ſtatus ſcilicet perſonæ & res. Animus enim ad Deum pertinet. in quẽ neq; Reip. neq; ſingulis privatim jus eſt. Quare cũ duo tantum ſint perſona & res, quæ in commerciis hominũ verſantur, recte quoq; inde duplex juris materia oritur, ut vel ad perſonas jus pertineat, vel ad res. Verum cum negocia humana propter naturalem ad diſſentiendum facilitatẽ, ſæpe exitum per ipſos reperire non poſſunt, velut medium judex & arbiter intervenire ſolet, qui ſua juriſdictione cum eos compeſcere poſſit, pati nõ debet, ut res ad rixas & arma veniat: Tertium de actionibus tanquam ad executionem priorum maxime neceſſarium fuit.

6 Duarenus *lib. 1. diſp. c. 55.* de compoſitione, ordine, methodo. ff. tria hæc capita perſonas, res & actiones longè aliter interpretatur. Putat ille. Cajum hoc velle, nullam partem juris eſſe, nullum contractum, nullum negociũ nullum judicium, in quo tractando hi tres tituli non concurrant. Ut ex Inſtitut. primum in ſtipulatione de perſonis quæritur, quæ ſtipulationem non contrahere poſſint, ſitne ſervus an liber, filiusf. minor, pupillus, furioſus, prodigus &c. deinde quæritur de rebus, quæ in ſtipulationem veniunt, ſitne ſacra; publica, religioſa, corporalis, propria an aliena: & tandem de actionibus, ſit ne in perſonam, an in rem, bonæ fidei, an ſtricta, temporalis, an perpetua: civilis, an prætoria. Idemque in cæteris juris articulis & diſputationibus, ut in mutuo, commodato, obſervare licet, quæ & Balduini eſt ſententia in Inſtitut.

7 Sed cum ea à Juſt. & Caii mente plane eſt aliena, tum recte ita refellitur, Primò enim ordo Inſt. eam non fert quo perſpicue jura perſonarum à rebus & actionibus diſtinguuntur, & ſeparantur. At perſona, res & actio, ſi accipiantur,

plantur ut attributa ut ea accipit Duaren. non tantum non ſeparantur, ſed plerumque in unum juris articulum concurrunt: ut modo de ipſa ſtipulatione ex Duar. indicatum eſt. Verum *tit. de ſtatu hom. in ff.* & ille *in Inſt. de jur perſ.* ſatis indicant, hic non agi de attributo perſonæ (ut vocant Rhetores) ſed de jure quod ad ſtatum hominum, ac perſonæ pertinet: ut ſervitus, libertas, jus ſui, adoptio, tutela, &c. Præterea attributa, ut Duar. fatetur, concurrunt omnia, in articulos, ſive tractatus jurisdictionales: at hæc tria capita plerumq; non concurrunt, ut in teſtamentis nunquam quæri ſolet, an tutor fecerit teſtamentum, an magiſtratus, maritus vel uxor &c. Tertiò multa de perſona ut attributo dici ſolent, quæ ad perſonam (ut hic accipitur) ſive jus perſonarum non pertineant. Verbi gratia ad perſonam, ut attributum, quæritur interdum ex qua ſit natione, qua ſit ſtatura, quo colore, ſit ne hæreticus, mas an fœmina? At hæc omnia ad jus perſonarum, de quo hic agitur, non pertinent. Quartò perſona, ut attributum, eſt accidens, ſed ut hic eſt ſubſtantia civilis. cui accidunt varia, maximè libertas ac ſervitus. Poſtremo, ſi Cajus hic attributa intelligeret, peccaſſet in diviſione: ſunt enim longe plura attributa, locus, tempus &c. quorum in jure non eſt minor uſus quam perſonæ.

Ut autem aliud ex alio, ita Duarenus putat, quoq; Tribunianum in ff. nō tria illa Caii, ſed duo tantum, perſonas & res poſuiſſe, omiſſo tertio, quod eſt de actionibus. Quod valde abſurdum eſt. Nam contra demonſtrabitur Pandectarum magnam partem conſtare ex actionibus & judiciis, priora autem duo leviter attingi tantum *lib. 1. titul. 5. 6. 7. & 8.* 8

Etiam Joh. Apellus, *in Dialog. ad Inſt.* in eadem fuit fere opinione, ut putaret res & perſonas eſſe attributa, ideoque non illa, ſed potius, hæc duo, dominium & obligationem juris capita, ſive ſtrata & fundamenta eſſe ſtatuenda. ſed cum dominium & obligationes ſint tantum affectiones rerum (ut videre eſt ſub tit. *de rer. diviſ. & tit. de adquir. rer. domin. & adquir. poſſ.* quo referemus, quæſo, diſputationem de perſonis, ut ſunt de ſervitute, manumiſſione, nuptiis, adoptione, patria poteſtate, tutela &c? 9

Reſtat Connan. *lib. 2. Comment. jur. civ. c. 1. & lib. 5. c. 1.* qui de duobus, puta de perſonis & rebus ſatis rectè; ſed de tertio, de actionibus, exiſtimat *actionum* verbo contineri non actiones, quibus in judiciis utimur, ſed omnia facta hominum, & contractus, & delicta, teſtamenta, donationes, &c. ut *actionis* verbum tam latè hic pateat, atque apud Ariſtotelem verbum συνάλλαγμα. Sed fieri id non poteſt. I. quia ſequeretur, ut jam etiam ad actiones non jus perſonarum pertinerent matrimonium & tutela & adoptio. ſunt enim actiones. uſucapiones quoque & adquiſitiones dominii, quæ ad tractatum rerum pertinent, referri quoque deberent ad actiones. II. Juriſconſulti Actionis verbo proprie de forenſi, & interdū latius de legitimis actionibus uti ſolent. III. ipſo quoque Inſtit. ordine refellitur, quod Conna- 10

nus non diffitetur. Atque hæc de prima illius partitione, ſive de trimembri juris materia, perſonis, rebus & actionibus dicta ſint.

11 Nunc ad ordinem & Oeconomiam Inſt. redeamus. Et quod ad duas ſummas Inſtit. partes attinet, quas ſupra indicavimus, communem, quæque proœmium, & principia juris continet. & propriam, in quo juris tota tractatio & ſcientia continetur.

12 Prioris quidē hic eſt ordo, ut prius definitiones deinde diviſiones juris & juſtitiæ collocētur. Et primū quidem definitio juſtitiæ, deinde juris, tū etiam dignitas hujus ſciētiæ (eſt enim hęc virtus ut lucifer inter ſydera apud Ariſt. V. Ethic.) ſtatim initio appareat, tū etiam ut ſtudioſos & Juriſconſultos officii admoneanr, ſcopo ſtatim propoſito, ad quem omnia Juris præcepta dirigantur: tum deniq; quia civilem ſcientiam etiam Philoſophi à fine (eſt autem Juris finis juſtitia ſive æquitas. *Cic. in Topic.*) exordiuntur, ut videre eſt in Ethicis Ariſtotelis. Poſtea Juris definitio, & tres diviſiones adjungūtur, & ordine explicantur. Poſtulat enim ratio ordinis, ut omnis quæ ſuſcipitur diſputatio, à definitione proficiſcatur, ut, inquit Cic. Cui ex arte ſtatim adjungi ſolent diviſiones.

13 Quarum prima hæc eſt in publicum & privatum. Altera eſt ſubdiviſio, qua Jus privatum (de eo enim tantum agitur in Inſtit.) in naturale, gētium & civile dividitur: & hæ partes ordine explicantur. *tit. 2.*

14 Tertia diviſione juris jns civile in ſcriptum & non ſcriptum diſtinguitur. His adjungi poteſt & quarta diviſio (vel potius ſubdiviſio) Juris ſcripti in 6. partes. *§. ſcriptum d. tit.* & quinta qua Jus vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et hæc de priore parte Inſtit.

15 Nunc de altera, de qua diligentius explicandum, primum ſummatim, deinde ſingulatim. Et ſummatim ejus partis hic eſt ordo, ut de perſonis *lib. 1. lib. 2. & 3.* de rebus, ut & *4. lib. 5. tit.* Poſtremo de actionibus *à tit. 6. uſq; ad finem* operis explicetur. Ratio ordinis de perſonis quidem, cur de iis primum agatur, indicatur *in d. §. ult.* propter dignitatem perſonarum, ſive hominum, quorum nomine jus eſt conſtitutum, *§. in pecudum. de rer. diviſ.* De rebus autem cur prius agatur, quàm de Actionibus, hæc eſt ratio, tum quia res perſonis ſint ſimiliores, in eo, quod utrumq; Jus perſonarum & rerum ſit privatum, cum actiones publicè exerceantur, ut ſupra dictum; tum quia actiones ſint priorum duorum capitum; velut exſecutio & finis, quibus ſcilicet priora illa duo ad exitum perducuntur, ut ſupra dictum

16 Id quoque ſummatim hic indicandum, hæc 3 Juris capita, hoc eſt, totū opus Inſtit. ordine & via diæretica (partitiones Cicero vocat) diſpoſitum & explicatum eſſe. Nam primum caput de perſonis duabus diviſionibus principalibus, & tribus acceſſoriis & ſubdiviſionibus continetur. II. De reb. quatuor ferè diviſionibus: Tertium quatuor irem diviſionibus principalibus continetur. Atque hæc de altera Inſtitut. parte, ſummatim atque univerſe, quò ad ordinem dicta ſint.

Nunc

Nunc & ſingulatim omnia recte & ordine diſpoſita eſſe demonſtremus. 17
Videamus primum caput ſive perſonarum diviſiones, quarum duæ ut dictũ
eſt ſunt principales, una: Omnes homines liberi ſunt, aut ſervi, quæ ſumma
dicitur, & priore loco explicatur. Ratio eſt, tum quia libertatis ſtatus eſt
primus & cũ ipſo homine natus; tũ quia hæc diviſio continet Jus naturale.
Eſt enim libertas Juris naturalis. Altera autem diviſio principalis continet
Jus civile, ut patriam poteſtatem, quæ eſt civilis, *§. 1. de patria poteſt.* Jus autem
naturale prius eſt civili. Et de hac igitur diviſione, ejuſque una ſubdiviſione.
tit 3. & 5. conſequentibus tit. agitur.

Ejus autem diviſionis trimembris alterum duntaxat membrum de libe- 18
ris hominibus ſubdividitur, deinde in ingenuos & libertinos, & *de ingenuis*
prius agitur *tit. 4.* poſterius *de libertinis tit. 5.* Ratio eſt perſpicua, tum quia
ingenuorum ſtatus eſt prior, ut ex jure naturali, & dignior, cum libertinorum
ſit poſterior, ut ex jure gentium & vilior.

Quia autem libertini definiuntur, qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt, 19
juſto ordine deinde explicat de manumiſſionibus, *§. multis, & ſeqq. tit. 5. &
toto tit. 6. & 7.* Et hæc de priore perſonarum diviſione.

Huic diviſioni ſtatim conjungitur altera *titul. 8.* qua perſonæ quædam 20
ſunt ſui juris, quædam alieno juri ſubjectæ, *d. tit. 8.*

Hujus autem diviſionis duæ ſunt ſubdiviſiones, prius enim membrum, 21
quod eſt de perſonis, quæ ſui juris, ſubdividuntur in eas, quæ vel in tutela
ſunt vel curatione, vel neutro jure tenentur, *tit. 13. de tutelis.* Alterum membrum,
quod agit de perſonis alieno juri ſubjectis, ſubdividitur in eas, quæ
ſunt in poteſtate vel parentum, vel dominorum.

Harum ſubdiviſionum ordo hic eſt, ut illa quidem ſubdiviſio de tutela, 22
&c. poſterius, *d. tit. 13. & ſeqq.* hæc vero de poteſtate prius explicetur, *tit. 10,
& 4. ſeqq.* Ratio eſt quia hæc ſubdiviſio de patria poteſtate ſimilitudinem &
cognationem habet cum priore diviſione de liberis & ſervis.

Cur autem hujus ſubdiviſionis de poteſtate membrum, quod eſt de pote- 23
ſtate Dominorum, prius ſit membro de poteſtate parentum, ratio hæc
eſt, quia poteſtas dominorum eſt antiquior, ut ex jure gentium, cum patria
ſit ex jure civili.

Hinc ſequitur *titul. 10. de nupt.* eumq; *titul. 11. de adopt.* Ratio eſt, quia pa- 24
tria poteſtas duobus præcipue modis comparatur, nuptiis & adoptione, *§.
ult. de nupt. & §. ult. de patria poteſt.* & initio, *tit. de adopt.*

Tandem eos ſequitur, *tit. 12. quib. modis poteſtas ſolvatur.* Poſtulat enim 25
ratio ut prius de modis inducendæ poteſtatis, tam dominorum quam parentum,
poſtremo de modis tollendę agatur. Nam hic titulus eſt communis,
tam dominorum quam parentum poteſtatis: quare rectius ſic ſcriptum eſt
in libris veteribus, *quib. mod. jus poteſtatis ſolvit.* Hactenus de priore ſubdiviſione.

26 Eam juſto ordine ſequitur poſterior *tit. 13.* qua dixi ex illis perſonis, quæ ſunt ſui juris quaſdam eſſe in tutela vel cura, quaſdam neutro jure teneri. Hujus autem ſubdiviſionis tantum prior pars explicatur: ea enim cognita etiam altera intelligitur; contrariorum enim eadem eſt diſciplina.

27 Pars autem ea prior duo cõtinet, tutelam & curationem, & prius quidem de tutela poſterius de curatione: *tit. 23.* Ratio eſt facilis, quia tutela eſt in pupillum curatio eſt adoleſcentis attamen prior eſt pupillus adoleſcente.

28 Jam verò de tutela, cum ea ſit triplex teſtamentaria, legitima & dativa, primum de teſtamentaria, *tit. 13. & ſeq.* deinde de legitima. *tit. 15. & ſeq.* Poſtremo de dativa ſive Attiliana *tit. 20.* Ratio, cur primum de teſtamentaria, quia quamdiu ſperatur teſtamentaria, ceſſat legitima. Ratio reſponſionis ſive hujus reg. eſt, tum favor ultimæ voluntatis, tum quia lex præſumit parentem filio optime de tutore proſpecturum.

29 Ratio autem cur legitima præcedat datiuam, eſt, quia legitimi tutores sũt cognati, qui certe extraneis ut ſunt datiui merito præferuntur, partim quia melius ſint affecti erga pupillum; partim quia ut ad eos hereditatis commodum, ita & onus tutelæ pertineat.

30 Legitima autem tutela cum ſit quadruplex, agnatorum, patronorum, parentum & fratrum, ſive fiduciaria, ordine hæ ſpecies explicantur, *tit. 15. 17. 18. & 19.*

31 Interjicitur *tit. 16. de cap. dimin.* (quæ ad legitimas tutelas pertinet, & non ad alias hoc eſt legitimâ capitis diminutione pereunt, aliæ non item) interjicitur, inquam hic tit. inter legitimam agnatorũ & legitimam patronorum tutelam quia capitis diminutione tollitur legitima duntaxat, alię non item. Vlp *t. 1. 11. §. excepta in lib. reg.*

32 Cur autem priore loco collocetur legitima agnatorum quam patronorum, hæc eſt ratio, tum quia agnatorum eſt ex verbis & ſententia legũ duodecim tab. patronorum tantum eſt ex ſententia, infra initio tit. tum quia agnatorum, quæ ingenuorum eſt dignior. libertinorum vilior.

33 Cur autem deinde patronorum tutela præcedat parentum tutelam, ratio eſt. quia patronorum eſt ex duodecim tabul. ſaltem ex ſententia, ut modo dictum, parentum non eſt neq; ex verbis neque ſententia, ſed exemplo tutelæ patronorum inducta. vt initio tit. *de leg. par. tut.*

Cur denique parentum tutela præcedat fiduciariam, ratio eſt perſpicua,
34 quia pater fratri præfertur in hereditate. §. *ult. de leg. agn. ſucceſſ.* Has tutelæ ſpecies, teſtamentariam & legitimam ita expoſitas ordine, ſequitur tertia datiua. *tit. 20.* Ratio jam expoſita.

35 Huic ſubjungitur *tit. 21. de auctor. tut.* Ratio, quia primum de tutela actum eſt, quemadmodum conſtituatur tutor proximum eſt, ut de ejus effectu agatur. Cujus officii duæ ſunt præcipuæ partes, gerere negocia pupilli & auctoritatem adhibere. De adminiſtratione, quia res eſt difficilior, in Digeſt. & C tan-

C tantum explicatur. De altera officii Parte hic quoque agitur.

Huic proximus eſt *tit. 22. quib. mod. tut. fin.* naturali ratione & ordine ut 36 prius de conſtituenda & gerenda. poſtea de finienda explicetur.

Explicata jam ſeparatim tutela, accedit Imp. ad curationem, quæ erat pars 37 altera prioris membri ſubdiviſionis perſonarum, de qua ſupra. Et hæc eſt ratio ordinis *tit. 23. de curat.* quem ſequuntur tituli communes tam tutelæ, quam curationis, *tit. 24. & pen. & ult.*

Cur autem proprii, & peculiares ſint priores, & his communes ſint poſteriores ratio hæc eſt, quia natura rei initio ſemper explicanda eſt. quæ natura ex definitione & diviſione intelligitur. Natura autem rei ut hic tutelæ & curationis, ut melius explicetur, non debent res confundi tractãdo, quæ natura ſunt diſtinctæ. ut ſunt tutela & curatio. 38

Ex his autem communibus tribus titulis, cur hic de ſatiſdationibus prior ſit reliquis, ratio eſt, quia ſatisdatio pertinet ad tutorem ſemel conſtitutum, excuſatio pertinet ad eum ſæpe, qui nunquam tutor fuit. *De ſuſpectis autem tutoribus* titulus eſt ultimus & poſterior titulo *de excuſationibus*, tum quia excuſatio plerumque fit ante ſuſceptam tutelam, tum quia excuſatio eſt fauorabilior, remotio & accuſatio odioſior. Cur tamen in ff contrarius ſit ordo, hoc eſt, tit. *de ſuſpectis &c.* prior ſit tit. *de excuſationibus.* (eſt ratio quædam ibi ex præcedente tit. ſumenda) infra in ff explicabitur. 39

Liber II. Inſtitut.

ATQUE hęc eſt ratio ordinis lib. adhibiti: in quo poſtquam primum caput juris de perſonis explicatum eſt, recte & ordine adjungitur *lib. 2.* caput proximum *de rebus* explicandum, quod, quia in jure pater latiſſimè, in explicando eo lib. *2.* & *3.* & initium quarti uſq; ad titulum *6.* conſumuntur. Ad hoc enim caput pertinent adquiſitiones dominii, hereditas, contractus & delicta.

Admonuimus jam ſupra hoc caput contineri quatuor fere diviſionibus, 1 quarum prima Res ſunt aut in patrimonio aut extra patrimonium II. Res vel ſunt communes omnium, vel publicæ, vel univerſitatis vel nullius, vel ſingulorum. III. (quæ tamen proximæ ultimi membri diviſionis potius ſubdiviſio eſt) qua rerum dominium adquiritur aut jure naturali, id eſt gẽtium. aut civili. IV. qua res ſunt vel corporales vel incorporales. *tit. 2.*

Si quis tamen ſubtilius conſideret, poterit has quatuor diviſiones ad duas revocare. Nam ſecunda eſt primæ explicatio, & tertia potius modos adquirendi dominii dividit, quam rei diviſionem continet. Pertinent tamen priores tres, ad unum argumentum puta *de rer diviſ n.* Nam in hoc cap. & obligatio continetur. Sed de obligatione inferius, ubi de quarta diviſione rerum corporalium & incorporalium, 2

3 Ordo autem harum diviſionum quatuor inter ſe hic eſt, ut prius de illis agatur, quæ ad dominium pertinent, poſterius de obligatione.

4 Ratio, tum quia dominium continet rei ſubſtantiam civiliter loquendo, ut eleganter Joh. Ramus *in Enchir. de reg. jur. lib. 2* tum quia poſterior diviſio de ſervitutib & obligationibus ad accidentia pertinent tũ quia dominium eſt antiquius obligatione. Nã dominium ſtatim cum ipſo genere humano per occupationem ſcilicet ortum eſt: ſed cõmercia, & obligationes ex jure gentiũ, ex neceſſitate §. *jus autem gentium, ſup de jure nat. gent. & civ. l. 1. de adquir. rer. dom. l. 1. de adquir. poſſ.* Hæc igitũr eſt ratio, cur prius de dominio *tit. 1. & ſeqq. uſq; ad tit. de oblig.* poſterius de obligatione tractetur. Et primæ tres diviſiones quæ ad dominium pertinent, præcedant diviſionem quartam, quæ ad ſervitutes & obligationes pertinet.

5 Priorum autem trium ratio eſt facilis. Nam ſecunda eſt prioris explicatio potius, ad utrumq; ejus membrũ, tertia eſt ſecundæ ejus mẽbri ſingulorũ ſubdiviſio. Nã tertia hoc tantũ agitur, duos eſſe modos ſive genera adquiſitionũ quibus res ſingulorũ dominio noſtro adjiciũtur: alios naturales, alios civiles, & primo quidem de naturalibus, poſtea de civilibus explicabitur.

6 Illud diligenter obſervandum, cum hoc caput de rebus, maximè duabus (ut dictum) diviſionibus, tertia ſcilicet de adquiſitione partim naturali, partim civili, & quarta de reb. corporalib & incorporalib. cõtineatur. In his duab. eũ ordinem teneri ab initio *li. 2. uſq; ad tit. de Action.* ut initio quidẽ tertia prius puta *tit. 1.* ſeparatim quarta *tit. 2. 3 4. & 5* deinde utraq; permixtim & cõfuſe à *tit. 6. uſq; ad tit. de oblig.* & tandẽ quarta rurſus ſeparatim à *d. tit. de oblig. uſq; ad tit. de Actiõ.* explicẽtur. Cujus varietatis ratio in ordine modo explicabitur. Et hęc sũmatim ſive univerſim de analyſi hujus cap. *de reb.* dicta ſint.

7 Nunc de ſingulis videamus. Et primum quod attinet ad primæ diviſionis membra. Eorũ ordo eſt facilis. & à tẽpore petendus. Communes autẽ & publicæ, ut ex jure naturali & gentium ſunt priores ordine, cum reliquæ (ut univerſitatis & nullius) ſint ex jure civili, quod poſterius, & quæ ſunt ſingulorũ partim sũt mixtæ Quod ad tertiã attinet, ratio ordinis mẽbri ejus eſt *in §. ſingulorũ.* mẽbra ſunt duo, vel ad adquiſitiones naturales vel civiles pertinentia. Prius autem de naturalibus *tit. 1.* poſterius de civilibus *tit. 2. & ſeqq.* agitur, quia inquit Imp. commodius eſt à vetuſtiori iure incipere.

8 Naturales autem adquiſitionum modi, cum ſint XII. *§. feræ & ſeqq. tit. 1.* ad duo ſumma genera ſunt revocandi. occupationem & traditionẽ, ſumpto ſcilicet latius *occupationis* vocabulo, ut & Cõtius admonuit *li. d ſp. c. 7.* Ad occupationẽ enim pertinẽt duo modi, puta ferarũ captura, præda hoſtilis &c.

9 Cur autem prius de occupatione. *d. §. feræ* poſterius de traditione. *§. per traditionem.* agatur, ratio hæc eſt: quia occupationis (inquit Cic. 1. *offic.*) eſt antiquiſſimus modus.

10 Sed occupationis, quia ſunt ſpecies, ut jam dictum, inter eos quæ ſit ratio

ordinis,

ordinis ita intelligitur,ſi rurſus hęad duo ſumma capita revocentur,quæ à enim plane natura obveniunt quædam induſtriã hominũ requirunt. Naturales igitur adquiſitiones priore loco,artificioſæ poſteriore collocãtur. Ratio eſt perſpicua Naturalẽ voco capturã ferarũ cui ſimilis eſt præda inventionẽ lapillorũ, fœtum animalium,alluvionẽ,& Inſulam. Artificioſas,& in quibus opera hominũ verſatur, iſtas quinq; voco, ſpeciẽ ſive ſpeciei confectionem,corporũ commixtionẽ,ſuperficiẽ,fructus,& theſaurum. Et hęc de tertię diviſionis priore mẽbro,quod eſt de naturali adquiſitione *tit.1 de rer.diviſ.*

Proximum jam erat alterum de civilibus modis, qui tamen antequã tra- 11
ctentur,interjicitur quarta diviſio.*tit.2.*qua res aliæ ſunt corporales,alię incorporales.Ratio hujus ordinis,tũ ut hac quarta diviſione lõgius abſit à priorib.rerũ diviſionibus, quæ propterea in ff. uno titulo cõtinentur.tũ etiam quia quæ in hac quarta diviſione adferũtur ſervitutes & uſusfr in ff. rerum tractatu continentur.& quia non tantum ex tertia,ſed & hac quarta pendet totum corpus juris de rebus;merito ſtatim initio tractanda fuit.

Cum igitur in hac diviſione tantũ ſit poſitum momẽti, duo hic initio sũt 12
quærenda.Primo,Cur tantum res incorporales hic exponantur;ſervitutes, uſusfr.Vſus(habitatio)hereditas, & obligatio. Secundo,cur rerum diviſiones tantum quatuor ſive duæ potius ſummæ hic adferuntur.

Nam ut de poſteriore quæſtione prius reſpondeamus,ſunt multæ aliæ di 13
viſiones in jure,ut dũ res dividuntur in mobiles,ſoli ſive immobiles, & ſeſe movẽtes.*l.ultim.C.de quadr.ẽ.præſcript.§.1.infra de inutil.ſtipul.* Ut cũ res aliæ ſunt dividuæ aliæ individuæ.*l.23.& 4.ff.de oblig.& action.* Ratio autẽ cur has tantum duas explicet Tribunianus eſt,quod ut jam ſupra dictum, rerũ uſus maxime in duobus, dominio, & commercio ſive obligatione ſit poſitus. Ad dominium autem pertinent tres primę diviſiones ad cõmercia & obligationes pertinet quarta,partim tamẽ etiã ad dominiũ. Nã uſusfr.eſt dominio ſimilis.*l 4.ff.de uſufr.*ut & ſervitutes in eo sũt ſimiles dominio,quod ſint jura in rẽ

Quod ad priorẽ quæſtionẽ attinet, cur 5.tantũ hic res incorporales adferantur. cum ſint & aliæ,ut tutela, & libertas.teſte Ulp: *tit.19. §. in jure. lib. reg. 2.* ut uſucapio, agnatio, genus &c. teſte Cic. *in Top.* ut poſſeſſio, teſte Gallo,apud Feſtum,*in verb.poſſeſſio.* Sic & dominiũ,adoptio,matrimoniũ, dos peculiũ,&c.res incorporales dici poſsũt. Reſpõdeo tantũ eas res incorporales hic explicari,quę ad tractatũ rerũ pertineãt,nõ quę ad jura perſonarũ Uſucapio.n etſi dicitur Ciceroni res in corpore cõſiſtẽs,à noſtris tamẽ rectius ad priorẽ diviſionẽ, de modis adquirẽdi & dominio refertur. Præterea hic ea tãtũ res explicãtur, quæ in meo jure conſiſtunt:at tutela,matrimonium,uſucapio,dominium & poſſeſſio,etiam in facto conſiſtunt. Facta autem à rebus diligenter diſtinguenda docet Con.*lib. 2. cap. 1. & lib. 5. cap. 1.* 14

Dices dominiũ plane in Jure conſiſtere,& tamen hic eſſe omiſſum.Ratio, 15
dominium proprie eſſe rerum corporaliũ, ut & poſſeſſionem, ideoq; rectius

de dominio explicari eo loco, ubi de rebus corporalibus, puta in prioribus diviſionibus.

16 Quod autem Imp. *in l. ult. C. de præſcrip. long. temp.* actionem rebus incorporalibus adnumerat, id quoq; non obſtat. Nam actionum proprius eſt tractatus, diſtinctus à tractatu rerum propter duas cauſas; tum quia earum natura altiſſime pateat; tum quia totius juris velut executio & finis in actionibus & judiciis contineatur, ut & ſupradictum.

17 His autem duabus quæſtionibus & hoc tertiũ adjiciatur, ut de ordine ſcilicet harum rerum incorporalium breviter videamus, hoc eſt, cur primum de ſervitutibus, deinde de uſufructu, & uſu, poſtea de hereditate, poſtremo de obligationibus tractetur.

18 Et cur primum de ſervitutibus & uſufructu agatur, hæc eſt ratio, quia ut modo dictum, hæc jura dominio ſunt ſimillima; ideoq; ſtatim tractanda poſt tractatum de dominio.

19 Cur autem prius de ſervitutibus quã de uſufructu, cũ tamen uſusfructus dominio ſit ſimilior, *d. l. 4.* ratio ſumenda eſt ex verbis *tit. 2.* hoc eſt, *eodẽ modo ſunt jura prædiorum &c.* His enim verbis *et ã ſervitutes &c.* recte ſtatim adjũgitur ipſe tit. *de ſervitutibus*. Eſt & altera ratio, quia tractatus *de uſu & uſufructu* ſit longior, longioraq; in poſteriorem titulum rejici ſoleant. In ff. tamen contrarius eſt ordo, ubi prius de uſufructu, poſterius *de ſervitutibus* explicabitur. Ratio differentiæ infra explicabitur. Et hæc eſt ratio ordinis de uſu & uſufructu & ſervitutibus.

20 Sequitur deinde hereditas, & poſterius obligatio. Ratio ordinis eſt, quia hereditas eſt modus adquirendi dominiũ, ſive ad dominiũ pertinet. Nã hereditate & legato adquiritur dominiũ. *l. a Titio ff. de furt.* ideoq; recte de hereditate ibi explicatur, ubi de modis adquirendi dominii. Obligatio autem longe diſtat à dominio *l. 5. de oblig. & act.* Deinde quia totus de dominio tractatus prior eſt tractatu de oblig. ut ſupra demonſtravimus, merito inter res incorporales obligatio ultimum tenet locum & titulum. Præterea cum duo ſint ſumma rerum capita, dominiũ & obligatio, recte fecit Tribunianus, ut de obligatione tum demum tractet, cum dominium quod eſt caput natura prius, plene fuerit pertractatũ. Eſt & alia ratio cur obligatio ultimo loco explicetur, quia ſcilicet per obligationem optima fiat, & proxima digreſſio ad tractatũ de actiõ. Sũt enim actionum duo genera, in rem & perſonas: in rem actio oritur ex dominio, in perſonas ex obligatione. (Hæc tamen ratio non ſatis eſt idonea nã & à dominio ad actiones nõ incõmoda trãſitio fieri poterat, niſi quod paucæ sũt actiones ex dominio, plerĉq; omnes ex obligatione)

21 His ita præmunitis de hac ſecunda rerũ diviſione, in res corporales, & incorporales facilior erit ordinis ratio eorũ quæ ſequũtur. Nã primũ ex iis jã nota eſt ratio ordinis ad *tit. 3. de ſervitut. & tit. 4.* Cur *tit. 5. de uſu & habitatione.* ſtatim ſubjũgitur, quia uſus ſit ſimilimus uſufructui, initio *tit de uſu & habit.* partim cũ uſufructu, partim cũ uſu ſimilitudinem habeat, *l. 10. de uſu & habit.*

Sequitur.*tit.6.de uſuc.& long.temp.poſſeſſione.*ſed videri poſſit ordo hic perturbatus. Nam tribus rebus incorporalibus ſervitute, uſufructu & uſu ordine jam expoſitis proximum erat de hereditate, quę eſt quarta res incorporalis explicare, & non de uſucapione qui eſt modus adquirẽdi dominii. ſed dictum eſt ſupra, duas eſſe præcipuas diviſiones quibus Imp in hoc capite de rebus explicando vtitur: unam de adquiſitione, partim naturali, partim civili; alteram de rebus corporalib. & incorporalibus, eaſq; interdũ ſeparatim, interdũ conjũctim hic tractari. Nã primo titulo prior diviſio de dominio, altera diviſio *tit.2.3.4.& 5* tractatur, idq; ſeparatim. Hic redit ad priorẽ aliquot titulis intermiſſis idq; hac rõe, quia hereditas & uſucapio ſunt ſimul & res incorporales & modum dominij adquirendi continent, ideoque de hereditate & uſucapione ita tractatur, ut ſimul quoque dominii adquirendi modi explicentur. Et hunc ordinem indicat Imp. *in §. ult. tit. de uſu & habit.* Cum igitur partim ſint naturales, partim civiles illis jam expoſitis ſubtitulo primo poſtulat jam ratio, ut de his proximè explicetur. 22

Civiles autem modi cum ſint univerſales, vel particulares *d.§.ult.* de ſingularibus prius agitur, *tit.6.& 7.* de univerſalibus poſterius, *tit.10.uſq; ad tit. de obl.* tũ quia ſingulares civiles, ſunt naturalib. ſimiliores, quia & naturales ſunt ſingulares: tum quia ſingularium tractatio eſt brevior, univerſalis maxime hereditatis eſt longior, & proinde in poſteriorem titulum rejecta. 23

Civiles autem modi hodie ſunt quinq;. ſi nomina ſpectes, & alias exiguas differẽtias puta uſucapio, longi tẽporis poſſeſſio, donatio, legatum, & fideicõmiſſum. Nam ſi rem ſpectes & jus ipſum videntur tantũ eſſe tria Uſucapio (à qua non differt jure, ſed tantum nomine & origine longi tẽporis poſſeſſio) donatio & legatũ (à quo itẽ non differt hodie fideicõmiſſum, quo ad jus, tantum differt nomine & origine & forma verborum, § *2. infra de legat.*) 24

Ex his autem tribus modis primum *de uſucapione* agitur, *titul.6.* deinde *de donatione, tit.7.* & tandem *de legatis, tit.20.* Ratio ordinis, cur prius de uſucapione, quã de donatione, quia uſucapio eſt antiquior, utpote ex XII. Tab. cũ donationis quædam ſpecies ſit valde recẽs puta propter nuptias, ab Impp. inducta, & proinde poſterior, *§.3.* & eſt aliud, *infra de donat.* 25

Cur autem de legatis poſtremò agatur, ratio eſt tũ quia legatum eſt ſpecies donationis, *§.1. de legat*, tum quia legata pertinent ad teſtamẽta. & proinde de teſtamentis prius explicandũ, poſt uſucapionem & donationẽ. Proximũ quidem erat ſtatim agere de legato, ſed ea tractatio rejicitur poſt tractatum de teſtamentis, propter cauſam jam indicatam, de qua & infra latius. 26

Expoſitis jam modis adquirendi ſingularibus proximum erat de univerſalib. explicare: ante eos tamen duo tituli hic ſubjiciuntur, de perſonis dominium vel alienantib. vel adquirentibus, *tit. 8.& 9.* Ratio eſt quia cũ utile eſt ſcire hæc de perſonis in dominio tum id maxime pertinet ad modos civiles, & proinde hic de perſonis agitur, & nõ illis, ubi de modis naturalib. *tit.1.* 27

Cur autem de perſonis alienãtibus prius; & poſterius de adquirẽtib. aga- 28

tur, hęc eſt ratio: tum quia alienans eſt velut cauſa & origo ut adquirens ſibi adquirat, hoc eſt alienatio prior eſt adquiſitione, tum quia titulus de perſonis adquirentibus convenit non tantum modis ſingularibus, ſed & univerſalibus, & proinde à *tit.9.* de adquirentib. commode ſit tranſitio ad *tit.10.* de univerſalibus quorum tractatus ad ſeqq. tit. pertinet, uſq; ad *tit. de oblig.*

29 Sunt autem quatuor hodie modi adquirendi per univerſitatẽ: hereditas, bonorũ poſſeſſio, ſucceſſio per adrogationẽ, & bonorum addictio libertatis ſervandę cauſa, § *ult per quas perſ.* qui eodẽ ordine deinceps explicãtur.

30 Ratio autem inter eos à tẽpore ſive ordine ſumitur. Hereditas .n. quia eſt antiquiſſima, utpote ex XII. Tab. *initio tit. de leg. Falc.* primo loco explicatur puta *tit.10. & ſeqq.*

31 Huic proximum titulum obtinet bonorum poſſeſſio, de qua *lib.3. tit 10.* Ratio, quia hereditati eſt ſimillima, & bonorũ poſſeſſor eſt velut heres prætorius, *l. pretor, 117. de reg. jur.* Eſt enim bonorum poſſeſſio ex jure prætorio, *initio tit. de bon poſſ.* quod eſt poſterius *12. l. 2. §. cum Coſſ. ff. de orig. jur.*

32 Tertio loco tractatur adrogatio, *tit. de ſucceſſ. per adrog.* quæ eſt ex jure nõ ſcripto. *Inſt. d. tit.* Dices, jus nõ ſcriptum eſſe antiquius jure prætorio ideoq; prius adrogationem explicandam quam bonorũ poſſeſſionem Reſpõdeo, id factum propter ſimilitudinem hereditatis & bonorum poſſeſſionis. Solet .n. Imp. ſæpius in ordine habere rõem ſimilitudinis, *l. 2. de vet. jur. enuc.*

33 Ultimo loco ponitur bonorum addictio, & recte ut puta, quia ut tempore hic modus eſt ultimus, ſic etiam ordine & loco. Eſt enim inductus conſtitutione Imp. Marci, *init. tit. de addict. bonor.*

34 Nunc de ſingulis videamus, & primum quidem de hereditate, quæ quia eſt duplex ex teſtamento & ab inteſtato, prius de teſtamento, poſterius de legitima hereditate explicatur.

35 Ratio eſt quia quamdiu ſpectatur hereditas ex teſtamento ceſſat hereditas es lege, *l. quamdiu, de reg. jur.* Idem & de tutela dictum eſt ſupra.

36 De teſtamentis igitur, quia tractatio longior eſt primum ea exponuntur, quæ ad formam & ordinem teſtamenti pertinent, *tit.10. & ſex ſeqq.* deinde ea, quæ ad teſtamentum tollendum, *tit.17. & 18.* tandem ea quæ ad teſtamenti finem & effectum pertinent, *tit.19.* Cujus ordinis perſpicua eſt ratio, quæ dictat, ut rei, de qua agitur, prius explicetur natura, quę eſt ipſa forma, *l. Julianus, ad exhib* & ut prius explicetur, quemadmodũ quicquam fiat, poſterius, quomodo jam factum deſinat & tollatur.

37 Itaq; *tit.10.* ſtatim de forma & ſollemnibus teſtamenti agitur.

38 Sed quia teſtamentum aliud eſt ſollemne ſive paganicum, aliud non ſollemne ſive militare, expoſito prius ſollemni, ſtatim adjicitur nõ ſollemne, *tit.11. de milit. teſtam.*

39 Jam vero ad formam teſtamenti in primis ſpectantur perſonæ, *l.3. qui teſt. fac. poſſ.* perſonæ autem in teſtamento perſpicue ſunt duæ, teſtator & heres, de his duobus ordine explicatur.

Et primum quidem de teſtatore, quia hic eſt auctor & origo teſtamen- 40
ti, *tit.12.quibus non eſt permiſſ.&c.* deinde de hereditate, *tit.13.& 3.ſeqq.*

Heredes autem ſunt vel ſui, hoc eſt, liberi in poteſtate exiſtentes, vel 41
neceſſarii, vel extranei, *init.tit.de hered.qual.& diff.* & de liberis quidẽ prius,
tit.13. poſtea de quibuslibet heredibus explicatur.

Ratio, cur prius de liberis, eſt: quia liberi neceſſario ſunt vel inſtituen- 42
di vel exheredandi, antequam alii heredes inſtituantur. Et hoc eſt, quod ait
Cajus, inter cætera, quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſario deſiderantur,
principale jus eſt in liberis inſtituendis heredibus, vel exheredandis, *l. inter
cætera.30.de lib.& poſt.* Et hæc igitur eſt ratio, cur de exheredatione prius, *tit.
13.* deinde de hered. Inſt. *tit.14.* agatur. Dictum eſt de heredibus, partim ſuis,
partim extraneis.

Eſt & altera diviſio in primos & ſecundos. Primi proprie inſtituti, ſe- 43
cundi proprie ſubſtituti dicuntur, *l.1.de vulg.& pup.ſubſt.* De primis jam di-
ctum eſt, *tit.13.& 14.* Proximum eſt igitur nunc, ut de ſecundis agatur, hoc
eſt, de ſubſtitutis. Sed ſubſtitutiones ſunt rurſus duæ, pupillaris & vulgaris.
De vulgari agitur prius, *tit.15. De pupillari* poſterius, *tit.16.*

Hos titulos ſequitur jam *tit.17.quib.mod.teſta.infir.* optimo jure. Ratio 44
eſt expoſita, quæ ſcilicet poſtulat, ut prius de ordinandis, poſtea de tollendis
teſtamentis agatur.

Huic ſubjungitur *titul.18.de inoff.teſt.* quia inter modos tollendi teſta- 45
menti, eſt & ipſa querela inofficioſi, de qua ſeparatim hic agitur, tum quia
late pateat, tum quia multa ſingularia habeat jura.

Tandẽ ſequitur *tit.19.de here.qual.* qui in hoc tractatu de teſtamentis me- 46
rito ultimum locum tenet, quia hic tit. tradit jus de aditione hereditatis,
qui eſt finis & effectus ultimus teſtamenti.

Dices, ſi tit.19. agit *de adit. her.* cur non inſcriptus eſt *de adeunda hered.* 47
ſed *de here.qual.& diff.* Ratio eſt quia diviſio illa heredum (quam Imp. diffe-
rentiam vocat) in ſuos & extraneos *initio h.tit.* adfertur, & ab eodem initio,
cõceptus eſt titulus, quamvis ipſa diviſio propter aditionem adferatur, quæ
aditio ſine illa diviſione intelligi non poteſt. Nam proprie extranei tantum
adire hereditatem dicuntur, ſui vero ſe immiſcere. Ad eundem modum &
tit.de rer.diviſ. dicitur tantum ab initio eorum, quæ ſub iſto titulo continen-
tur, h.e. à diviſionibus rerum duabus, quæ tamen alio pertinẽt, ad modos ſc.
adquirendi, quare in illo titulo nihil mutandum, quamvis quidam libris
manuſcriptis repugnantes, eum ita inſcribant, *de rer diviſ.& adquir.ear.dom.*

Adhuc de teſtamentis ſive hereditatibus ex teſtamento dictum: proxi- 48
mum erat explicare de ſucceſſionibus ab inteſtato, ſed interiicitur tractatus
de legatis & fideicom.& Codicillis. Rationem jam indicavimus, quod hæc om-
nia ex teſtamento pendeant, & vires plerunque inde capiant, tanquam te-
ſtamenti partes.

49 Et hanc cauſam ſive rationem ordinis intellexit Imp. initio tit. *de legat.* Quem proxime ſequitur *tit. 21. de ademp. legat.* quia ratio ordinis poſtulat, ut prius dentur, deinde adimantur legata. Cui titulo adjungitur ſtatim *tit. 22. de leg. Falcid.* quia & hæc L. ad legata, ſi non plane adimenda, ſaltem diminuenda pertinet.

50 Titulos 2. *de legat.* ſequuntur duo de fideicommiſſis, propter eorum inter ſe ſimilitudinem.

51 Cur autem prius de legatis & fidei cõmiſſis agatur, hæc eſt ratio, quod legata ſint & antiquiora & firmiora utpote ex XII. Tab. fideicommiſſa poſterius inventa & demum ab Impp confirmata, initio tit. *de leg. Falcid. & §. 1. de fideicommiß. hered.*

52 Fideicommiſſa autem, cum ſint vel univerſalia, vel particularia prius agitur de univerſalibus *tit. 23.* poſterius de ſingularibus. *tit. 24.* Ratio eſt, tum propter dignitatem, plus eſt enim univerſale quam ſingulare: tum exemplo hereditatis & legati, quibus hæc fideicommiſſa comparantur Univerſalia quidem hereditati tit. *de fideicommiſſ. hered.* ſingularia vero legato, *§. non ſolum, de legatis.*

53 Tandem his adjungitur *tit. 25. de Codicillis.* Ratio autem, cur prius de legatis & fideicommiſſis, quam de Codicillis agatur, eſt hæc tum quia legatorum prior & antiquior eſt origo, *tit. de Codicillis* tum quia legata tantum in teſtamento relinquuntur, *§. præterea, de fideicommiß. hered.* Codicilli non tantum teſtamento, ſed etiam ab inteſtato fiunt: quare cum Codicilli cum utraque hereditate, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato habeant aliquid commune, recte tit. *de Codicillis*, quaſi in medio ponitur ſtatim poſt tractatum totum *de teſtamentis*, & ſtatim ante tit. *ab inteſtato*, qui eſt *tit. 1. lib. 3.* Cur tamen in ff. contra fiat, hoc eſt, cur prius *de Codicillis*, poſterius *de legatis & fideicommiſſis* agatur, ratio infra ſuo loco exponetur.

Liber III. Inſtitut.

1 SEquitur jam proxime tractatus de hereditate ab inteſtato. Ratio jam eſt expoſita. Nam cum hereditas ſit duplex, teſtamentaria & legitima, priore jam explicata, proximum eſt, ut de legitima agatur, Cujus tractatus initium eſt *in princ. lib. 3.*

2 Sunt qui *lib. 2.* perducunt usque ad titulum *de obligat.* ut ſit ibi exordium *lib. 3.* Sed iis non eſt aſſentiendum. I. Quia id repugnat omnibus libris manuſcriptis. II. Ipſi Theophilo & aliis Græcis. III. Ipſi Cajo, quem tamen Imp. imitatur: Caji enim liber tertius agebat de hereditate legitima (ut videre eſt in lib *Lex Dei, &c. tit. 16.* eſt collatio legum Moſaic. & civilium antiqui auctoris, edita à P. Pythæo) IV. Quia ſequeretur. ut liber ſecundus juſto longior, & liber quartus æquo brevior fieret.

Hæc

Hæc autem diſputatio de hereditate ab inteſtato diligenter hic & latè 3
exponitur, à primo ſcilicet titulo usque ad titulum 10. *de bon. poſſ.* Ordinis generalis hæc eſt ratio: ut de hereditate ingenuorum legitima prius agatur, poſterius de libertorum, *tit. 7. 8.*

Quod ad ingenuorum hereditatem attinet, quia hodie ſunt quatuor 4
ordines, ad quos ea defertur jure prætorio puta liberorum, agnatorum, cognatorum, viri & uxoris: Jure autem civili ſunt hodie duo, ſuorum & agnatorum ſive potius legitimorum (etenim & alij non agnati ſunt legitimi heredes ab inteſtato ſuccedentes) primo quidem de ſuis, *tit. 1.* deinde de legitimis, *tit. 2. 3. & 4* agitur, & poſtremo de cognatis *tit. 6.* ex jure prætorio. Et hunc ordinem tenuit quoq; prætor, imo ipſa etiam lex XII. Tab.

Quamvis inter legem XII. Tab & prætorem, ea fuerit differentia, quod 5
jure civili, hoc eſt ex L. XII. Tab tantum duo ſucceſſionis gradus ſive ordines ſcilicet ſuorum & agnatorum jure prætorio olim eſſent 8. hodie 4. tantum ſunt. Octo ſunt autem infra *de bon. poſſ.*

Ratio autem hujus ordinis hoc eſt, cur prius de ordine ſuorum, quam 6
de ordine agnatorum, eſt plane naturalis quę dicat, ut hereditas primum ad liberos deferatur quibus ea debetur naturâ. De his igitur, de ſuis inquam, ſive primo ordine agitur, *tit. 1. de hered. quæ ab inteſtato.*

Hunc ſequitur *tit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Ratio eſt perſpicua, quia hic ſit 7
ſecundus ordo ſive gradus ſucceſſionis ab inteſtato, qui eſt agnatorum. Ratio autem cur agnatorum gradus ſit ſecundus, eſt partim civilis, partim naturalis. Civilis quidem quia per agnatos familiæ propagantur, quod eſt civile Lex enim XII. Tab. ut aliis in rebus, ita & in ſucceſſione, maxime ſpectabat civilem rationem. ut in primo ordine patriam poteſtatem, quæ eſt civilis, in ſecundo gentem & familiam. unde gentiles & agnati. Sed gentilium ſucceſſio eſt jam pridem ſublata, teſte Cajo *d. tit. ult. in lege Dei.*

Hunc titulum ſequitur *tit. 3. ad S.C. Tertul. & tit. 4. de SC. Orfic.* Ratio 8
eſt, quia ſecundus ordo olim quidem tantum continebat agnatos & proinde agnatorum dicebatur: ſed ex novis ll. ſive Senatusconſult hodie continet non tantum agnatos, ſed etiam matrem & liberos, ut mater liberis, & liberi matri ſuccedant; & proinde hic ordo dicitur legitimorum.

Et primum quidem, ut dictum eſt, agitur de agnatis, quia ſunt anti- 9
quiores legitimi, ex L. XII. Tab. deinde agitur de aliis legitimis, & prius quidem de matre ut ſuccedat liberis, poſterius de liberis, ut ſuccedant matri. Ratio eſt, quia de matre prius fuit introductum SC. Tertul. de liberis poſterius Orficianum.

Hunc ſecundum ordinem legitimorum, ſequitur tertius cognatorum 10
ordo: Sed hic eſt prætorius, illi civiles ſunt, ideoque poſteriore loco explicantur: Prætoria enim civilibus ſunt poſteriora.

Huic titulo adjungitur *tit. 6. de grad. cognat.* propterea quod in ſucceſ- 11

ſione ab inteſtato graduum cognitio ſit perutilis, multo magis quam in nuptiis, quia prohibitæ nuptiæ ipſa natura jure & paucis regulis ſunt notæ. Quare rectius in jure civili de gradibus in materia de ſucceſſionib. agitur, quam in jure Canonico in materia nuptiarum.

12 Recte autem hic titulus in fine ſucceſſionum ponitur, quia ſervit omnibus ſucceſſionum ordinibus, primo, ſecundo & tertio. Hunc titulum ſequitur in vulgaribus libris tit. *de ſervili cognatio.* Non recte. I. Quia in manuſcriptis veteribus non exſtat. II. Quia Græci eum nō agnoſcunt. III. *§. repetitis, d. tit.* ſatis indicat ea quæ *in d. tit. de ſervili cognat.* habentur, pertinere omnia ad tit. *de gradib. cognatorum.*

13 Hactenus de ſucceſſione ingenuorum nunc de ſucceſſione libertorū. Nam inter has duas ſucceſſionum ſpecies, aliquæ ſunt differentiæ, & olim erant multæ, *§. ſed noſtra. de ſucceſſ. libert.* qui eſt aut certe eſſe debet, *tit. 7.*

14 Adjungitur illi tit. 8. *de adſignatione libertorum*, quia adſignatio facere ſolet, ut cum patronus plures habeat liberos, ſucceſſio liberti non ad omnes liberos, ſed ad eum tantum de liberis pertineat, cui à patre in teſtamento fuerit adſignatus libertus. Recte igitur de adſignatione hic agitur, ubi de ſucceſſione.

15 Et hactenus de primo modo adquirendi per univerſitatem, puta per hereditatem, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato dicta hæc ſint.

16 Huic jam proximè adjunguntur duæ ſpecies adquiſitionis univerſalis, puta bonorum poſſeſſio, *tit. 9.* Et huic tertia ſpecies adrogatio, *tit. 10.* tandem ultima addictio bonorum libertatis ſervandæ cauſa. Ratio ordinis inter has ſpecies, cur una alteram præcedat, ſupra jam eſt explicata.

17 Erant olim & aliæ ſpecies adquiſitionum univerſalium, ut bonorum emptio, & altera ex Senatusconſulto Claudiano. Sed utraque eſt ſublata. Prior quidem deſuetudine jam pridem, altera à Juſtin. & de his eſt *tit. 12.* quo velut concluditur totus tractatus de modis adquirendi dominii, quia ad hunc usq; titulum omnes eæ ſunt explicatæ tam naturales, quam civiles, & ex his civilibus tam generales, quam particulares.

18 Ex quinq; rebus incorporalib. ſupra propoſitis expoſitæ ſunt quatuor. Reſtat jam quinta, nempe Obligatio, ideoq; bono ordine jam tranſit ad obligationes Imp. *tit. 13.* Nunc, inquit, tranſeamus ad obligationes, quia hæ ſolæ reſtant ex ſecundo capit. de rebus, ut intelligitur ex ſuperioribus. Diximus aūt ſupra, cur in hoc capite ultimo locum obtineat obligatio; diximus quoq; cur non rectè quidam hic novi libri, puta tertij initium faciant.

19 Nunc igitur de obligationum collocatione ſeu ordine videamus, primùm ſummatim, deinde ſingulatim. Latè enim hic tractatus patet à *tit. 13. de oblig.* usque ad *tit. 6. lib. 4. de action.* Ergo hujus tractatus de obligationibus duæ ſummæ ſunt partes, una communis, altera ſpecialis.

20 Communis, in qua definitiones & diviſiones adferūtur, uno titulo eoq;

primo

primo continetur. Communia enim ſunt particularibus priora. Ariſt. *de part.animal.* & jam ſæpe dict.

Specialis pars, quæ eſt perſpicua, diviſiones duas continet. *§.2.ejuſdem tit.* Primum enim obligationes ſunt aut ex contractu, aut quaſi, aut ex maleficio, aut quaſi. Deinde (quæ eſt ſubdiviſio) obligationes ex contractu aut re, aut verbis, aut literis, aut nudo conſenſu fiunt. 21

Quod ad primam diviſionem attinet, quæ eſt potiſſimum bimembris, prius agitur de contractu, quàm de delicto, hac ratione: tum quia contractus delictis videantur antiquiores (homines enim initio, ut valde probi, delicta non committebant) tum quia delicta ſunt odioſa, contractus favorabiliores ut quia ex iis vitæ humanæ ſocietas conſervatur. 22

Quod ad alteram diviſionem attinet primo loco collocant obligationes, quæ re contrahuntur, *tit.14.quib.mod.re contr.oblig.* Sunt autem quinq; contractus, qui re fiunt, & primus eſt mutuum. 23

Ratio autem, cur primus locus detur contractibus, qui re fiunt, eſt, tum quia hi contractus, cum adquiſitionibus dominii (de quibus proximè eſt actum) majorem habeant ſimilitudinem, quàm reliqui, in eo ſcilicet, quod ut in adquiſitionibus dominii, ita & in his contractibus naturalis quædam traditio ab uno in alium requiratur: tum quia & re fieri dicuntur, unde & nomen habent, hoc eſt, natura & facto quodam tradendi. 24

Ex his autem contractibus, cur mutuum primo loco ponatur: hæc eſt ratio: tum quia hic contractus eſt omniũ celeberrimus & frequentiſſimus, tum quia ad dominii adquiſitionem proximus: in mutuo enim transfertur dominium in reliquis non item, excepto debito. 25

Mutuo proprie adjungitur indebitum propter ſimilitudinem, de quo in §. *is quoq; ver. nam perinde, de obl. quæ re contrah.* de quibus modis Cujac. latè *3.obſ.1.& 8.obſ.34.* 26

Tertius locus tribuitur commodato, quod præcedit depoſitum & pignus, hac ratione: quia in commodato uſus etiam transfertur: in depoſito & pignore, cuſtodia excepta antichreſi, quæ uſum quoque continet & fructum. 27

Cur autem ſit depoſitum prius pignore, ratio videtur, quia commodato ſit ſimile. Utrumque enim eſt gratuitum, & fit inter amicos, §. *item is, 2.h. tit. l. ſicut certo, §. videndum. ff. commod.* Sed in ff. contrarius eſt ordo ibi pignus prius eſt depoſito. Ratio dicetur inf. ad ff. Et hæc de prima ſpecie contractuum, hoc eſt, obligationum ex contractu, qui re fieri dicuntur, hic uno titulo 14. in ff. aliquot libris explicantur. 28

Nunc de altera, quæ fit verbis, *tit.15.de ver.obl.* Ratio autem cur obligatio, quæ fit verbis, præcedat obligationem quæ fit literis, & obligationem quæ fit nudo conſenſu, hæc eſt, tum quia hæc, quæ fit verbis, etiam de dominio agat, & proinde proxima debet eſſe mutuo, cum emptio & locatio 29

non agant de dominio,tum quia hæc duo re & verbis in jure proximè oppoſita ſint,& proinde obligationem re , commodè ſequitur obligatio verbis: tum denique, quia hæ duæ ſpecies obligationum re & verbis, ſunt non nudæ conventiones: cum emptio & locatio nudo conſenſu fiat. At non nuda ſunt nudis firmiora,& proinde priora.

30 Inter hos autem 6.tit. *de verb.obl.* ratio ordinis eſt perſpicua & optima. Primo enim ut de principali verb.obl.agitur, *tit.15.& 4.ſeqq.* deinde de acceſſoria, *de fidejuſſione.* Principalis deinde verb. obl. quia alia eſt utilis, alia inutilis,juſta ratione prius utilis explicatur, *tit.15.& 3.ſeqq.* & poſt de inutilibus *tit.19.* Sic & de legatis prius de utilibus, poſterius de inutilibus agitur ſub tit. *de legatis,§.legari autem.*

31 Quod ad utilem attinet, quia ſubſtantia ejus eſt ipſa forma: forma autem maximè in verbis ſive interrogationibus & reſponſionibus eſt poſita, quæ variant,puta,modo materia, perſona origine, &c. primo de formalib. hoc eſt,formulis ſtipulationum agitur, & ordine quidem , primum inquam de forma,modo & materia, *tit. 15.* deinde de perſonis, *tit.16.& 17.* de origine ſive auctoritate *tit.18.* præcipuus autem eſt *tit.15.* qui ad modum & materiam obligationum pertinet.

32 Quod ad perſonas attinet,in aliis contractibus, cum ſint tantum duæ, una obligans,altera obligata,in hac obligatione id eſt perſpicuum , ut non tantum ſint duæ,ſed interdum etiam binæ obligantes , binæ obligatæ.

33 Hinc eſt,quod ſingularis tit.de binis perſonis hic ponatur, qui eſt tit. 16. *de duob. reis, &c.* Fit quidem id etiam in aliis, ſed in hac, verb. obl. fit ſæpius.

34 Ad perſonas quoq; pertinet tit 17.*de ſtip. ſerv.* quamvis ſervorum non ſit propriè perſona ut initio *d.tit.* Cur autem in hac ver obl. tit. ſit proprius de ſervis,cum & in aliis obligationibus ſervi interveniant,ut eſt tit generalis,infra *per quas perſ.* ratio hæc eſt: quia magna eſt varietas ſtipulationum, quod ad formam attinet.& rem,de qua agitur,ita,ut ad jus ipſum magnopere interſit quid,qua forma ſtipuletur ſervus.

35 Ad eandem formulæ doctrinam pertinet tit. 18. *de diviſ. ſtipul.* alia eſt enim forma ſtipulationum prætoriarum, alia conventionalium. Hunc titul ſequitur tit. 19. *de inutil. ſtipul.* Ratio ſupra expoſita eſt, ut in titul ſeq. *de fidejuſſ.*

36 Cur autem,cum fidejuſſor omni obligationi accedat,non tantum verbis ſed etiam re hic tamen ubi de verb. obl. agitur,ponatur iſte tit. Ratio eſt, tum quia fidejuſſor inventus potiſſimum videatur propter verborum obligationem. Verbis enim non ſtatim fides habetur : tum quia fidejuſſor tantum verbis conſtituatur.

37 Et hæc de ſecunda ſpecie obligationum, quæ fit verbis, quam proximè ſequitur ea obligatio, quæ litteris fieri dicitur, *tit.21. de litterar. obl.* Ratio eſt

propter

propter ſimilitudinem quæ ei eſt cum priore ver. obl. I enim utraq; eſt civi-
lis. II. Litteræ nihil videntur aliud, quam natura abſentium. III. Quia ut
modo dictum obligatio & verbis & litteris, utraque eſt non nuda.

Reſtat 4. ſpecies & præcipuè Emptio, locatio cui ſimilis eſt Emphyteu- 38
ſis de qua *in §. ideò, de locat.* ſocietas & mandatum: quæ ſpecies ita deinceps
ordine exponuntur propoſito tamen brevi titulo generali. *tit. 22. de obliga.*
q. a o. ſ ſ. Communia enim ſeu generalia, ut dictum ſunt priora. ¶ Inter 39
ſpecialia autem primo loco ponitur emptio, tum quia eſt frequentiſſima,
tum quia ad vitam maximè neceſſaria, de qua *tit. 23.* ¶ Huic proximè ad- 40
jungitur *tit. 24. de, locatione.* ¶ Tertium locum obtinet ſocietas, *tit. 25.* & 41
præponitur mandato ratio eſt quia ſocietas prioribus emptioni & locatio-
ni magis eſt ſimilis quàm mandatũ in eo ſcilicet, quod in duobus illis prio-
ribus uterq; contrahentium ſentit lucrum quod idem fit in ſocietate. ¶ At 42
in mandato plerunq; alter tantum puta mandans, cujus cauſa fere fit man-
datum lucrum capit alter mandatarius non capit niſi interdum honorariũ,
ſed hoc ad ſubſtantiam non pertinet *l. 1. §. mandatum. l. 6. ff. mand.* Quæro,
cur in ff. contrarius ſit ordo? Ratio dicitur infra ad ff.

Expoſito adhuc quadrimembris diviſionis obligationum membro pri- 43
mo, quod eſt de obligationibus ex contractu, rectè & ordine ei adjungitur
alterum membrum de quaſi contractu propter ſimilitudinem. Adferuntur
autem 5. ſpecies quaſi contractus, & ſub uno *tit. 27.* continentur, puta nego-
tia geſta, tutela communio hereditatis aditio & indebitum.

Cur autem primus locus detur negotiis geſtis, hæc eſt ratio: quia hic 44
quaſi contractus eſt proximo priori mandati contractui ſimillimus, tantum
in eo differunt, quod contractus fit mandato Domini, quaſi contractus ſine
mandato:

Eadem ſimilitudo facit, ut ſecundus locus detur tutelæ, *§. tutores, d.* 45
tit. Nam in his tribus, ut mandato negotiis, tutela, gerantur negotia; in illis
majorum, in hac tantum pupilli.

III. Exponitur communio, *§. ſi inter, d. tit. 27.* Et hic quoq; ratio eſt à ſimi- 46
litudine, quæ eſt communioni cum ſocietate, de qua dictus tit. *de mand.*

IV. Species eſt aditio hereditatis quia hæc eſt ſimilis tertiæ communio- 47
ni Nam ut tertia de collegatariis & heredibus inter ſe, ita hæc quarta eſt de
heredib. & legatariis, qua ſcilicet hæres obligatus eſt legatariis, ut in prio-
ri heres heredi, legatarius legatario.

V. Locum obtinet indebitum. *§. item is cui tit. 27.* Ratio eſt, tum quia 48
indebitum, ut neque verè eſt contractus licet numeretur inter contractus,
§. is quoque, tit. 14 ita nec eſt propriè quaſi contractus. Eſt enim verius qui-
dam diſtractus, ut hic ait Imp. tum quia ab hac ſpecie commodè fiat tranſitio
ad tit. ſeq non proximum, ſed alterum 29. hoc eſt, fit tranſitio ab hoc diſtra-
ctu ad modos tollendæ obligationis.

Prius

49 Prius enim interijcitur *tit.28.de perſonis, per quas obligatio adquiritur*, exemplo dominii: de cujus modis adquirendi prius agitur, poſtea de perſonis, per quas dominium adquiritur, *tit.9.lib.2.* Notum eſt autem in tractatu rerum, hæc duo capita, dominium & obligationem eſſe ſumma, ideoque non malè eodem ferè ordine explicantur.

50 Hunc igitur titulum 28.*per quas perſ.* ſequitur tit.29. *quib. mod. toll. oblig.* Ratio ordinis eſt perſpicua quæ poſtulat, ut prius de re conſtituenda, ut hic de obligationibus & poſterius de tollenda & finienda agatur, ut & ſupra de poteſtate dominica & patria, de tutela & teſtamento factum.

51 Quæro, cur de oblig. eſt tit, de ea tollenda & nullus eſt de dominio tollendo? Ratio eſt, quia dominium adquiri non poteſt, niſi admittatur prius ab altero, & proinde ex adquiſitione ſatis intelligitur, de amiſſione, ut contrariorum eadem eſt ratio.

52 Quod ad modos tollendæ obligationis attinet, qui ſunt quatuor præcipuè, de quibus hoc tit. agitur, ſolutio, acceptilatio, novatio & conſenſus ſive nuda voluntas.

53 Ordo inter modos iſtos tollendæ obligationis idem ſervatur, qui inter modos contrahendæ ſive conſtituendæ. Nam I. explicatur ſolutio, qui modus re tollit obligationem, initi. tit ſecundo & tertio pònuntur acceptilatio & novatio quæ verbis, §.*item per acceptilationem*, & §.*ſeq.l.1.de acceptil.l.2.de novat.* IV. & ultimus conſenſus exponitur, ſive potius diſſenſus, §. *ult.d.tit.*

54 Litterarum obligatio non habet ſpecialem modum tollendi, tum quia hodie vox eſt propria ſpecies obligationum (ut videtur ex tit.) ſed pertinet ad mutuum, *l.1.de novat.l.1.de oblig.* tum quia modus tollendi per litteras ad conſenſum referri poſſit Sive enim quis præſens conſentiat, ſive abſens per litteras vel nuntium idem eſt Juris, *l.1.de contrah. empt.* Hæc igitur eſt ratio ordinis inter hos modos tollendæ obligationis, quę videtur dictare, ut idem ordo ſervetur in tollendis obligationibus, quæ in conſtituendis.

55 Eſt & altera ratio ſingularis, primo quidem de ſolutionibus tum denique, quia ad omnes obligationes tollendas valeat. Secundo ponitur acceptilatio Eſt enim imaginaria ſolutio. §.*item per acceptilat.* Huic adjungitur novatio, §.*præterea* Eadem ſcilicet ſimilitudinis ratione. Nam ut acceptilatio fit verbis, ita & novatio *l.1.l.8.§.1.de novat.* Ultimo ponitur voluntas nuda ſive conſenſus: hac ratione, quia hic modus eſt ſpecialis, eoque tantum illæ obligationes tolluntur, quæ fiunt conſenſu, §.*fin.* At tres priores modi ſunt generales, iisq; omnes obligationes ſive contractus tolluntur, ut initio tit. & §.1.*l.1.de novat.*

Inſtitut.

Inſtitut. Lib. IV.

EXpoſita ſunt duo membra diviſionis obligationum quadrimembris, una ex contractu, altera ex quaſi, cui jam proximè adjungitur tertium ex delicto, idque initio lib. 4. ne vel ſecundus liber vel tertius æquo ſit longior, vel quartus brevior, quod & ſup. dictum. Ratio quoque ſupra expoſita eſt, cur obligationes ex delicto in tertium ſint locum rejectæ. Delictorum igitur cum quatuor ſint ſpecies, furtum; rapina, damnum, injuria, ut initio *tit. 1* inter eas hic ordo ſervatur, ut prius de furto, poſterius de rapinis, & reliqua deinceps explicentur. 1

Cur prius de furto hæc eſt ratio, tum quia furtum eſt antiquiſſimum, utpote ex ll. XII Tab. cum reliqua vel ſint prætoria ut rapina & injuria, vel ſaltem minus antiqua ut eſt damnum quod eſt ex L. Aquil. XII. Tab. recentiore, *§. ſunt autem, de noxal. act.* De furto igitur agit primo titulo. 2

Cur accipiatur materia *de furto* ſpecialiter, & tit. concipiatur generaliter *de obligat. quæ ex del. naſc.* Ratio eſt, quia initium tituli eſt generale. Solent autem initia ſæpe titulo nomen dare, ut tit. *de ſtat. hom. de tutel. de rer. diviſ.* 3

Hunc tit. ſequitur tit. *vi bon. rapt.* hoc eſt, rapina ſecundum tit. obtinet quia furto eſt perſimilis, ſaltem manifeſto, & inde vulgo rapina dici ſolet improbum furtum initio *d. tit.* 4

Tertio titulo explicatur damnum. *l. 3. ad l. Aquil.* ratio, cur damnum priore loco quam injuria, de qua titulo quarto exponatur, eſt hæc: tum quia damnum eſt civile, injuria eſt prætoria; tum quia damnum ſimile eſt duob. prioribus, injuria non eſt, in eo ſcilicet, quia tria illa ſunt de re familiari, ſola injuria vindictam tantum perſequitur. *l. 6. de ſepulch. viol. l. 2. §. emancipatus. de collat. bon.* 5

Reſtat jam quartum membrum ex quaſi delicto, de quo agitur proximo *tit 5.* Hujus autem tres ſunt ſpecies, & ſub eo titulo adferuntur: judicis peccatum malè judicantis, dejectio vel effuſio è cœnaculo, & recepti à nauta, caupone, ſtabulario, amiſſio. 6

De judicis peccato prius agitur, tum ni fallor propter dignitatem, tum etiam quod judex malè judicando dicitur facere injuriam, ideoq; rectè hæc injuria adjungitur ſtatim tit. *de injuriis,* quæ eadem quoque ratio videtur, cur dejectio ſecundum locum obtineat, quia hæc quoq; non tantum rei familiari noceat, ſed ſæpe contumelia ſive injuria perſonam ipſam adficiat. Poſtremum locum obtinet quaſi delictum nautæ &c. tum quia in eo tantum de damno rei familiaris agitur: tum quia hi tres, nautæ, &c. plerumque ſint homines poſtremi. 7

Supereſt, inquit Imp. ut jam de actionibus loquamur initio *tit. 6. de Action.* Et rectè ſupereſt reliquum tertium caput, totius juris, duobus aliis 8

de perſona, & de rebus ſupra jam explicatis. Cur autem hoc de actionibus ſit tertium ratio jam ſupra expoſita eſt: & ad hoc cap. pertinet tit. 6. & reliqui usque ad tit. qui propriè ad actiones non pertinent, ut infra dicetur.

9 Ordinis autem ratio in toto hoc capite diſponendo, pendet ex ordine judiciorum, & rectè. Nam actionis tantum eſt uſus in judiciis ut habet definitio actionis. In judiciis autem cum tres ſint actor, reus & judex, horum tria officia maximè conſiderantur. Primum quidem de actoris officio, quod in actione ipſa ſive in agendo, deinde de rei officio, quod in exceptione: ultimo de judicis officio, quod maximè in ſententia ponitur. (Ordo actionum deinceps explicatur)

10 Hujus ordinis ratio naturalis eſt, & per ſe clara ut ſcilicet judex officium illud ſuum in ſententia poſitum non ante faciat, quàm duobus litigantibus auditis, hoc eſt, actore & Reo. At cauſæ cognitio ex partium (ut vulgo vocant) allegarione. hoc eſt, actione & exceptione ſumitur. Hæc igitur eſt ratio, cur de officio judicis, in hoc tertio capite de actionibus ultimo loco agatur puta *tit. pen.*

11 Cur autem primo de actione ſeu officio actoris, & ſecundo de officio rei, ſive exceptione agatur, hæc eſt ratio: quia exceptio nihil eſt aliud quàm actionum excluſio. *l. 2. ff. de except.* Privatio autem ut vulgo loquuntur, præſupponit habitum. *l. 10. de V. O.*

12 Quod igitur ad officium actoris attinet, de eo ſive de actione ipſa agitur *tit. 6. & 6. ſeqq.* De exceptione ſive de officio Rei *tit. 13. & ſeq.* Illud quoq; hic admonendum, hæc duo actoris & rei officia prius explicari ſeparatim, & tandem adjungi *tit. 16.* qui utrique & actori & reo ſit communis, puta *de pœna tem. litig.* quemadmodum & ſupra dictum, *de tut. & curat.*

13 Quod igitur ad ipſam actionem, ſive actoris officium attinet, tractatio ea ſic poſita, videtur. I. eſt de ipſa actione ſive de ejus ſubſtantia, & forma, de quo eſt *tit. 6. & 3. ſeqq.* II. eſt, de perſonis agentium, de quo eſt *tit. 10. & 11.* III. eſt de actionum fine, de quo *tit. 12. de perpet. & temp. act.* quæ tria eo ipſo, quem expoſui, ordine hic diſponuntur: optima ſanè ratione, ut ea quæ ad ſubſtantiam rei pertinent primum obtineant locum, quæ duo ad rei interitum teneant ultimum titulum, & inter hæc medium perſonæ, cum alius titulus nullus ſuperſit.

14 Ad primum de ſubſtantia & forma pertinent hæc definitio actionis, & diviſiones. quæ 5. principales. *tit. 6* adferuntur. Nam & ſexta velut acceſſoria & incidenter adfertur *in §. ſed iſtæ. hoc tit.* Ad formam quoque pertinet diſputatio de plus petitionibus. item contra de minus, & de ſolido, hoc eſt, neque plus, neque minus, quia diviſioni conjunctæ optimæ convenit, rectè quoque ſtatim adjungitur.

15 Ceterum cum actiones vel ex noſtro vel eorum, qui in noſtra ſunt poteſtate, contractu ſive delicto oriantur, multaque in his ſint ſingularia: ratio

poſtulat

poſtulat ut ſingulatim & ſeparatim, quamvis jam antea earum fuerit facta
mentio, *tit. 6. §. actiones.* ex quo intelligitur hæc quoque ad primum mem-
brum ſubſtantiæ pertinere, de quib. *tit. 7. quod cum eo, &c.*

Et primum quidem de alieno contractu. *d. tit.* deinde de alieno deli- 16
cto. *tit. 8. de nox. action.* Contractus enim ſunt delictis priores, ut ſupra di-
ctum.

Huic titulo ſtatim adjungitur *tit. 9. ſi quadrupes pau. per. &c.* Ratio, ut 17
ſervorum de quib. *tit. 8.* ita animalium. *9.* quibus ſervi ſunt ſimiles, *l. 2. de
nox act.* nomine noxalis actio datur, de qua *in tit. 9.* Et hæc de primo, ſive de
iis, quæ ad ſubſtantiam actionis pertinent.

Alterum eſt de perſonis agentium *tit. 10. de iis per quos agere, &c.* Vel e- 18
nim ipſi agimus vel per procuratores, de quib. *d. tit. 10.* Procurator autem,
quia nemo intelligitur idoneus ſine ſatisdatione, *l. 110. ff. de reg. jur.* titulum
10. *de procuratorib.* ſtatim ſequitur *tit. 11. de ſatisdat.*

Hunc rectè ſequitur, *tit. 12. de perpet. & temp. act.* quod eſt tertium & ul- 19
timum membrum de actionum interitu Ratio ſcilicet eſt expoſita, quia hoc
titul. de vita & morte actionum agitur, ut ita dicam.

Et hæc de actione ſive de actoris officio ſeparatim. Proximum eſt de 20
Reo, cujus officium eſt de exceptione, ut ſupra dictum ideo proximus eſt ti-
tulus *13. de except.*

Quem ſequitur tit, *14. de replicat.* hac ratione, ut actionem ſequitur ex- 21
ceptio, ita exceptionum replicatio, & hanc duplicatio. Et hæc de ſecundo
capite ſive de Reo ſeparatim breviter dicta ſunt.

Proximum erat jam exponere quæ utriusque eſſent communia ſed in- 22
teriicitur unus titulus *de interdictis*, eo quod horum quoque ratio non eſt
communis ſed propria tantum actoris. Sunt enim quædam actiones. Nam
ſi veræ eſſent actiones, ad titul. *de actionibus*, pertineret earum tractatio.
Nunc potius ſunt decreta quædam prætoris, ſi primam eorum originem
& uſum ſpectes. Nam hodie actionum loco habentur. *in pri. & §. ultim.
titul. 15.*

Hunc ſequitur *tit. 16. de pœn temp. litig.* qui, quia eſt communis liti- 23
gantibus, hoc eſt, tam actori quam reo, rectè ultimo loco ponitur. Et hæc
hactenus de actoris & rei officio ſequitur nunc de officio judicis.

Ordinis ratio jam ſupra eſt expoſita, cui & hæc accedat quod *hic. tit. 17.* 24
priori *16.* optimè connectatur, quia ipſi ſit communis. Judex namque ope-
ram dat tam actori quàm Reo. Atque ita tertium jam totius juris caput re-
ctè & ordine eſt explicatum.

Cur ergo inquies adjungitur tit. *de pub. jud.* quæ tamen ab actione dif- 25
ferunt? *initio d. titul.* Nempe ut judiciorum in quibus actionis eſt uſus u-
traque ſpecies (ſunt enim judicia omnia vel privata, ad quæ actiones, vel

publica ad quæ crimina pertinent, vel accuſationes) quadantenus tyronibus deguſtanda proponatur.

25 Commemorantur autem ſub *hoc titul.13.* Crimina. Et I. crimen majeſtatis tum propter Imp. dignitatem, tum propter pœnæ magnitudinem. II. Locum obtinet crimen adulterii, quod cum priore ſimile eſt in duobus in auctore, aut certè in nomine, utrumque enim eſt ex L. Julia, & in pœnæ magnitudine. III. Eſt homicidii etiam propter pœnæ magnitudinem, capitalem ſcilicet. Nam capitalia uti graviora priorem titul. obtinent. Cur autem crimen adulterii præponatur homicidio, cum utrumque ſit capitale? rationem indicavimus: quia adulterium ex L. Julia punitur, cum homicidii pœna ſit ex L. Cornelia, à Cornelio, non à Cæſare lata. IV. Locum obtinet parricidium, quod item eſt capitale, ſed gravius videri poterat homicidio, & propterea præponendum. ſed homicidium eſt antiquius ex L. Cornelia. quę eſt prior L. Pompeja, ex qua punitur crimen parricidii. Sequuntur crimina non capitalia, inter quæ primum eſt crimen falſi. Ratio ordinis eſt quia eſt antiquiſſimum inter capitalia. II. Eſt crimen vis publicæ & III. Vis privatæ quorum prius, quia interdum eſt capitale, ut crimen falſi, ſecundum titulum obtinet, & tertium crimen vis privatæ propter ſimilitudinem IV. Eſt peculatus, quia ſcilicet eſt furtum publicum. V. Eſt plagium, quia eſt furtum quodammodo privatum, & proinde peculatui propter ſimilitudinem ſtatim adjungitur. Hoc ſequitur VI. Ambitus, & alia tria. VII. Repetundarum. VIII. Annonæ. IX. Et reſiduorum, quæ tantum hic commemorantur & non explicantur. Summo tamen digito, inquit Imp. quaſi per indicem demonſtrantur, quorum diligentior ſcientia ex latioribus ff. libris Deo propitio adventura eſt, ubi & nos de iis ordinis rationem diligentius adferemus. Et hæc de Inſtit. ordin. breviter ſint explicata.

Finis Oeconomiæ Inſtitutionum.

OECONO.

OECONOMIA CODICIS IUSTINIANI.

ETsi ex inſtituto Juſtiniani Codex in Scholis non docetur,ſed tantum privatim legendus eſt,idque poſt Digeſta. Etſi quoque hic noſter Codex,qui dicitur repetitæ prælectionis, poſt Digeſta toto anno eſt editus : Ideoque videri poterat de ordine ac Methodo Codicis ultimo agendum : Nos tamen de Pandectis ultimo loco tractabimus : tum quia Codex ipſe, quo ad primam editionem prior eſt Digeſtis,tum quia Digeſta ad ordinē Codicis ſunt compoſita,ut ait *l.1.C.de vet.jur.enucl.* Ut igitur prius de Codice:tres in eo ordines cōſiderari videntur.Librorum:qui eſt ſummus, maximeq́ue generalis: titulorum, qui eſt anguſtior & interior : Legum denique ſive capitum, quæ ſub titulis continentur, anguſtiſſimus, & maximè ſingularis. Nam in Inſtitutionibus duos tantum ordines, nempe librorum & titulorum expoſuimus, omiſſo tertio paragraphorum, quod eorum tractatio & longior ſit, & ſine rerum explanatione vix intelligi poſſit. Legum autem ſingularum ſub his titulis ordinem, ſemel tantum indicaſſe erit ſatis. Idem enim eſt eorum ordo, qui eſt ſub uno, paucisq́ue verbis in Codice, ſed in Digeſtis longè pluribus explicari poteſt. Quod igitur attinet ad rationem primi ordinis librorum videtur illud initio admonendum,libros Codicis eſſe XII. Cujus numeri ratio non facile reddi poteſt. Solent enim ſæpe ſumi librorum numeri pro materiæ vel magnitudine vel commoditate. Fortaſſis tamen Imp. Juſtinian. in ſuo Codice vel imitari voluit 12.Tabb. quod eſt primum corpus juris,vel adamavit hunc numerum, quod Romanis etiam in jure valde fuerit uſitatus,ut videre licet in 12. menſibus, in aſſe hereditatis, in 12 partes ſive uncias tributo, quod ex Galeno notavit Duar. *lib.2.Diſput.cap.36.* Theodoſiani Codicis libri ſunt 16. Gregoriani & Hermogeniani Codicum (hos enim tres in ſuo Juſtinianus

eſt imitatus, *initio C.præfat.1.*) quot fuerint libri, incertum eſt: quia tãtum eorum parva fragmenta exſtant. Theodoſianum integrum protulit Cujacius. Id quoque admonendum, in Codice tres præfationes contineri. Nam cum duæ Codicis fuerint editiones prior, & altera, quę dicitur repetitæ prælectionis, quam hodie ſolam habemus, ad priorem quidem editionem duæ pertinent præfationes, una de ipſo Codice primum faciendo, deinde altera de eo confirmando: ad ſecundam editionem pertinet tertia de Codice emendando. Quare poteſt Codex totus in duas partes ſummatim dividi, in præfationes, & in rerum ipſarum, ſive juris tractationem, quæ XII. libris cõtinetur. Ut jam ad liberos ordine accedamus, ad tria membra ſive capita revocari poteſt eorum tractatio: quorum unũ eſt de jure publico, de quo explicatur *lib.1.* Alterum de jure privato, de quo *lib.2.& ſeqq.* III Eſt de jure quaſi publico, ut ita dicam, de quo *lib.10.& 2.ſeqq.* Ratio hujus trimembris tractationis eſt, quia jus omne vel eſt publicum vel privatum. *l.1.§.hujus.ff.de juſt.& jur.* Cur ergo, inquies, tertium adjungitur de jure quaſi publico? Rationem hanc eſſe puto, quod vocabulum *publici* bifariam accipiatur: latius & anguſtius, ſive proprie. Et latius quidem accepto continentur omnes juris publici ſpecies: proprie accepto, non continentur jura fiſcalia, militaria, & municipalia. *l.bona.13.& l.eum qui.16.ff.de verb.ſignific.* Continentur autem proprie ſumpto, jura de ſacris, ſacerdotibus & magiſtratibus. *d.l.1.§.hujus.* Et hæc igitur eſt ratio, cur jus publicum dividamus in vere publicum, & quaſi publicum, ſecuti Imp. qui hunc ordinem in C. & ff. ſervavit, Ratio autem ordinis, cur caput de jure publico ſit primum, ſive primo loco ponatur, eſt dignitas: publica namque privatis ſunt potiora. *l.ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt.fun. l.ſi ex plagis, §. in clivo. ff. ad l. Aquil.* Deinde cur caput de jure privato ſit ſecundum præponaturque quaſi publico, quod tamen privato eſt præſtantius, ratio eſt: quia privatum iuri vere publico eſt conjunctius. Nam ius vere publicum eſt de Magiſtratibus: Magiſtratus autem præeſt & operam præſtat iuri privato, puta leges ferendo, & ius dicendo: ſed ius quaſi publicum, ut fiſcale, &c. cum iure privato nihil habet commune, aut ſaltem ei non ſervit. Dicet aliquis ius publicum non omne pertinere ad jus privatum, aut ei præeſſe, ut eſt ius de ſacris,
& ſa-

& ſacerdotibus ; Ideoque & hoc videri in ultimum locum reſervari debuiſſe, ius, inquam, ſacrum cum iure fiſcali : cum tamen in C. noſtro primo loco ponatur. Et certe Theodoſius Junior, videtur hac ratione adductus, cur in ſuo Codice de ſacris & ſacerdotibus, ultimo loco tractarit, puta *lib. 16.* Sed Juſtinianus propter dignitatem & reverentiam religionis, primum ei locum attribuit, quam rationem ordinis & Cicero in ſuis libris *de legibus* tenuit. Nam in ſecundo (in primo enim generalis de origine iuris diſputatio continetur) ius ſacrum, in tertio ius publicum, in quarto & quinto, (qui tamen hodie deſiderantur) ius privatum tractavit, ut ipſe ait *initio & in fine lib. 3.* Plato in ſuis libris 12. *de legibus* (quos item Imp. imitari potuit) duas iuris ſpecies maxime perſequitur: publicum prius, poſterius privatum. Sed in privato explicando, ubi de criminalibus & ſacrilegiis agit, etiam de religione multa admiſcet. Et hæc breviter ſummatim, & univerſe de tribus his membris, eorumque ordine dicta ſint ſatis. Nunc de iis paulo ſubtilius & ſingulatim explicemus. Quod ad primum caput de publico iure attinet, notæ ſunt tres iuris publici partes, ſacra, ſacerdotes, & magiſtratus. *d. l. 1 §. hujus ſtudii. de juſt. & jur.* in quibus tribus partibus hoc primum caput totum continetur. Et primo quidem de ſacris agitur *initio lib. 1.* propter dignitatem rerum ſacrarum ſive divinarum. Deinde agitur de ſacerdotibus. Ratio eſt, non (ut fortaſſe quidam ſtatim putaret) dignitas. Nam ut Tertullianus ait, Cæſar ſecundum Deum eſt in terra Primus : ſed ſimilitudo, quod ſcilicet ſacra, de quibus prius, tractant ſacerdotes ; quemadmodum & infra in altero iuris publici membro de legibus & magiſtratibus (vere enim duæ duntaxat iuris publici partes, divinum & humanum, conſtitui poſſunt) prius de iure ipſo, deinde de perſonis, hoc eſt, magiſtratibus agitur. Alterum caput C. de iure privato, quia maxime in iudiciis verſatur (ratio exponetur infra ad ff.) in tres partes hic diſtributum videtur. Una eſt de iudiciis privatis, altera de publicis. Tertia de quibusdam vel quaſi iudiciis, vel quibusdam iudiciorum acceſſionibus aliiſque articulis extraordinariis. Quarum trium partium ea quæ eſt de iudiciis privatis, primo loco explicatur. *lib. 2. & 3. ſeqq.*

Secun-

Secundum locum obtinet ea, quæ eſt de judiciis, hoc eſt, interdictis & judiciorum acceſſionibus, hoc eſt, pignoribus, ſtipulationibus, quæ omnia in unum *lib.8.* ſunt conjecta. Ultimo loco exponitur pars ea, quæ eſt de publicis judiciis *toto lib.9.* Ratio hujus rei eſt facilis: Privata enim judicia publicis anteponuntur, tum quia ſunt frequentiora, tum quia magis neceſſaria, tum etiam quia antiquiora, cum publica ſint & minus frequentia, & valde triſtia, & odioſa, & proinde recte in ultimum locum rejecta. Cur autem interdicta & pignora ſtatim poſt judicia privata explicentur, ratio eſt, quia partim privatis ſunt ſimilia, partim quia privatorum ſunt acceſſoria. Illud de prima parte, quam de judiciis privatis conſtituimus, quod latiſſime ea patet, ſex ſcilicet libris comprehenſa, diligenter notandum, illam partem eſſe trimembrem. Primo enim membro judiciorum privatorum τὰ πρῶτα, ſive priora, ut ſunt pacta, in jus vocatio, Editio continentur, de quo tractatu eſt totus *liber 2.* Altero membro ipſa judicia, & ſingulæ eorum ſpecies ordine exponuntur. Primo quidem judicia, ſive actiones in rem, *toto lib.3.* Deinde actiones in perſonam. *lib. 4. 5. & 6.* Tandem vero actiones mixtæ, partim in rem, partim in perſonam, ut ſunt præjudiciales, puta judiciorum & actionum de liberali cauſa. *lib.7. tit.1. & 4. tit. ſeqq.* Tertium primæ partis membrum eſt de poſterioribus judiciorum, ut eſt ſententia, appellatio, executio. Quod eodem *lib.7. titul.42.* usque ad finem libri continetur. Horum autem trium membrorum ordinis ratio eſt facilis, ut ſcilicet priora primum, poſteriora ultimum locum obtineant. Reſtat tertium & ultimum caput Codicis, quod de jure quaſi publico appellavimus, brevitatis cauſa; Cujus capitis duæ ſummæ partes mihi videntur: Una eſt de oneribus & muneribus, ut ſunt tributa, vectigalia, curiæ munera: altera eſt de honoribus & dignitatibus, vel brevius (quod tamen idem valet) unum eſt de rebus, alterum de perſonis. Et de rebus quidem ſive oneribus primo, puta *lib.10. & 11.* De honoribus ſive dignitatibus poſterius, *lib. 12.* ſeu ultimo agitur. Qui ordo videri poſſit perverſus, quod de perſonis potius & honoribus propter dignitatem, prius quam de rebus & oneribus agendum videatur: quemadmodum in Inſtitut. prius de perſonis, poſterius de rebus explicatur. Sed hæc quoque juſta ordinis

eſt ratio, cur prius de oneribus, quam de honoribus explicetur, puta quia tractatio de oneribus & judiciis (de quibus proxime actum fuerat) ſimilis, & maxime publicis, ubi de calumniatoribus & pœnis agitur. Onera autem ſunt quaſi pœnæ, ac in tributis ac jure fiſcali, delatores intervenire ſolent, qui calumniatoribus non ſunt abſimiles. Deinde, quia honores gerentibus & officia, quæ Cæſari præſtant, tam in pace, quam in bello honoraria & ſtipendia, niſi prius adſint vectigalia tanquam nervi, ſuppeditari nequeunt. Eſt & tertia ratio, quia de oneribus nihil adhuc dictum fuerit, de honoribus *lib.*1. Sed ratione juriſdictionis, non fiſci aut Cæſaris. Ideoq; de honoribus ſive magiſtratu non male in ultimum locum rejicitur.

Adhuc de primo ordine Codicis de librorum ſcilicet inter ſe collatione eſt explicatum. Proximum eſt, ut de altero ordine, qui eſt titulorum inter ſe, videamus.

LIBER PRIMUS.

DICTUM eſt ſupra jus publicum. quod in ſacris & ſacerdoti-
bus & magiſtratibus conſiſtit *lib. 1* tractari: & primum quidem
ſacra, deinde ſacerdotes tum magiſtratus. Ex ſacris autem duo
maxime hic adferuntur, unum de fide ipſa, ſeu de doctrina fi-
dei, alterum de Eccleſijs earumq; jure: nam & Eccleſiæ ritum
conſervare inter ſacra connumeratur. Illud admonendũ Eccleſiæ verbum
hic eſſe ambiguum: proprie valet ipſum cœtum Chriſtianorum minus pro-
prie pro æde ſacra ponitur. Utraq; notio hoc intelligenda *tit. de SS. Eccleſ.* ut
videre eſt *in l. 1. & 2. d. tit.* Ex his duabus rebus ſacris, fide & Eccleſia prius a-
Tit. I. gitur de fide. *tit. 1* deinde de Eccleſijs *tit. 2.* quia fides ad ipſum Deum & ejus
Tit. II. cognitionem pertinet Eccleſiæ tractatio ad praxin & uſum potius, multaq;
humana Eccleſiaſtica tamen continet. Prius eſt planè divinum, alterum Ec-
cleſiaſticum & proinde poſterius. Sacra proxime ſequuntur ſacerdotes. *tit.*
Tit. III. *3. de Epiſc. & Cler. & tit. 4. de Epiſcop. audient.* Ratio ordinis expoſita eſt ſu-
Tit. IV. pra. Et tit. quidem 3. de Epiſc. creatione & privilegijs. *tit. 4* eſt de eorum va-
rijs officijs. Ratio ordinis eſt perſpicua ut prius ſit Epiſcopus, quã quid ge-
rat aut adminiſtret quemadmodum prius de tutoribus inſtituendis, quam
de eorum auctoritate & adminiſtratione agitur. His de vera & Catholica fi-
de Eccleſijs de ſacerdotibus, &c. jam expoſitis: quia legis virtus non tãtum
eſt in jubendo quod rectum, ſed & in vetando quod vicioſum eſt, adjungi-
tur ſtatim titulus de prava fide ſive religione, ſive de ijs qui falſam fidẽ con-
fitentur. Cum autem eorum quatuor fere ſint genera: Hæretici. Apoſtatæ,
Judæi & Pagani de omnibus ſingulatim eoq; ordine agitur. Et I. de hæreti-
Tit. V. cis *tit. 5.* quia cum hæretici ſint Chriſtiani reliquis tribus qui non ſunt, vi-
Tit. VI. dentur meliores. Huic titulo adhæret *tit. 6. ne ſanctum Baptiſ. iter.* Nam & Ba-
ptiſmum iterare eſt hęreſis. Cur autẽ de hac hæreſi ſive de hoc errore ſepa-
ratim agatur, hæc videtur ratio tũ q. a hic error etiã in Catholicis multis fu-
erit, ut in Cypriano, tũ quia ea ætate, qua LL. ſub hoc titulo fuerunt latę, ac
etiã ſub Juſtiniano, & poſt graſſarẽtur in Aphrica Donatiſtæ (quorum ma-
gnus erat numerus & audacia) rebaptizãtes à Catholicis Baptizatos. Pro-
pter has cauſas ſingulares proprius eſt tit. ei attributus & ſpecialiter prohi-
betur *l. 3. §. ait prætor Naut. caup. ſtab. &c.* Hæreticis ſimiles ſunt *Apoſtatæ*, in
eo quod ut hęretici à Catholica fide ad Hęreſim & errorẽ deſcẽdunt ita Apoſta-
tæ à religione Chriſtiana deficiant ad non Chriſtianã ut Judæorum aut pa-
Tit. VII. ganorũ. Hujus igitur ſimilitudinis rõe adjungitur *tit. 7. de Apoſtat.* Hunc ſe-
Tit. VIII. quitur *tit. 8. Nemini licere ſignum Sal. &c.* Nã & hic eſt error qui tamen, quia
nõ tam eſt in religione, quã in quadam re externa & non eſt plane hæreſis,
ideo ſeparatim de eo agitur. Adhuc de erroribus Chriſtianorum ſive hære-
ticis,

ticis,&de Apoſtatis & eorum cognatis. Nunc *de Judæis* de quib. eſt *tit. 9.* Ju- Tit.IX.
dæorũ n. error, quia paganico tolerabilior videtur, priore loco de Judæis
agitur, q̃ de Paganis *tit. 10. ne Chriſtianum mãcipium, &c.* Ratio eſt, quia licet Tit.X.
hodie ad omnes errantes pertineat, ꝙ ſub eo tit. cõtinetur, hæreticos, inq̃,
Judæos & paganos. primũ tamen id contra Judæos fuit introductũ à Con-
ſtantino Imperatore, teſte Euſeb. *lib. 4. de vita Conſtantin.* Reſtant pagani, de
quib. ut peſſimis, ob peſſimam eorũ religionem agitur ult. c. *tit. 11. de pag.* Ta- Tit.XI.
dem hunc ſequitur *t. t. 12. de his qui ad Eccl. confug.* quia hoc jus aſyli & profu- Tit.XII.
gij, de quo hic agitur, commune eſt, & patet, non tantũ orthodoxis, ſed etiã
errantibus hęreticis Judæis, &c. Prius ergo quæ propria ſunt Catholicorũ,
hæreticorũ, &c. diſtincte & ſeparatim ſunt explicata, deinde q̃ eorũ commu-
nia, ut jus aſyli, adjunguntur, ꝙ & alias factum admonuimus jã ſupra ad In-
ſtit. Poſtremo adjungitur *tit. 13. de his qui in Eccl. manum.* Nam & hoc propter Tit.XIII.
Eccleſias pertinet ad hoc caput de jure divino. Quia tamen manumiſſio eſta-
ctus civilis potius q̃ divinus & quia eſt ſervorum, quorũ ultima & infima
eſt cõditio merito ultimo loco de ea agitur. Cõvenit quoq; hic tit 13. priori
titulo *de his, qui ad Eccl. confug.* Nam ſervi plerunq; & ad Eccleſias cõfugere
ſolent. Et hæc hactenus de jure divino, ſive de duab. juris publici partibus,
ſacris & ſacerdotib. ſint explicata. Reliqua eſt pars tertia de magiſtratu, quæ
ꝓprie eſt juris publici, ſi proprie jus publicũ accipias Tum n. differt jus pu-
blicũ à divino & privato, *l. ut inter, C. de SS Eccl.* Ut aũt in illis duab. juris di-
vini partib. prius de fide ipſa ſive differentia fidei, deinde de miniſtris ſive E-
piſcopis, eorumq; officio dictum eſt, ita & in hac parte 3 prius de jure & legi-
bus ipſis poſtea de magiſtratibus eorumq; officijs explicatur quò ipſo or-
dine & Epiſcopi de recta fide & magiſtratus de jure ac legib admoneantur,
nihil ut agant, ꝙ veræ fidei vel legib ac juri ſit contrariũ. Hæc una eſt cauſa,
cur poſt illas duas partes non ſtatim de ipſis magiſtratib ſed prius de jure ac
legib agatur, *tit 14. de leg b. & ſeqq. uſq, ad tit. 26.* Eſt & altera cauſa ſive ratio, Tit.XIV.
ꝙ ſcil. huic operi hoc eſt, Codici propoſitũ ſit, maxime jus humanum, tam
publicum quam privatum; conveniẽs ſit ut etiam de ipſo jure, ejuſq; natu-
ra, partibus & origine velut principia quædam hujus operis ſtatim initio p̃-
muniãtur, quod & in Inſtit. & in ff. item factitatur. Partes autẽ Juris ſcripti
cum ſint 6. Lex Plebiſcita, Senatuſconſ Edicta prætorum mandata princi-
pum, reſponſa prudentum, de tribus videtur conceptus *tit. 14. de leg bus* aut
certe ad eas alluſum eſt. Nam alioqui *Edicti* verbum in eo titulo ad Imp. E-
dicta referri poſſit, nõ prætorũ *l. 3. C. de leg. b.* ut & totus ille tit. ad LL. Impp.
ferè pertinet Quæ eſt quoq; ratio, cur hic tit 14. inter eos, qui de juris par-
tibus ſunt, primum locum obtineat: quia de Impp Conſtitutionibus agat.
Eſt & altera ordinis cauſa, ꝙ hujus tituli pars ſit generalis, ad omnes juris
partes pertinens, ſive ad omne Jus, *d. l. 3.* Et ita quoq; in ipſo tit. *de l gib.* hæc
clauſula de legib generaliter accipienda videtur. Hunc tit. ſtatim ſequitur

Tit.XV. tit.15.*de mand.princip.* Ratio eſt: quia cum priore titulo *de conſt.1.princip* ſit dictum generaliter, rectè jam adjungitur titul. de mandatis eorum, quæ ſunt conſtitutiones ſpeciales, vel certè, ut præſidibus Provinciarum dari ſolent:
Tit.XVI. Proximus eſt *tit.16.de Senatuſconſultis.* quia & hæc pars juris proximam conſtitutionibus vim & poteſtatem habet imo & ipſa Senatuſconſulta potius reipſa ſunt cõſtitutiones & nomine tantum Senatuſconſulta Reſtant prudentum reſpõſa, de quibus poſtremo loco agitur quia olim eorum minima eſſet auctoritas ratione aliarum partium ſed ea nunc confirmantur. *§. reſpõ-*
Tit.XVII. *ſa, Inſt.de jure nat gent.&c.tit.17.de vet.jur.enucl.* His partibus juris jam expo-
Tit.XVIII. ſitis adjungitur *tit.18 de jur.& fact.ignor* tantum ſimilitudinis gratia. Ut enim alii ad ſcientiam, ita hic ad ignorantiam pertinet, qui in ff alio loco, puta ubi de probationibus, ponitur, ſed alia ratione, de qua ibi Jam vero quia conſtitutiones quarum cauſa factus eſt Codex vel ſunt generales. vel ſpeciales & de generalibus, ut ordine priorib. jam dictum eſt: Proximũ nunc eſt, ut de ſpecialibus agatur quæ plerunq; reſcripta dicuntur, & interdum pragmaticæ ſanctiones: ſi videlicet nõ uni perſonæ ſed corpori & collegio impetrẽtur. ut inf *de diver.reſcr.& pragm.ſanct.* Sed hæ ſpeciales cõſtitutiones, quia precibus principi oblatis impetrãtur prius agitur de precib. & rurſus, quia preces vel ſunt veræ vel obreptitiæ ſeu falſæ, prius de illis, juſta ratione
Tit.XIX. Itaq; primum de precibus juſtis generalis eſt *tit. 19 de precib Imp.off.* deinde ſpecialiter de precibus ad litem pertinentibus Generalia enim ſunt ſpecia-
Tit.XX. libus priora ut ſupra dictum. Et tit. quidem 20 *quando libel.C.eſars,&c.* pri-
Tit.XXI. or eſt, *tit 21.* ut lite pendẽte poſterior eſt quia agit nõ de initio judicij, ſed de medio ut lite pendente puta de litis conteſtatione, & de fine judicij ut ſen-
Tit.XXII. tẽtia & appellatione. Poſt juſtas ſtatim adjũgitur de injuſt s. *tit.22.ſi cõtra jus vel util.* quemadmodũ & in Inſt prius de utilib. poſt de inutilib ſtipulationibus Sẽper. n. deteriora ſive irrita in poſteriorẽ locũ ſunt rejiciẽda. Preces jã
Tit.XXIII. expoſitas ſtatim ſequuntur reſcripta *tit 23.* Ratio eſt dicta ſup. Nam hũc tit. eſſe de ſpecialibus & perſonalibus cõſtitutionibus aperte indicat. *l.2.5.ejuſ-*
Tit.XXIV. *dem tit* Eum ſequitur *tit.24.de ſtatuis & imag* Ratio tantũ eſt propter ſimilitudinẽ. Nam ut reſcripta ſunt principis quædã beneficia *tit 23.l 4.* ita & hic titulus beneficiũ cõtinet ſpeciale, quo Princeps permittit civitati ut ſtatuã
Tit.XXV. erigat, id dicitur Impatoris beneficiũ *l.1.hoc tit.* Cui mox adjũgitur *tit.25.de his qui ad ſtat cõfug.* Nã & hic tit. inſigne jus & beneficiũ aſyli ad ſtatuas Principũ continet & recte ſequitur priorem Nam ſtatuæ erectio prior eſt aſylo & perfugio ad ſtatuã. Illud notandum, priuſquã tranſeatur ad magiſtratus (quæ eſt tertia pars juris publici) hæc principia de jure & legib cõcludi aſylo ut & jus divinũ ſup. *tit.12.de his qui ad Eccl.cõfug.* Videntur n. hi tituli de jure & de precib. ab Imp. ptinere, ut & de ejus quodãmodo officio ante magiſtratus q̃dã afferãtur & ut ſit tanq̃ medius Imp. inter tit. de jure divino & jure humano, aut certe sũmus aut primus magiſtratus. Veniẽdũ eſt nũc ad partem,

tē quæ eſt de magiſtratibus, quæ in C copioſe explicatur, in locis, ut jā ſupra
dictum eſt duobus. Primum hic *lib. 1. tit. 26. de off. præf. prætor. &c. & ſeqq.* uſ-
que ad finem libri, deinde toto *lib. 12.* infra Sed quod diligenter obſervan-
dum, ut ſupra dixi: quia juris maxima pars ad jus privatum pertinet, cujus
finis eſt juriſdictio, & huic juriſdictioni præeſt magiſtratus initio, hoc eſt,
libro hoc primo explicantur ea officia magiſtratuum quę ad juriſdictionem
pertinent, ſive ad judicia & alia; ut paſſim videre licet, in legibus horum ti-
tulorū. N· de aliis magiſtratuum officiis extra juriſdictionem, & de eorum
dignitate ac gradu alio in loco explicatur puta *lib. 12. infra.* Quod ad hunc
locum de magiſtratibus attinet duo ejus ſumma ſunt membra: unum de ma-
giſtratibus publicis Imperii, ſeu P R. alterum de magiſtratibus municipali-
bus, & hoc eſt poſterius, de quo infra *tit. de defenſor. civit. & ſeqq.* Ratio eſt
facilis quia major eſt dignitas publicorum quam municipalium. De publi-
cis quoq; prius ipſis: poſterius vero de eorum Vicariis & miniſtris juſta ra-
tione agitur de Vicariis *tit. 48. de off. & . & tit. ſeq.* idque ſeparatim. Primum,
inquam, de ipſis magiſtratibus & eorum miniſtris, poſtea communiter de
utriſq;, tam de magiſtratib. quā miniſtris, *tit. de annonis, tit. 2. & ſeq.* Ratio or-
dinis perſpicua eſt, & infra dicetur. Rurſus, quod ad ipſos magiſtratus atti-
net duplex quoq; eſt ordo. Primum de ſingulis magiſtratibus ſpeciales ſunt
tituli deinde generales tituli *de off. civ. jud. &c. & 4. ſeqq.* Ratio ordinis eadē
eſt, quæ in Inſtit ubi de tutoribus & curatoribus prius diſtincte de ſingulis
eorumq; officiis: poſtea, quæ eorum ſunt communia, exponuntur Quod ad
ſingulos attinet, id admonendum initio ordinem in iis ſervari dignitatis.
Nam cū tres ſint dignitatis gradus in jure, illuſtres, ſpectabiles & clariſſimi;
Duaren. *lib. 2. diſp. c. 1. Nov. 7.* Primo magiſtratus illi exponuntur, qui illuſtres:
Secundo, qui ſpectabiles, *tit. 34. de off. proconſul. & 4. ſeqq.* Poſtremo, qui cla-
riſſimi, *tit 40. de off. prætor. cum 3. ſeqq.* Ergo ex magiſtratibus primus locus da-
tur præfectis prætorio de quibus eſt *tit. 26. & 27.* Ratio eſt tum quia horum Tit. XXVI. Tit. XXVII.
maxima eſt poteſtas, & latiſſime patet. ferè ut Imperatoris quia & ipſi quaſ-
dam ll. condunt, quæ formæ dicuntur *l. 2. tit. 26* Ideo proximis titulis ubi
de legibus actum recte hic adjūgitur. Cur autem prius *de officio præfecti præ-
tor. Orientis & Illyrici. tit. 26.* & poſterius *de præfecto prætorio Africæ* agatur *ti-
tul. 27.* Ratio eſt, quia hic illis eſt recentior, ut à Jūſtiniano demum introdu-
ctus. Fuerat autem & alius præfectus prætorio Italiæ, ſed deſierit Italia à
Gothis occupata, & temporibus Cod. nondum recuperata ā Juſtinian. Hos Tit. XXVIII.
titulos ſtatim ſequitur *tit. 28. de offic. præfect. urb.* quia hujus maxima erat di-
gnitas, ut qui eſſet tanquam Vicarius Cæſaris & in Conſiſtorio primum lo-
cum obtineret poſt Imperatorem. Proximus eſt *tit. 29. de offic. megiſtr. milit.* Tit. XXIX.
qui erat Cæſaris velut generalis Vicarius in re militari: ut in jure dicundo
præfectus urbi. Sed urbana militaribus præferri ſolent, quæ eſt ratio cur
prius de præfecto urbi, quam de præfecto militari agatur. Eſt & altera quia

præfectus urbi eſt antiquior, à Regibus Romanis inſtitutus, & ab Auguſto revocatus in uſum, *l.2.§.& hec omnia, de orig. jur.* Magiſter militum eſt recentior inſtitutus à Conſtantino Magno teſte Sozimo *lib.1.* Alioqui horum trium præfecti prætorio, præfecti urbi, & magiſtri militum par, & æqualis dignitas eſſe dicitur, *leg.1. de præfect. prætor. lib.12.*

Tit. XXX. His tribus proxime adjicitur Quæſtor, *tit.30. de offic. quæſt.* tum quia dignitas ſive officia quædam militaria quæ magiſter militum, de quo modo dictũ, uſurparat, reddita ſunt quæſtori: tum quia nemo prioribus tribus exceptis

Tit. XXXI. fuerit qui prior eſſe poſſit. Nam magiſter officiorũ de quo *tit.31.* etſi dignitate non erat inferior quæſtore, tamen ut morum & diſciplinæ cura, quæ ad magiſtrum officiorum pertinebat, cedit legibus & conſilio, quorũ cura erat quæſtoris. ita & non immerito quæſtori prior datur locus. Recte autem hi duo conjunguntur, quia uterq; Principi inſervit ſive paret. His adjunguntur & alii tres, qui item inſerviunt Principi, ſed ex prioribus quæſtor legum conſilio & exemplis, magiſter moribus ac diſciplinæ. tres reliqui bonis: ac

Tit. XXXII. proinde poſteriores. Primus eſt comes ſacrarum largitionum, de quo *titul.*

Tit. XXXIII. *32.* Alter eſt comes rerum privatarum, de quo *tit.33.* Tertius eſt comes patri-

Tit. XXXIV. monii de quo *tit.34.* Ratio ordinis, quia primus curat bona Principis publica & fiſcalia: Secundus curat privata, tertius tantũ cur menſam ſive ea, quæ menſæ principum ſunt aſſignata & proinde cum ſit ſpecialis hic tertius ultimo loco ponitur. Adhuc de primo gradu magiſtratuum illuſtrium ſcilicet, qui item vel palatio ſerviunt ut quinque poſteriores, vel ſerviunt univerſo Imperio, ut tres priores, quorum unus eſt urbanus & militaris, ut præfectus prætorio, alter urbanus tantum, ut præfectus urbi: tertius militaris tantum, ut magiſter militum. Nunc de altero gradu, ſive ſpectabilium, qui Provin-

Tit. XXXV. cias tantum regunt, afferuntur quatuor principales, 1. Proconſul *tit.35. de offi. procons. & leg.* Ratio eſt, propter antiquitatem. Notum eſt, enim jam ante Imperatores fuiſſe inſtitutos, cum reliqui tres ab Imperatoribus ſint inſtituti. Sed obſervandum tempore Juſtiniani hunc magiſtratum ſive ejus nomen ferè exſtinctum fuiſſe, & tantum in una Africæ parte remanſiſſe, circa urbem Carthaginem: quæ regio ab eò per excellentiam in jure & alibi ab Hiſtoricis dicitur proconſularis. Legatus eſt quidem magiſtratus, ſed non principalis. Eſt enim Vicarius proconſulis, ideoq; titulus concipitur *de offic. procons & legati* tam hic quam in ff.

Tit. XXXVI. Alterum locum obtinet comes Orientis. Tertium præfectus Auguſtalis:

Tit. XXXVII. Ultimum Vicarius. Ratio ordinis dependet à tempore quod comes Orien-

Tit. XXXIIX. tis ab Imperatorib primum ſit introductus. Proconſul autem inſtitutus ut jam dixi ſtante adhuc republica. Cur autem præfectus Auguſtalis, cum ſit antiquior comite Orientis, tamen ei poſtponatur: hæc eſt ratio: quia major eſſet comitis orientis poteſtas. Ille enim præfectus Auguſtalis, uni Provinciæ Ægypto. hic 17. totius, inquam, Orientis Provinciis præerat. Ratio autẽ

cur Vi-

cur Vicarius (quod ſpeciale nomen hic eſt) ultimum locum hic obtineat, eſt, quia præfecti prætorio vicem gerit, & ideo prioribus tanquam principalibus poſtponitur. Et hæc de altero gradu magiſtratuum.

Tertius ſtatim ſequitur qui eſt Clariſſimorum qui eſt ultimus Senatoriæ dignitatis gradus. Et primo quidem de urbanis, quorum unus tantum hic adfertur, Prætor *tit. 39.* deinde Provinciales exponuntur. Rationem *Tit.XXXIX.*
ſæpe dixi: quia urbana præferuntur militaribus & peregrinis. Sunt autem hi Provinciales Vicarii, ut Præſides, Conſulares, Correctores, de *Tit.XL.*
quibus hic unus titulus *40. de officio rectoris provinciæ.* His Provincialibus jam expoſitis adjungitur *tit. 41. ut nulli patriæ ſuæ &c.* Hactenus de ordinariis ma- *Tit.XLI.*
giſtratibus in tres, ut dixi, dignitatis gradus diſtinctis: Hos ſequuntur extraordinarii, præfectus annonæ, de quo *tit. 42.* & præfectus vigilum, quẽ Caſ- *Tit.XLII.*
ſiodor. vocat obſcurum, & graſſatorum obſervatorum, de quo *tit. 43.* Quare & præfectus annonæ Principem appellare ſolet: Præfectus vigilum ap- *Tit.XLIII.*
pellabat Præfectum urbi, *tit. ult. quod cum eo qui &c.* Admonendum eſt in quibuſdam manuſcriptis etiam hunc tit. reperiri: de quadrimeſtribus brevibus ante tit. de præfecto annonæ: rectius tamen omittendus, tum quia de his brevibus ſup. eſt explicatum, *l. ult. de off. mag. off. & l. 1. de off. com. ſacr. larg.* Atq; ita de hoc tit. *de quadr. brev.* Cuiac. quoq; exiſtimat *in Paratit.* (licet aliter Contio videatur) quem, credo, movet auctoritas lib. manuſcripti, & etiam auctoritas Græcorum Juris interpp. ex quibus intelligitur tit. aliquem in vulgatis libris Cod. deſiderari hic, *lib. 1.* quare de eo reperiendo valde laborat Anto August. *in notis ad Cod.* & Contius putat hunc eſſe, *de quadr. brev.* Cujac. putat eſſe alium, quem ipſe primus in lucem prodidit, puta *de off. tribuni & comitis rei milit.* non tamen indicat, ubi eum repererit, de quo paulo infr. Et hactenus expoſitæ ſunt ſpecies magiſtratuum pro gradibus dignitatis: Speciales tit jam ſequuntur generales, cujus ordinis ratio jã ſæpe eſt expoſita, quorum primus eſt *de off. civil. jud. tit. 44.* alter eſt *Tit.XLIV.*
de off. milit. jud. tit. 45. Ratio eſt, quia major eſt ſemper dignitas civiliũ, quam *Tit.XLV.*
militarium, ut major quoque eſt dignitas urbanorum, quam Provincialium Judicum. Et hos titulos ſumpſit Tribun. ex C. Theod. quem plerumque ſequitur in diſpoſitione h. Cod. Huic tit. *de off. mil. jud.* adjũguntur duo
alii tit. *46. de off. trib. & com. rei mil. & tit. 47. ne rei milit. comit. &c.* qui duo *Tit.XLVI.*
tituli etſi non ſunt ita generales, ut duo priores, tamen propter ſimilitudi- *Tit.XLVII.*
nem argumenti adjiciuntur titulo generali, *de off. mil. jud.* His tandé adjungitur titulus maxime generalis & proinde recte poſt priores collocatur. puta *tit. 48. de off. div. jud.* qui tit. eſt de omnib. judicib. tam civilib. ſeu ur- *Tit.XLVIII.*
banis, quam militaribus Ejuſdem generis eſt tit. proximus *49. ut omnes jud.* *Tit.XLIX.*
tam civ. &c. Ratio a. cur hic poſterior ſit, eſt, quia agit de magiſtratuũ officio jam finito, & proinde ad finem eſt reſervatus. Hunc ſequitur *tit. 50. de off. ejus* *Tit.L.*
qui vicem, &c. Dicet aliquis, tractatum de judicib. jam finitum eſſe, &

tamen hic rurſum de officiis agi. Sed jam ſup. dictum eſt, totum de magiſtratib. tractatum in 2. capita tribuendum, ut priore de ipſis magiſtratib. altero de iis qui magiſtratib. inſerviunt, agatur, in quo ſunt magiſtratuum aſſeſſores, comites & miniſtri. Et primum quidem de Vicariis dicitur *tit. 50. de*
Tit. LI. *off. ejus, qui vicem, &c.* deinde *de aſſeſſoribus tit. 51.* Ratio ordinis cur Vicarius prior ſit aſſeſſore, eſt, quia eſt loco ipſius magiſtratus, cui aſſidet, & conſilium adminiſtrat aſſeſſor. Hos ſequuntur 2. tituli valde generales, communes tam ipſorum magiſtratuum, quam comitum ſive miniſtrorum Ratio jam ſæpe dicta, qui generales officiorum tituli plerunque ſunt poſteriores.
Tit. LII. Tit. LIII. Ex his duob. prior eſt *tit. 52. de anno. & capitatione.* ... poſterior eſt *t. 53 de contractib. jud. & eor. &c.* Ratio eſt, quia prior de annonis eſt de ſtipendio, hoc eſt, de re favorabili tum quia eſt de permittendo & donando quod ité eſt favorabile: ſed alter eſt de prohibitione rei, quæ ad delictum invitare poſſit: quod odioſum eſt, & proinde poſterius. Ultimus titulus de magiſt pub.
Tit. LIV. Pop. Rom putat *t. t. 54. de modo mulctarum.* Ratio ordinis eſt cur inquam, hic tit. ſit ultimus: quia eſt quodammodo pœnalis: At pœnalia & criminalia in ultimum rejici ſolent locum. Expoſitis igitur jam iis. quæ ad magiſtr. pub. pertinent, ratio dictat. ut jam agatur de altera magiſtratuum ſpecie, hoc
Tit. LV. eſt, de magiſtratib municipalib. de quibus primus eſt *tit. 55 de defenſ. civit.* Nam & hi ad civitates pertinent, licet proprie diſtinguantur à magiſtrat.
Tit. LVI. civitatum de quibus eſt *tit. 56. de magiſtr. municip.* Ratio ordinis, cur prius de defenſoribus agatur, eſt, quia defenſorum poteſtas fuit latior: & ſunt ipſi tanquam vice præſidum *Nov. 15. & 18.* Hunc titulum *56. de magiſtr. municip. &c.* Sequitur ſtatim *tit. 57. de offic. jurid. Alex.* qui eſt titulus ult. *lib. 1.*
Tit. LVII. *Cod.* Ratio eſt quia ſpeciem tantum magiſtratuum municipalium continet.

Lib. II. Codicis.

HACTENUS de jure publico, quod in ſacris ſacerdotibus & magiſtratibus conſiſtit, explicatum. proximum eſt caput de jure privato. Hujus explicationem oritur Imp à *lib. 2.* & pertexit uſque ad *lib. 10.* ut jam ſupra diximus. Jus igitur privatum. & civile, quia maxime in judiciis & actionibus verſatur, ut jam ſupra dictum eſt ubi de ordine librorum codicis ideo jam afferuntur ea, quæ ad judiciorum primas partes & initia pertinent: principium autem judiciorum. & omnium actionum eſt in jus vocatio. *§. omnium inſt. de pœn. tem. litig.* recte igitur hic ſtatim ponitur
Tit. I. Tit. II. tit. *2. de in jus voca.* ſed eum tamen præcedit tit. *de edendo*, quia eſt primus libri ſecundi. quia olim (ſæpe autem in C jus vetus & olim uſitatum ſervatur, & ſæpius quam in ff.) editio actionis præcedebat in jus vocationem, ut
Tit. III. Tit. IV. dicetur ad ff. Hos 2. titul. ſtatim ſequitur *3. de pact.* cumque *4. de transact.* Ratio ordinis dicetur infra ad ff. ubi idem eſt ordo. Nam id huc loco admonendum,

nendum, nos ne idem bis iteretur, cum in ff. & C. idem erit ordo, rationem ordinis ad ff. rejecturos, brevitatis cauſa titulo 4. *de tranſact.* adjungitur 5. *de errore calculi*, hac ratione, quia error calculi ſemper poſſit retractari: niſi de eo ſit tranſactum vel judicatum. Poſt hos tres titulos (*de pact. de tranſact. de errore calc.*) velut interjectos, redit Imp. ad ordinem judiciorum, qui eſt ut in jus vocatus, niſi tranſigat, cogatur in jus venire. *l 22. §. 1. de in jus voc.* ſed quia hodie in jus venire non cogitur, ipſe, ſed per aliũ defendi poteſt, recte & ordine jam de iis ſtatim agitur, per quos agere quis, aut defendi poſſit: quorum 2. cum ſint genera, advocati & procuratores. de utroque genere hic explicatur. titulo 6. *de poſtul.* & 12. tit. ſeqq. Prius autem de advocatis, quia longe major advocati eſt dignitas, quam procuratoris. De advocatis igitur eſt titulus 6. 7. 8. 9. & 10. quo etiam pertinet 11. Cur autem titulus 6. *de poſtulando* prior ſit titulo *de advoc. diverſ. iud.* qui eſt titulus 7. (perperam autem in vulgatis libris hic titulus in duos titulos eſt tributus: perperam inquam, qui contra libros veteres & auctoritatem Græcorum, ut & ipſe ordo LL. convincit) ratio eſt, quia titulus 6. eſt generalis, tum quia eſt antiquior, pertinens ad edictum: tum etiam quia de prohibitis eſt, qui non poſſint eſſe advocati. Prohibitoria autem primum ſunt collocanda, ut & generalia. At titulus 7. *de advocatis* magis eſt ſpecialis, utpote fere totus de advocatis provincialibus & municipalibus: eſt & recentior, quia jura continet præcipue ex conſtitutionibus principum prolata: quia autem advocatus fiſci eſt plane ſpecialis, & quædam in eo ſunt ſpecialia, nemo quoque is eſſe poteſt, niſi prius fuerit in ordine advocatorum ideo ſeparatim & poſterius de hoc agitur. tit. 8. *de advoc. fiſc.* Huic adjunguntur 2. tituli 9. *de errore advoc. &c.* & tit. 10. *ut quæ deſunt advocatis, &c.* qui ſunt ultimi de advocatis. Ratio, quia vicia & errata in ultimum titulum rejiciuntur, ſed cur tit. 10. *ut quæ deſunt advocatis, &c.* ſit poſterior, hæc eſt ratio, quia agit de judice, de quo poſtremum, & non niſi poſt advocatos quæritur, poſtquam videlicet advocati ſua jam allegarunt, an judex poſtea ab advocatis omiſſa ſupplere poſſit. His autem tit *de poſtulando*, ſive de advocatis adjungitur. *tit. 11. de cauſis ex quib. infam. alicui irrog.* quia ſcil. infamia notati prohibentur pro aliis poſtulare. *lib. 1. ff. de poſtul.* ut in ff. Poſt advocatos ponitur tit. *de procurat. 12.* Ratio jam dicta eſt. Ad eos autem pertinet quoque tit. 13. *Ne liceat potentiorib. &c.* Nam h. tit. prohibentur potentiores, procurationes & patrocinia ſuſcipiendo, aliorum actiones in ſe transferre, quod delictum, quia intereſt Reipubl. puniri, de eo hic proprius eſt tit. ſumptus ex C. Theod. ut & tit. proximus 14. *de his qui potentiorum.* in quo delictum priori ſimilimum continetur. Nam & priore titulo prohibetur procuratio potentiorum, ita in hoc 14. prohibentur potentiorum tituli, qui ſunt tabulæ quædam affixæ prædiis, de quibus videatur Duar. *lib. 1. diſput. cap. 4.* & Cujac. in

Tit. V. Tit. VI. Tit. VII. Tit. VIII. Tit. IX. Tit. X. Tit. XI. Tit. XII. Tit. XIII. Tit. XIV.

Parat. & *Nov.* 14. quæ ſimilitudo delicti per potentiores perpetrandi facit ut hic titulus 14. de titulis, licet hic alienus, tamen inſeratur ut & tit. Tit.XV. Tit.XVI. *15. ut nemo privatus, &c.* & *16 ut nemini liceat, &c.* quia & hi duo ſunt de titulis ſive ſignis, ſed prior eſt de rebus immobilibus ſive prædiis, quorum propriè ſunt tituli ſive tabulæ, ut mobilium propria ſunt ſigna. *Nov. 164.* prædiorum autem & rerum ſoli major eſt æſtimatio, & proinde ille tit. Tit.XVII. priori loco poſitus eſt. Hos titulos ſequitur rectè tit. 17. *ne fiſcus vel Reſpubl.* Ut enim modo, de prohibita procuratione potentiorum dictum eſt, ita nunc quoque de prohibita procuratione fiſci aut Reipublicæ rectè priori adjungitur. Et hæc de procuratoribus, quibus quia negociorum geſtores ſunt perſimiles, utrique enim negocia aliena gerunt, ſed procura- Tit.XVIII. tor cum mandato, negociorum geſtor ſine mandato. *l. 1. de procurat.* & *init. tit. inſt. de obl. quæ ex qua. contract.* rectè titulo *de procuratoribus.* adjungitur decimusoctavus *de negoc. geſt.* tam hic in C. quam in ff. Jam vero quia procurator defenſor non eſt idoneus ſine ſatisdatione. §. *ult. de ſatisd.* proximum erat, titulo *de procuratoribus tit. de ſatisdationib.* (ut fit in inſtit.) adjungere. Sed hic ante titulum *de ſatisdat.* duo interponuntur reſtitutio in integrum & arbitrium. Ratio, cur hæc duo interponantur, & adjungantur prioribus tit. *de advoc.* & *procurat.* eſt hæc, tum quia titulo, *de negoc. geſt.* quæ vi geſta ſunt (quod ad verbum *geſtum*) aliquatenus reſpondent, ut rectè hic Cujac. tum quia ſæpe ad hæc duo decurrere ſolent in jus vocati, ut liberentur ab ipſo judicio perſequendo vel accipiendo. Sæpe enim jus vocati vel laborant, ut in integrum reſtituantur, & non cogantur litigare: ſæpe etiam ad arbitrium ire malunt, & arbitrio rem componere, quam incerto litis eventui rem committere. Plato *libro undecimo, de L L.* δίκαι δὲ ἔςωσαν τέτων ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐὰν μὴ πρότερον ἐν γείτοσιν ἢ ἐν αἱρετοῖς δικαςαῖς ἀπαλλάττονται πρὸς ἀλλήλες τῶν ἐγκλημάτων. Cur autem de reſtitutione prius agatur, quam de arbitrariis, ratio explicabi- Tit.XIX. tur infra ad ff. Nam ibi idem eſt ordo. Itaque tit. *de neg. geſt.* ſequitur titulus decimusnonus, *de his quæ vi, &c.* Cum autem reſtitutionis ſpecies ſint ſex, metus, dolus, ætas abſentia, ſtatus mutatio, & juſtus error. *l. 1. & 2. de in integr. reſt.* Ex iis tantum priores quatuor hic in C. adferuntur. Hac fortaſſe de cauſa, quod reliquæ duæ in ff. ſatis ſint explicatæ: & nulla forte conſtitutio extaret, quæ de his duabus reliquis, puta de ſtatus mutatione & errore aliquid novi contineret. Inter has igitur ſpecies metus primo loco ponitur *tit. 19. de his quæ vi,* &c. Secundo dolus. Tit.XX. *tit. 20. de dolo malo.* Tertio ætas, *tit. 21. de in integ. reſt. min.* Quarto abſentia. *tit. 50. 51. & 53.* Ratio ordinis infra in ff. in quibus idem eſt, afferetur. Sed de ætate cum in ff. uno titulo, in C. 30. titulis agatur, eorum ratio & ordo hic explicanda. Puto igitur hos titulos de ætate ad tria

capita

capita revocari poſſe, quorum primum ſit de hac ipſa reſtitutione propter ætatem, hoc eſt, an & quibus de cauſis, & contra quos ea detur, aut non detur, alterum ſit de modo, ſive de proceſſu, ac ratione ejus impetrandæ. *tit. 46.* poſtremum de fine & interitu reſtitutionis *tit. 52.* Ratio ordinis inter hæc tria capita eſt facilis. Nam natura prius eſt quærere, an detur, poſterius quando detur, poſtremo quando finiatur. Quod ad primum caput attinet, id quia late patet, trimembre eſſe videtur: Nam reſtitutio vel datur: quia ſcilicet ſit neceſſaria: & quia juſtæ ſunt cauſæ, de quo membro *titul. 21. de in integr. reſt. & titulus 17. ſeqq.* vel non datur, idque aut quia non ſit neceſſaria, de quo tit. 40. *in quib. cauſ. in integr. &c.* aut quia cauſæ non ſunt juſtæ, ut detur, de quo membro eſt *tit. 41. qui & adverſ. quos, &c. & 4. tit. ſeqq.* Horum autem trium membrorum ordo hanc habet rationem: hoc eſt, cur prius de danda, poſterius de non danda reſtitutione agatur: tum quia ex datione, reſtitutionis natura melius intelligitur tum quia datio eſt magis favorabilis, quam denegatio. Non datio aut denegatio duo, ut dixi, membra continet. Vel enim non datur, quia non eſt neceſſaria, vel quia non eſt juſta cauſa illa priore loco ponitur: quia illam cauſam habet, ut & datio, ideoq; illa dationi. quę primo loco ponitur, ſimilior & proximior eſt. Ergo datur reſtitutio minori læſo, ut generaliter dicamus. Et de hoc eſt tit.
generalis, ac proinde primus, puta *21. de in int. reſt.* ſed quæri ſolet, an *Tit. XXI.*
Tit. XXII.
etiam detur parenti, & fidejuſſori minoris, ad parentem pertinet titu- *Tit. XXIII.*
lus *22. de filiofam. minore* ad fidejuſſorem pertinet titulus *23. de fidejuſſ. min.* *Tit. XXIV.*
Huic adjungitur titulus *24. ſi tutor vel curat.* ubi quæritur, an minori detur reſtitutio, ſi tutor vel curator intervenerit, an, inquam, detur minori tutore præſente: quod vix admittendum videbatur, ſed tamen & hoc caſu datur. Adjungunrur & aliæ cauſæ, in quibus etiam difficulter datur hæc reſtitutio, ſed tamen datur propter favorem minorum. Sed huic titulo vigeſimoquarto, prius adjungitur titulus *25. ſi in communi eadem-*
que cauſa, &c. Nam ut in priori tit. 24. ita & hoc 25. non videbatur danda *Tit. XXV.*
minori propter majorem.. Huic tit. 25. jam ſubjunguntur cauſæ, propter quas datur reſtitutio, ſed difficilime. Et hæc eſt cauſa, cur hæ explicentur nominatim. Nam etſi magnus eſt favor ætatis, qui induxit hanc reſtitutionem. *l. 1. de min. reſtit.* tamen omnis ægre concedi ſolet, hac de cauſa quia omnis reſtitutio eſt contra jus. *l. in honorariis. 25. de oblig. & act. §. rurſus de act.* Et ſunt quædam cauſæ, quæ ipſæ ſunt favorabiles, nec facile reſcindi debent, qualis eſt res judicata, & proinde primus titulus *Tit. XXVI.*
eſt *de his qui adverſ. rem jud. tit. 26.* Huic titulo adjungitur titulus 27. *Tit. XXVII.*
ſi adverſus venditionem, &c. Nam venditioni ſi accedat juſiurandum, quod *Tit. XXVIII*
rei judicatæ eſt ſimile: plane denegatur reſtitutio. *l. 1. hoc titulo.* Hunc titulum ſequitur tit. 28. *ſi adverſ. vend. pign.* Eſt enim ſpecies prioris tit. &

in hoc quoque difficulter datur reſtitutio, propter ſolemnem venditionem pignoris. Venditioni adjungitur donatio. *tit. 29. ſi adverſ. donat.* Ratio eſt, tum quia utraque hic proponitur facta tutore auctore, tum quia utrâque hic transfertur dominium: Nam in utraque intelligitur traditio ſimul facta. Donationi proxima cauſa eſt libertas. *tit. 30. ſi adverſ. libert.* quia libertatis donatio eſt quædam ſpecies beneficii, & quidem ſummi, ut ait Terent. Notum quoque eſt libertatem revocari difficillime. §. *ſemel. inſt. ex quibus cauſis, &c.* Huic adjungitur titulus 31. *ſi adverſ. transact. &c.* Nam & illa difficilime revocatur *leg. 20. C. de transact.* & continet aliquid dominio non abſimile. Nam transactione aliquid remittitur: licet tamen contra etiam quid recipiatur. *l. 33. transactio. C. de transact.* Diviſio vero transactione fieri ſolet: unde & pactum diviſionis dicitur. *l. 7. ſi fides. C. communia utriuſque judic.* transactioni ſimilis eſt ſolutio, & proinde eam ſubſequitur, quæ eſt ipſa favorabilis, & proinde non tam facile reſcinditur, de quo eſt titulus 32. *ſi adverſ. ſolut.* Adjicitur dos. *titulus 33. ſi adverſus dotem.* Nam hæc quia favorabilis non ſemper datur ejus nomine reſtitutio. Cur autem dos ſequatur ſolutionem, ratio eſt, quia in his duobus titulis proponitur ſolutio facta per alium, per curatorem ſcilicet minoris: ut & dos per alium, puta per tutorem minoris puellæ. Tandem eſt titulus trigeſimus quartus, *ſi adverſ. delict. &c.* Nam ut ſæpe dictum, vicia & delicta in ultimum titulum rejiciuntur. Cur igitur dicat aliquis, poſt hunc titulum ponitur alius titulus trigeſimusquintus, *ſi adverſ. uſucap. &c.* quæ cum ſit adquiſitio dominii videbatur prope titulum *ſi adverſus donationem* potius collocandus? Ratio ordinis hæc eſt. quia hæc cauſa differt ab omnibus prioribus in eo, quod in illis factum aliquod, ut vendere, donare, &c. in uſucapione nullum factum minoris ſed non factum, hoc eſt, negligentia verſetur, ſive patientia ſocors. *l. alienationis. ff. de verb. ſignif.* quæ cauſa quoque eſt, cur & hæc reſtitutio ob uſucapionem ſit difficilior. Eſt & altera ordinis ratio, quia quædam ſpecies delicti hic verſatur, puta nimia negligentia, & proinde tit. *ſi adverſ. delict.* recte adjungitur huic tit. *ſi adverſ. uſucap.* Huic adjungitur tit. *36 ſi adverſ. fiſcum*, vel quia poſt reſtitutionem adverſus privatos, ratio poſtulat, ut etiam de ea agatur, quæ adverſus fiſcum, Nam & hæc difficilis eſt propter furorem fiſci. Et hæc ratio indicatur, *l. 2. hoc tit.* vel quia in hoc tit. *l. ult.* affertur de præſcriptione quinquennii, quæ pertinet ad uſucapionem, de qua priore tit. quare & *in inſtit. §. ult. de uſucap.* idem ponitur, quod hic *in l. ult. tit. ſi adverſ. fiſcum.* Hunc titulum ſequitur tit. 37. *ſi adverſus creditorem.* Ratio eſt, quia hactenus dictum eſt de reſtitutionibus ex hac cauſa, ſi minor aliquid amittat ex propriis bonis, proximũ eſt, ut agatur de iis qui nihil alienant, vel amittunt ex ſuis bonis. Quo pertinet titulus iſte 37. *ſi adverſ. credit.* &

Tit. XXIX. Tit. XXX. Tit. XXXI. Tit. XXXII. Tit. XXXIII. Tit. XXXIV. Tit. XXXV. Tit. XXXVI. Tit. XXXVII.

credit. & 2. tit. ſeqq. quæ ratio ordinis indicatur *in tit. 39. l. ſi ut omiſſam*. Et hujus generis eſt cautio ſive obligatio: ut ſi mutuũ acceperit minor, nihil alienat de ſuo. ſed accipit potius alienum: & tamen datur reſtitutio, quia ſe obligavit ad alienãdum hoc eſt reddendum mutuum. Ejuſdem generis eſt hereditas minori obveniẽs, de qua 2. ſunt tituli, prior eſt tit. 38. *ſi minor ab hereditate ſe abſtineat, &c.* alter eſt tit. 39. *ſi ut omiſſam hereditatem*. Nam in hereditate minor bifariam lęditur, aut in adeunda aut in omittenda. Ratio ordinis eſt; hoc eſt, cur ti. *ſi minor ab her. ſe abſt.* &c. de aditione ſit prior: tũ quia hoc caſu, (quo minor jam adijt, ſeque creditoribus obligavit adeundo *§. heres. inſtitut. de oblig. quæ ex q. contr.* & poſtea adverſus aditionem reſtitui velit, ut ſeſe abſtineat rurſus ab hereditate) creditores ſint convocandi, quorum ſcilicet intereſt. *Nov. 115.* Et proinde huic tit. *ſi minor ab hereditate, &c.* recte adjungitur tit. *ſi ut omiſſ. &c.* tum quia aditio natura prior eſt omiſſione, ut habitus prior eſt privatione. Et hæc de primo membro reſtitutionem, hoc eſt ex quibus cauſis detur reſtitutio licet ex multis ęgre. Alterum eſt de cauſis ex quibus non detur, quia non ſit neceſſaria. de quibus eſt tit. 40. *in quibus cauſ. in integer. reſt. &c.* Proximum eſt tertium de ijs cauſis, ob quas minime datur reſtitutio: ut quia ſunt nullæ, & injuſtæ, quo pertinet tit. *41. qui & adverſus quos. &c.* & 3. ſeqq. Ille quidem *qui & adverſ. &c.* quia generaliter eſt conceptus, licet ſpecialiter tamen unam & alteram tantum cauſam contineat. Huic adjungitur tit. 42. *ſi minor ſe major: &c.* Nam ut prior caſus eſt induſtræ minoris ad denegandam reſtitutionem: ita hic eſt ejus malitia ſive malitioſa & fraudulenta induſtria. Alius caſus adfertur. tit. ſeq. 43. *ſi ſæpius. &c.* poſterior illis hac ratione. quia illi de prima reſtitutione, hic agit de ſecunda, & iterata. Cui caſui proximum tit. obtinet alius, puta impetratio veniæ ætatis, de quo eſt tit. *44. de his qui veniam, &c.* qui caſus eſt ult. Et recte ei adjungitur tit. 45. *ſi major fact.* Nam ut priores tituli omnes ſunt de minore, ita hic titul. 45. eſt de majore & proinde poſterior: Major autem ſimilis eſt ei, qui veniam ætatis impetrat, de qua eſt tit. *44. de his qui veniam.* Hactenus de primo capite reſtitutionis, eoque trimembri, quando & quibus ex cauſis detur reſtitutio, & quibus non, proximum eſt caput alterum de modo proceſſu reſtitutionis impetrandæ, ad quod pertinet *tit. 46. & tres ſeqq.* Et primum quidem de judice, apud quem reſtitutio impetretur *d. titul. 46. ubi & apud quem cognitio reſtitutionis agitanda ſit.* Nam ut in judicijs, ita & in reſtitutionibus, quæ cum judicijs ſimilitudinem habent, primum quæritur, de ipſa juriſdictione & magiſtratu. Huic adjungitur tit. *47. de reputat.* Nam ut reſtitutio fit apud magiſtratum, ita & reputatio contra minorẽ. Ad initium quoque ſive ad petendam reſtitutionem pertinet titul. 48. *etiam per procuratorem, &c.* Nam ut in judicijs, ita & hic primum de magiſtratibus, deinde de partibus eorumque procuratore conſtare debet. Hunc ſequitur, tit. 49. *in integr. reſt. poſt. &c.* Ratio, quia priores tituli ſunt de poſtulanda, &

Tit. XXXVIII. Tit. XXXIX. Tit. XL. Tit. XLI. Tit. XLII. Tit. XLIII. Tit. XLIV. Tit. XLV. Tit. XLVI. Tit. XLVII. Tit. XLVIII. Tit. XLIX.

hic jam de poſtulata, & proinde ultimus. Reſtat tertium caput, quod eſt de interitu reſtitutionis, de quo eſt tit. *52. de temp. in integr. &c.* ſed ante eum titulum interjiciuntur tituli, *de militibus & de militum reſtitutione, & uxorum militum*, titul *50. de reſt. milit.* & titul *51. de uxor. milit.* quæ tamen tractatio *de militibus & abſentibus Reip. cauſa* proprie pertinebat ad quartam reſtitutionis ſpeciem propter abſentiam Reip. cauſa, de qua tit. 53. Ratio tamen, cur de his ſint interjecti hic 2. tituli, ubi de minoribus agitur, eſt hæc, quia miles abſens Reip. cauſa minoribus ſint ſimiles in eo, quod ut minorum, ita & horum reſtitutio eodem tempore duret: puta olim anno utili, & hodie quadriennio, cum aliud tempus alijs reſtitutionibus quibuſdam etiam perpetuum ſit conſtitutum. Atque ita commode hic adjungitur tit. *52. de temp. in integr. reſt. &c.* quod eſt tertium & ultimum caput de reſtitutionibus propter ætatem. Eſt & hic titulus communis tam minorum quam militum, & Reip. cauſa abſentium. Et hæc de tertia ſpecie reſtitutionum propter ætatem ſcil. Eam proxime ſequitur 4. ſpecies, quæ eſt propter abſentiam: de qua eſt. titul. *53. qu. b. ex cauſ. major. &c.* Ratio, quia ut prior eſt de minoribus quorum ætas tempore eſt prior, ita & hæc quarta de majoribus. Ad hanc majorum reſtitutionem pertinet titul 54. *de alienatione judic. mut. cauſa, &c.* ſed quia reſtitutio datur ſub eo titulo propter delictum. *l. 7. de alien. judic. mut. &c.* merito ultimum in locum rejicitur. Dictum eſt ſupra judiciorum ordinem interrumpi hoc libro, duobus tractatibus interjectis, reſtitutionum & arbitriorum: itaque illo jam explicato accedit Imper. ad alterum, de quo eſt titul. *55. de recept. arb.* His igitur duobus jam confectis redit Imper. ad ordinem, qui ut intelligatur, meminiſſe oportet, ante duos illos tractatus actum fuiſſe de advocatis & procuratoribus. Hi autem quia ſine ſatiſdatione non ſunt idonei, ſtatim adjungitur tit. *56. de ſatiſdando*, ut & *in inſtitut. lib 4.* eſt dictum. Tandem novo jure concludit hæc initia judiciorum: ita namque ſolet jus noviſſimum ponere loco noviſſimo, ut *in inſtit. tit. de legat. tit. de inutil. ſtip. de interdict.* juris novi duo capita hic adferuntur: de formulis actionum, de jurejurand. calumniæ. De illis prior eſt tit. poſtea *57. de formulis act. &c.* de hoc tit. *58. de jurejurand. propter calum.* Ratio, cum quia jus novum hoc de jurejurando eſt recentius priore, utpote à Juſtiniano introductum: cum prius de formulis ſit ab alijs Impp. tum quia in proceſſu ſive ordine judicij formularum impetratio prior eſt jurejurando calumniæ, quod in ipſa litis conteſtatione plerunque interponitur: cum formularum impetratio etiam fieret ante editionem ſtatim initio.

Tit. L.
Tit. LI.
Tit. LII.
Tit. LIII.
Tit. LIV.
Tit. LV.
Tit. LVI.
Tit. LVII.
Tit. LVIII.

Eſt tertia ratio, quia tit. 57. exceptionem habet non impetratæ formulæ, ſed hæc ſublata eſt, illa non item.

* * *

Liber

Liber III. Codicis.

ET hæc eſt analyſis titulorũ *lib. 2.* in quo diximus contineri initia judiciorum, quę græce τὰ πρῶτα dicuntur. Ordinis nunc ratio poſtulat, ut de ipſis judiciis explicetur. Itaq; duo potiſſimũ de iis tractantur. I. quæ ad formam, ſive ut vulgo loquũtur, ad proceſſum pertinent. II. Ipſæ judiciorum ſpecies. Sed pars prior, quia eſt bimembris, ut partim ad ipſam judiciorum conſtitutionem, partim ad finem pertineat: hunc ordinem tenuit Tribunianus tam in C. quam in ff. ut membrum de judiciis conſtituendis priore loco: alterum de finiendis (enumeratione ſingulorum judiciorum interpoſita) poſteriore poneretur, ut ſupra dictum ubi de lib. Cod. In hoc igitur lib. 3. tria fere continentur. I. Illud membrum de judiciis conſtituendis. II Species judiciorum ſive actionum in rem exponuntur *tit. 28. & 3. ſeqq.* & tandem quædam acceſſoria ſive extraordinaria *tit. 40. & 3. ſeqq. uſque ad finem libri.* Quod ad primum caput hujus libri attinet de ipſis judiciis eorumque conſtituendorum, & exercendorum proceſſu, ad tria quoque id membra revocari poteſt, ut res ſit dilucidior. Primo namque de perſonis judicum & litigantium agitur *titulo primo & ſex ſeqq.* Alterum membrum eſt de iis, quæ ad conſtitutionem judiciorum ipſam pertineant, de quo eſt *tit. 8. & 4. ſeqq.* Tertium eſt de foro competente, de quo *tit. 13. & 13. ſeqq.* De primo, hoc eſt, de perſonis, cur primo loco agatur, ratio eſt perſpicua propter dignitatem, ſed cur agatur poſtremo de foro competente, ratio eſt, quia ab eo membro tertio facilior fiat tranſitio ad ſecundum caput libri 3. quod continet ſingulas judiciorum ſpecies in rem. Nam & hoc membrum de ſoro competente tractatur per multas judiciorum ſpecies. Forum variat pro differentia judicii. Quod igitur ad primum membrum de perſonis attinet, primum de ipſis judicibus eorumque officio generaliter agitur *tit. 1. de judiciis.* de quo tamen titulo dicetur latius in ff hoc titulo. Nam & hic videtur generalis, quo ad naturam & proprietatem judiciorum. Multa enim ſub eo hic exponuntur, quæ non ad judicum perſonas, ſed ad naturam judiciorum pertinent, *ut in l. 1. 2. 3. 4. 7. & 8.* Huic adjungitur titulus 2. *de ſportulis, &c.* Ratio, quia *in l. ult. tit. 1.* facta ſit mentio executorum quibus dari ſolent ſportulæ, hac occaſione ſtatim *l. ult. tit. 1.* additur titulus ſecundus *de ſport.* Poſt hunc titulum ſecundum ſtatim redit ad ipſos judices. Et primo quia egit de omnibus judicibus & maximè de majoribus, adjungitur jam tit. *de minoribus tit. 3. de pedan. judic.* Hujus tituli pars videtur titulus 4. *qui pro ſua juriſdict. &c.* aut certe communis eſt hic totus titulus *titulo 1. & 3.* Nam agitur de pedaneis judicibus quinam tales eſſe poſſint, & à quib. dentur, ſive qui eos dare poſſint, puta majores. Sic & tit. 5. *ne quis in ſua cauſa, &c.* item eſt communis tam majorũ, qui proprie jus

Tit. I. *Tit. II.* *Tit. III.* *Tit. IV.* *Tit. V.*

dicere dicuntur, quam pèdaneorum, qui proprie judicare. Et proinde hi ti-
tuli ut communes poſteriore loco ponuntur. Poſt judices quæritur de ipſis
Tit. VI. litigantibus, ad quos tit. 6 pertinet, *qui legit. perſon. &c* & tit. 7. *ut nemo invi-*
Tit. VII. *tus. &c.* Ratio inter hos 2. tit eſt, quia prius cõſtare debet, an agere quis poſ-
ſit, quam cogi poſſit. Siniſtre enim cogerentur, qui etſi velint, agere nõ poſ-
ſent. Nunc de ipſo proceſſu, ſive judicij forma, & ritu, quo pertinet titulus
Tit. VIII. octavus, *de ord. Judic.* & 4. ſeqq. ut ſupra dictum. Ratio, cur ille titulus prio-
re loco ponatur, eſt, tum quia verba ſunt generalia, tum quia conſtare debet
de ipſa quæſtione, de qua ſit judicium, quam ulterius de ejus proceſſu aga-
Tit. IX. tur. Hunc ſequitur titulus nonus, *de l. tis conteſt.* cum ante litis conteſtatio-
nem potius ſit controverſia quam lis, ut indicat *l. 1. de litis conteſt. & l. 3. de edē-
do.* ſupra, quæ duæ LL. ſunt conjungendæ. Huic tit. *de litis conteſt* adjungi-
Tit. X. tur tit. 10. *de plus petit*, huic 11. *de dilāt.* Ratio eſt, quia dilationum plerunque
Tit. XI. ſunt cauſæ, inſtrumenta ſive probationes. *ut aut l. 1.* At probationes plerun-
Tit. XII. que poſt litem conteſtatam fieri ſolent. Huic adjungitur tit. 12. *de feriis*, quia
& feriæ tribuunt dilationem ipſo jure: ſed dilationes ſunt auctoritate judi-
cis. Alius tamen eſt ordo in ff & C. Theodoſ. in quibus hi duo tituli longe
anteponuntur ante pacta. Ratio infra exponetur ad ff. Expoſitis jam duo-
bus membris, de perſonis & ipſo proceſſu, aut ſaltem de parte ejus primã (nã
judicij ſeu proceſſus pars ultima de ſententia & exſecutione rejecta eſt *in li-
bro 7.*) reliquum nunc eſt tertium membrum, de foro competenti. De quo
Tit. XIII. titulus generalis *13. de juriſd omn. jud.* & proinde primum obtinet locum: ſub
quo generalis eſt reg. *ne quis ad alienum judicem ſ. u forum non competens voce-
tur, ne quidem vel ad principem.* Excipiuntur quædam perſonæ de quibus tit.
Tit. XIV. 14. *quando Imp. inter pupillos, &c.* Et hi duo ſunt generales tituli de foro com-
pet. Nunc eos ſequuntur ſpeciales quorum tres ſunt ſpecies. Nam 1. agitur
Tit. XV. de judicijs publicis, propter eorum dignitatem de quib tit. 15. *ubi de crimi-
nibus, &c.* Hunc ſtatim ſequitur tit. 16. *ubi de poſſeſſ. agi.* Nam & in hac quę-
Tit. XVII. ſtione de poſſeſſione, ineſt judicium publicum. Eo quoq; pertinet tit 17. *ubi
fideicommiſſ. pet.* Non quia fideicommiſſorum ſit publicum judicium ſed q̃a
pertineat ad poſſeſſionem. Nam fideicommiſſorum potius poſſeſſio quam
dominium peti ſolet. *l. 3. ff. ſi uſufr. pet* Secunda ſpecies eſt de privatis judicijs.
Tit. XVIII. ad quam pertinet tit. *18. ubi conveniatur, &c.* & 3. ſeqq. privata autem judicia,
vel ſunt in perſonam, vel in rem. *§. actionum. 1. inſt. de act.* & prius quidem hic
dę in perſonam agitur, ideoq; propter ſimilitudinem privata in perſonã, il-
lis ſtatim ſubjungũtur. Alioquin prius tractari ſolẽt actiones in rẽ q̃ in per-
Tit. XIX. ſonã ut infra dicetur. Cur aũt tit ubi in rẽ actio exerceri debeat, præcedat ti-
tul. de hereditate, ratio videtur eſſe, quia tit. 19. eſt generalis de omni in rem
Tit. XX. actione, etſi proprie tamen magis de rei tantum vindicatione agere videtur.
At tit. 20. *ubi de hereditate agitur, & ubi heredes, &c.* eſt plane ſpecialis, hoc eſt,
Tit. XXI. de petitione hereditatis quæ eſt ſpecies actionis in rem. Specialia autem eſſe
de peti-

generalibus poſteriora jam ſæpius dictum eſt Huic tit. adjungitur t.t. 21. *ubi de ratiocin. n.u,&c.* Ratio ordinis hæc eſt, quia poſtquam jam dictum eſt de publicis & privatis judiciis ſeparatim, merito in fine adjungitur tit. in quo cōmuniter tam de publicis quam privatis judiciis agatur, ſed ratiociniis potius quam judiciis Et hæc de publicis & privatis judiciis. Reſtant judicia de ſtatu:ad quæ pertinet tit.22. ubi ſtatus cauſa, &c. Ratio a. cur judicia de ſtatu poſteriore loco ponatur dicetur infra ad init. *lib.7.* Ad eandem cauſam ſtatus, quia ei perſimilis eſt, pertinet conditio curialium, & proinde ſtatim adjicitur tit.23. *ubi quis de curiali,&c.*. Curia ſimilis eſt ſenatui ſed quia à cauſa ſtatus longius abeſt ſenatoris dignitas quam conditio curialis merito priores titulos ſubſequitur tit. 24 *ubi ſenatores, &c.* Huic dignitati proxima eſt militia non armata . ſed togata,ut eſt agentium in rebus, de quibus eſt titulus proximus 25 in quib cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt. Et hæc de foro cauſarum publicarum, privatarum & ſtatus. Eſt & quartum genus cauſarum, puta fiſcales & Cæſaris, de quibus vltimo loco agitur tit.26. *ubi cauſæ fiſcales, &c.* Ratio, quia hæ cauſæ ſunt fere extraordinariæ & proinde vltimum fere titulum obtinent Et hæc de tribus mēbris, puta de perſonis, de ipſo judiciorum ordine, & foro competente. His adjicitur velut appendix, & extra ordinem tit. 27. *quando liceat unicuiq; &c.* vt ſc. ſuperiora melius intelligantur comparatione contrarii Nam in ſuperioribus agitur de jure ſuo perſequendo per judicem, hic contra non per judicem, ſed propria auctoritate, quod raro licet, & proinde breviter abſolvitur. Hactenus de 1. capite hujus libri, quod eſt generale omnium judiciorum. Alterum caput eſt ſingulare, puta de ſingulis judiciorum generibus: quæ cum ſint vel in rem, vel in perſonam, prius collocantur judicia in rem, & hic & in ff. Ratio dicetur infra ad ff. Ex judiciis igitur in rem primo loco ponitur judicium ſive actio inofficioſi teſt. tit. 28. *de inoff. teſtam.* ratio infra ad digeſta adferetur ubi idem eſt ordo. Hunc titulum ſequitur tit.29. *de inoff. donat.* propter ſimilitudinem. Cur autem eum non præcedat, hæc eſt ratio, quia teſt. inofficioſi querela eſt antiquior:& hæc inofficioſa donatio illius exemplo inducta ab Impp. fortaſſe ab Alexandro, aut certe paulo poſt. *l.8. Titio.§. Imp. de leg. 2. l.1. C. de inoff. donat.* Et hæc quoq; eſt cauſa, cur h.tit *de inoff. donationi* . non exſtet in ff quia ff. ſunt ex veterum ICtorum reſponſis, quibus recentior eſt hæc querela inoff. donat. quæ ut dixi ad exēplum inoffic teſtamenti eſt inducta, vt ait *l.1.6.8. C. de inoff. donat.* propter eandem ſimilitudinem adjungitur tit.30. *de inoff. dotib.* Cur autem hic titulus *de dotibus* ſit poſterior titulo *de donationib.* ratio eſt, tum quia tit. prior eſt generalis, puta de donationib. cujus ſpecies eſt dos. *l.20. cum mulie. C. de donat ante nupt.* tum quia hæc dotis inofficioſæ querela priore de donatione eſt recentior, fortaſſis inducta à Conſtantino. *tit. de inoffic. dot.* Hos tit de inofficioſis ſequitur tit.31. *de petit. hered.* & hunc tit.32. *de Rei vindicat.* cum-

Tit. XXII.
Tit. XXIII.
Tit. XXIV.
Tit. XXV.
Tit. XXVI.
Tit. XXVII.
Tit. XXVIII.
Tit. XXIX.
Tit. XXX.
Tit. XXXI.
Tit. XXXII.

Tit. XXXIII. que *tit. 33. de uſufr.* hunc *tit 34. de ſervitut. & aqua.* Ratio ordinis infra ad ff. Tit. XXXIV. Tit. XXXV. explicabitur, ut & iſta: cur *tit. 34.* ſubſequatur *tit. 35. de leg. Aquil.* Nam Tit. XXXVI. utrobique idem eſt ordo. Huic titulo. Aquiliæ adjungitur, & *tit. 36. famil. erciſc.* ſed cum tria ſint judicia mixta, partim in rem, partim in perſonam famil. erciſc. communi divid & fin. regund. Cur hic in Cod. finium regundorum ſit ultimum, quod in ff. eſt primum. Ratio eſt quia Imp. ſæpe in ſuo Cod. ſequitur Theodoſ. in quo idem eſt ordo. qui hic. Credo hac ratione quod judicium familiæ erciſcundæ eſt generale, puta de heredibus, finium regundorum eſt ſingulare. de agrorum finibus. Univerſalia autem ſingularibus anteponuntur, ut ſæpe dictum tanquam digniora. Tit. XXXVII. Cur autem *tit. communi divid.* ſtatim 37 ſubſequatur ante tit. fin. reg. cum & ipſe hic ſingularis, ſit tantum ratione ſimilitudinis. quæ eſt poſita in diviſione & etiam in re. Nam famil. erciſc. judicium eſt de dividenda hereditate: communi divid. eſt de dividendo legato, aut alia re communi ex donatione forte vel alia cauſa. Hunc tit communi divid. ſubſequitur ſtatim Tit. XXXVIII. *tit. 38. communia utriuſque judicii. &c.* Ratio eſt, quia prius exponenda fuerunt, quæ propria ſunt tam famil. erciſc. quam communi divid. poſterius, quæ utriuſque communia judicii, ut plerunque fieri ſolet. Hunc Tit. XXXIX. tandem ſequitur titulus 39. *finium regund.* Reſtat tertia pars, in quam varia ſunt conjecta, quæ tamen ad actiones in rem, & ſecundam partem Tit. XL. fere pertineant. Primum eſt *tit. 40. de conſort. ejuſd. lit.* Sed quæri poteſt, cur hic tit. in C. Theodoſ. longe ante, puta circa initium judiciorum ſit poſitus, hic autem huc uſque ſit rejectus? Ratio noſtri ordinis eſt, tum quia hic tit. licet generalis, maxime tamen pertineat ad actiones in rem. ut indicat ipſa inſcriptio tit. in C. Theodoſ. *lib. 2. tit. 5.* tum quia conſortes litis ſunt ſimiles illis, de quibus modo eſt dictum, puta de confinibus ſive potius affinibus collegatariis, & heredibus. Alterum eſt ſub Tit. XLI. *tit. 41. de noxal. act.* Sed quæri etiam hic poteſt, cur hoc lib. de actionibus in rem, agatur de noxalibus actionibus, quæ ſunt in perſonam. Ratio eſt, tum quia hæ actiones nituntur jure dominii *l. 30. & 42. infra de noxal. act.* tum quia concurrunt ſæpe cum actionibus in rem, & actione ad exhibendum ſerviente actioni in rem. *l. 1. & ult. C. de noxal. act.* quæri & hoc poteſt, cur hic *tit. de nox. act.* hic in C. ponatur poſt *tit. fam. erciſc.* cum in ff. ante collocetur? Ratio differentiæ eſt: quia in ff. habita fuit ratio damni & noxæ, & proinde ibi. *tit. ad leg. Aquil.* qui eſt de damno, ſtatim adjunctus eſt. At hic habita eſt ratio dominii, ut jam dictum eſt.

Tit. XLII. Huic titulo *de noxal. act.* adjungitur *tit. 42. ad exhib.* quod eſt tertium. Ratio eſt, quia ei, qui noxali actione vult experiri ad exhibendum quoq; actio eſt neceſſaria, non minus, quam ei qui actione in rem vult experiri. Proinde hæc actio ſervit tam in rem actioni, quam noxalibus, ideoque poſt utraſque collocatur. *l. 3. ſi quis noxali. ad exhib.* Et hæc eſt ratio, cur *tit. de*

nox. act.

nox. act. prior ſit *tit. ad exhibend.* Eſt & altera quia titulus *de noxal. act.* quantũ poteſt proximus eſſe debet, de l. Aquil. quia in utroq; damno agitur. Cur autem actio ad exhibendum, quæ eſt in perſonam *l. 1. ad exhib.* in hoc libro ponatur, ubi agitur de actione in rem: deinde cur huic titulo *ad exhib.* adjungatur *tit. 43. de aleator. & alearum luſu*, & tandem *tit. 44. de religioſ. & ſumpt. fun.* ad ff. ubi idem eſt ordo, explicabitur. *Tit. XLIII.* *Tit. XLIV.*

Liber IV. Codicis.

ADhuc dictum eſt de actione in rem cui proximæ ſunt actiones in perſonam, à quibus Imp. orditur hoc lib. 4. eaſque perſequitur *lib. 4. 5. & 6.* ſunt enim ex variis cauſis, & maxime ex obligatione quæ obligatio naſcitur ex contractu & delicto, vel quaſi, &c. Et primo quidem exponuntur judicia vel actiones in perſonam, quæ ex contractu. Ratio dicta eſt ad inſtit. & infra ad ff. dicetur, Inter hæc autem judicia ex contractu primum tit. obtinet mutuum. Ratio expoſita eſt, ad inſtit. & de mutuo hic ſtatim init. lib. 4. eſt *tit. 2. ſi cert. pet.* Cur autem eum præcedat *tit. de reb. cred. &c.* qui tit. eſt duplex, dignum eſt explicatu. Nam & inde ratio ordinis intelligetur, quare *tit. de oblig. & act.* ſit tit. 10. qui eſſe debet primus, vtpote generalis, & obligationũ & actionum in perſonam ex illis naſcentium communis. qui *tit. et in ff generalis eſt:* quemadmodum & in inſtit. eſt tit. generalis *de obl.* iſq; in inſtit. primus eſt, ubi tamen *actionis* verbum omittitur, quia ut ordo eſt inſtit. actiones ad aliud juris caput pertinent, puta ad tertium, obligationes ad aliud, ſecundum vid. quæ Tyronum gratia ſeparatim explicantur, ut ait Imp. *in §. non autem inſt. de legat.* Intelligendum eſt ergo in edicto perpetuo; cujus ordo & in ff. & in C. plerunq; tenetur, primũ fuiſſe *tit. de reb. creditis*, à quo & olim tertia pars juris dicta fuit de rebus ut indicat *l. 2. C. de vet. jur. enucl.* Credo à primo titulo *de reb. cred.* ita enim & alias librorum tituli à primis verbis ſumi ſolent, ut Ciceronis liber *de ſenect.* dicitur, *O Tite, &c.* Ita & Grammatici de Eclogis Virgilii ſcribunt. Etſi autem *tit. de reb. cred.* non eſt ita generalis, ut tit. de rebus (nam hic de rebus continet totam tertiam partem juris, etiam obligationem, at *t. t. de reb. cred.* eſt quidem generalis, ſed nõ vt prior de rebus, quia tantum aliquas actiones in perſonam continet, puta actionem, quæ proprie dicitur *de reb. cred.* quæ eſt condictio certi de mutuo, & alias ei ſimiles, ut ſunt condictio indebiti, de pignore, &c. ut ipſe Ulp ait *d. tit. de reb. cred.*) Etſi igitur, inquam hæc duo, de rebus & de rebus creditis differunt, quod alterum altero eſt magis generale tamen alterum ex altero eſt ſumptum, hoc eſt illud eſt de rebus ſumptum ex illo de rebus creditis, ut in totis libris diximus fieri. Ut igitur tam in C quam in ff. hæc tertia pars, quæ dicitur de rebus titulum ſibi convenientem retineat, collocatur ſtatim in-

iti. hujus lib 4. *de reb. cred.* & non tit. *de oblig. & act.* licet magis generalis. Eſt autem hic tit. duplex *de reb. credit. & jurejur.* quod etiam argumẽtum eſt ejus rationis, quia dixi hunc tit. *de reb. cred.* poſitum eſſe initio eò, vt pars tertia juris ſtatim habeat ſuum tit de rebus. Et ita quoque *l. b. 2 ſent.* Paulus hunc tit. concepit. *de rebus cred. & jurejur.* In ff. tituli ſunt diſtincti. Quia tamen hoc verbũ, *de reb. creditis* propriè mutuum ſignificat. *l. 1. de reb. cred. l. creditor. 11. de verb. ſignif.* rectè fecit Tribun. vt ſtatim de mutuo, ſive de actione ex mutuo agat, quæ actio dicitur condictio certi de rebus creditis *int. inſt. qu. b. mod. re contrah. obl. &c.* & hic ea dicitur actio ſi certum petatur, de qua eſt tit. 2. ubi prius de act. *ſi cert. pet.* poſterius *de jurejur.* Ratio ordinis hoc loco eſt, tum quia Imp. hic habuit rationem religionis, cujus dignitas facit, ut priori loco agatur *de jurejur.* tum quia tit. ult. *lib. 3.* eſt *de relig. & ſumpt. fun.* cui nunc rectè adjungitur titulus *de jurejur* quod eſt affirmatio religioſa, vt ait Cic. *3. off.* In ff. alia eſt ratio, de qua infra. ubi exponetur quoque ratio, cur de jurejur. agatur eo in loco, ubi agitur de mutuo. Et hæc de *1. & 2. tit. lib. 4.* His jam expoſitis non ſtatim adjungitur tit de oblig & act. ſed adhuc tres tituli præponuntur, hac ratione quia mutuo ſunt ſimillimi. 3. eſt *de ſuffragio.* Ratio eſt, quia ut tit 2. eſt de actione ſi cert. pet. ex mutuo ita 3. eſt de actione ſi cert. pet. ex ſuffragio Et hic titulus ſumptus eſt ex Cod Theodoſ. ubi & alius deinde tit ad titulum *de ſuffragio* adjungitur. tit 4. *de prohib. ſequeſtr. pecun.* Ratio eſt ſimilitudinis. Nam id ſemel hic admonendum, tam in C. quam in ff. omnes actionum tituli qui potiſſimum agunt de pecunia numerata, ſive quantitate. & non de aliis rebus conjunctim tractari. Optima ratione, vt ſc. ſimilia, & quæ ſunt ejuſdem generis judicia ſive actiones, eodem in loco explicentur. Quare & hic tit. 4. quoque hoc loco ponitur, quia tantum intelligendus eſt de pecunia. Nam quod Bart. & alii Gloſſographi eum tit accipiunt generaliter. vt ſcil locum habeat hæc prohibitio non tantum in pecunia numerata, ſed & in omnibus aliis rebus id erudite refellit, Joh. Robertus, *l b. 1. quæſt. c. 5.* Hunc tit ſubſequuntur quinq; tituli condictionum, puta tit. *5 de cond. indeb.* tit. *6. de condict. ob cauſam dat.* tit. *7. de condict. ob turpem cauſ* tit 8. *de cond. furt.* tit. *9. de condict. ex lege* quibus continentur 7. condictiones. Ratio autem primum, cur poſt tit. de mutuo agatur de his condictionibus deinde inter has condictiones, quæ ſit item inter ſingulas. ratio ordinis & cur hic prius *de condictione indebiti*, & in ff. cur prius *de condict. cauſa data.* & ſic deinceps agatur, explicabitur ad ff. His jam de mutuo, & propter mutuum de condictionibus ordine expoſitis, & abſolutis jam ſtatim collocantur tituli generales, ad quam claſſem pertinent hi tituli 10. *de oblig. & act* & 12. tituli ſeqq. vſq; ad tit. *23. de commodato*, qui ſpecialis eſt. Atq; ita hi titt. 13. generales, ſunt hic interjecti inter duas ſpecies obligationum ex re, mutuum & commodatum, qui tamen omnes potius debuerant ante titulum, *de mutuo* collocari. Sed cur hoc non fuerit factum, ratio jam ſupra eſt expo-

Tit. I. *Tit. II.* *Tit. III.* *Tit. IV.* *Tit. V.* *Tit. VI.* *Tit. VII.* *Tit. VIII.* *Tit. IX.*

eſt expoſita Ut autem horum generalium titt. 13. ratio & ordo melius intelligatur, poterunt hi tituli generales ad tria membra revocari Primũ enim continentur quæ ſunt plane generalia obligationum & actionum *tit, 10.* Deinde agitur de actionibus alienis, &c. *tit. 11. & 7. ſeqq.* III. agitur de probationibus, de quibus cur vltimo loco agatur afferetur mox ratio. Cur a. tit. 10. *de oblig. & act.* inter generales primus ponatur, ratio hæc eſt, quia is eſt maximè generalis, & ad naturam obligationum & actionum in perſonã pertinet. Tit. X.
Quæret aliquis. Cum ergo hic tit. ita generalis ſit, & generalia initio ſint collocanda, cur inquiet, non potius initio omnium actionũ, puta ante actiones tam in rem, quam in perſonam, ponatur? Reſponſio hũc tit. *de obl. & act.* non eſſe ita generalem vt ad omnes actiones pertineat, ſed ad actiones omnes in perſonã, vt & videre eſt *in LL. h. tit.* & in ipſa inſcriptione, quæ eſt de obligationibus Nam obligatio eſt mater actionum in perſonam vt dominium in rem. Non tamen nego, quin in ff. ſub tit. *de obl. & act.* quædam ſed pauca referantur de action. in rem. Sed per conſequentiam tantum. Et hæc de primo membro generalium, h. e. *de oblig. & act.* Huic proximum eſt membrum de actionibus alienis, cujus membri 1. tit. eſt tit. 11. *ut act. ab hered. &c.* Tit. XI. Ratio eſt cur inter actiones alienas hic tit. ſit primus, tum quia magis ſit generalis, quam qui ſequuntur, tum quia videatur Tribun. ſpectaſſe verbum tit. Incipiunt. Huic proximus eſt tit. *12. ne uxor pro marito, &c.* Tit. XII. Ratio hæc eſt, quia hoc jus de vxore cum marito, vel matre cum filio ſimile juri inter heredem & defunctum ita ut inter iſtos nulla habeatur ratio poteſtatis. At in titulo *13. ne fil. pro pat. &c.* habeatur ratio poteſtatis, Tit. XIII. & proinde hic tit. *ne uxor pro marito.* priori tit. *ut act. ab hered* ſtatim adjungitur. Et huic deinde tit. 14 *ne filius pro pat.* Eſt & altera ratio, cur tit. *ne uxor, &c.* ſit prior tit *ne fil. pro pat.* quia ſcilic ſub tit. *ne fil. pro pat.* agatur etiam de ſervis, & libertis, quorum tractatio eſt poſterior. vtpote vilior Huic a tit. *13.* Tit. XIV. *ne filius, &c.* adjungitur. tit 14 *an ſervus pro ſuo, &c.* Ratio eſt quia in fine tit. *ne fil. pro pat. &c.* actum fuit de ſervo & proinde hic titulus ei adjungitur. Sed hic tit. *14.* eſt de ſervo jam manumiſſo ille de non manumiſſo & proinde hic poſterior. Dicet aliquis hunc tit. *14. an ſervus, &c* non videri de actione aliena Nam quęritur an idem ſervus ex contractu ante manumiſſionem factam teneatur etiam poſtquam manumiſſus eſt. Ratio ſervum poſt manumiſſionem videri aliam perſonam eſſe. *l 27. de adim. leg.* Huic adjũgitur tit. 15. *quando fiſcus, &c.* Tit. XV. Nam & hic eſt de alieno debito ſive actione. Sed priores 4. ſunt contra primum debitorem hic eſt contra ſecundum, ergo poſterior. Hunc ſequitur titulus *16. de hered. act.* Nam & hæ ſunt alienæ, quia ex contractu defuncti oriuntur, & contra heredem dantur, quia cum defuncto habetur quidem eadem perſona, ſed revera tamen non eſt: & interdum actiones in heredem non dantur. Tit. XVI. Ad has actiones hæreditarias pertinet tit. *17. ex delictis defunctor. &c.* Tit. XVII. Contractus autem priori loco tractantur, vt ſupra dictum

in Inſtit. Cur a. hi duo tituli de hereditar. act. ultimum ferè locum inter alienas actiones obtineant hæc eſt ratio, tum quia priores tituli ſunt de actionibus inter vivos, & proinde priores: tum quia hi *tit. de hered. act.* agunt velut de interitu actionum, aut certe quam diu durent, ut tit. Inſt. *de perpet. & temp. act.* Quæret aliquis, cur ergo *tit. 11. ut act. ab hered. &c.* qui eſt de hereditar. act. cur inquam, ſit primus inter actiones alienas. Ratio, ibi propriè non eſſe hereditarias, eo quod ab ipſo herede incipiunt, vel contra eum, & non ab eo. Eſt & altera ratio, quam ſupra indicavi, à verbo Incipiunt, ſumpta, cur ſcil. ille priori loco ponatur. Hos de hereditariis actionibus ſequitur *tit.* 18. *de conſtit. pecun.* Nam & hic eſt de alieno contractu ſive debito, quod & indicat *l. 1. hic. ſi.* inquit, *pro alieno debito, &c.* Et hic *tit. de conſtit. pec.* eſt omnium titulorum ultimus de alieno debito ſive actione. Ratio hæc eſt, quia hic unus differt ab omnibus prioribus bifariam, tum in eo, quod in illis eſt quodammodo debitum non alienum propter connexionem perſonarum heredis & defuncti, mariti & uxoris, patris & filii, domini & ſervi, patroni & liberti: ſed in hoc *tit. de conſtit. pec.* eſt debitum plane alienum, nullaque eſt perſonarum connexio tum quia in prioribus eadem eſt actio, hoc eſt, defuncti & heredis, ſed hic eſt alia præter principalem actio qua debitor tenetur; eſt etiam alia ſc conſtitutoria, qua tenetur conſtituens. Tertium membrum titulorum generalium eſt de probat. actionum in quo eſt *tit. 1. tit. 19. de probat.* Ratio autem ordinis, cur hoc membrum ſit tertium, ſive vltimo loco poſitum, eſt quia priora duo pertinent ad obligationes & actiones conſtituendas, hoc 3. pertinet ad actionem jam conſtitutam, poſtea probandam in judicio. Ratio antè cur in hoc tertio membro, in quo ſunt 4. tituli hic *de probat.* ſit primus, eſt, quia eſt generalis, cæteri ſpeciales. Dicet aliquis, hi *tit. de probat.* ſunt ita generales, vt non tantum actionibus in perſonam, ſed etiam in rem conveniant: & proinde non hoc loco ultimo de action. in perſonam, ſed ante omnes actiones poni debuiſſent. Ratio tamen hujus ordinis hæc eſt: cur, inquam, hic ponatur, tum ut tituli generales ſimul explicentur, prius a. non poterant niſi hic poni quia tantum pertinent actiones in perſonā tum quia uſus probat. Teſtium & inſtrumentorum, etſi communis actio in rem & in perſonam, tamen maxime verſatur in actionib. in perſonam. Cur a. *tit. de probat.* prior ſit *tit. 20. de teſtib.* & hic prior ſit *tit. 21. de fid. inſtrum.* ratio infra exponetur ad ff. ubi & hoc explicabitur, cur in ff poſt actiones in perſonam hic tractatus de probationibus ſit rejectus. Cæterum ad *tit. 21. de fide inſtr. &c.* pertinet *tit. 22. plus valere, &c.* Eſt enim hic etiam de inſtrumentis, ſed eſt de falſis & ſimulatis, & proinde poſterior, tum ſcil. quia eſt de ſpecie inſtrumentorum, tum quia eſt de vicioſis. Generalib. titulis jam hactenus expoſitis, perſequitur Imp. ſpeciales actiones, & quia de contractibus, qui re fiunt, jam cœptum eſt agi, puta de mutuo & indebito: mu-

Tit. XVIII. (beside "Hos de hereditariis actionibus")
Tit. XIX. (beside "Tertium membrum")
Tit. XX. Tit. XXI. (beside "Cur a. tit. de probat.")
Tit. XXII. (beside "tit. 21. de fide inſtr.")

to mutuo autem valde ſimile eſt commodatum, rectè facit Imp. qui priori-
bus titt. ſtatim adjungat *tit. 23. de commod.* vt ad Inſtit. dictum. Hunc ſequi- Tit. XXIII.
tur *tit. 24. de pignorat. act.* & eum *tit. 25. de inſtit & exercit. act.* & rurſus Tit. XXIV.
hunc *tit. 26. quod cum eo, &c.* Conjunguntur aliæ actiones plures, ut de Tit. XXV. Tit. XXVI.
peculio, quod juſſu, de in rem verſo quemadmodum & in inſtit. brevita-
tis ſcilicet cauſa quam in ff. hæ actiones ſint ſatis latè explicatæ, ubi & ratio Tit XXVII.
ordinis dicetur. Hunc tit ſequitur *tit. 27. per quas per. cuiq; adquir.* Ratio eſt,
quia in prioribus duob. titulis actum de actionibus quæ per ſervos & filios-
fam adquiruntur, ideoq; iis tit. ſtatim generalis ſubjungitur, *per quas perſ.
&c.* generalis, inquam, non tantū *de oblig. & act.* adquirendis per alios quoſ-
libet, & non tantum per ſervos, ſed etiam de poſſeſſione & dominio. Hunc
tit. ſequitur *tit. 28. ad Sc. Maced.* eumq; *tit. 29. ad Sc Vellei.* Ratio infra dice- Tit. XXVIII. Tit. XXIX.
tur ad ff. His adjungitur, *tit. 30. de non num. pec.* vel quia vt in prioribus 2. ti- Tit. XXX.
tulis ita & in hoc exceptio quædam proponatur: vel quia cum hactenus di-
ctum ſit de iis contractibus, qui maximè agunt de pecunia numerata, ut eſt
mutuum, non incommode nunc velut è contracto adjicitur tit. *de non
num. pec.* Nam affirmatio eſt prior negatione, teſte Ariſt. *in lib. περὶ ἑρ-
μηνείας.* Hunc ſequitur *tit. 31. de compenſ.* & eadem eſt ratio ordinis, vel quia Tit. XXXI.
ex compenſatione exceptio quadam erat olim *l. 19. in exceptionibus. §. i-
dem. de probat.* tum etiam quia compenſatio propriè locum habet in pe-
cunia numerata, & quantitate ſive rebus quæ numero pondere & men-
ſura conſtant. Cur autem hic *tit. de compenſ.* in poſtremum tit. ſit rejectus,
hæc eſt ratio, quia prius agendum fuit de ipſis numerationibus ſive de ipſo
debito, quod contrahitur ex mutuo, commodato. Nam compenſatio non
fit, niſi præcedat debitum, idque certum & liquidum. *l. ult. C. de com-
penſat.* Proximum nunc erat actiones depoſiti explicare, quæ ſolæ reſtant
ex actionibus orientibus ex contractu, qui re fiunt. Nam quatuor con-
tractus jam ſunt expoſiti, mutuum, indebitum, commodatum, pignus,
unus hic reſtat depoſiti contractus, qui in ff ſtatim ſequitur titulum *de
compenſat.* Sed hic in C inter hos 2. titulos interjecti ſunt duo alii, nempe Tit. XXXII.
tit. 32. de uſur. & *tit. 33. de Naut. fœn.* Ratio eſt, quia uſuræ etiam tantum & pro- Tit. XXXIII.
priè ſunt earum rerum, quæ pondere, numero & menſura conſtant, *l. 3. §.
ult. de uſur. l. 16. & 32. C. eod.* Cur autem in tractatu harum rerum, quæ
numero, pondere & menſura conſtant, uſura omnium ultimum tit. habe-
at, hæc eſt ratio, quia uſura eſt acceſſio, quæ certe re principali ſive contra-
ctu, de quo hactenus dictum, eſt poſterior. Inter hos autem duos titt. ratio
ordinis eſt, quia titulus de uſuris eſt generalis, tit. proximus *de naut. fœn.* eſt
ſpecialis. Hos igitur titulos ſtatim ſequitur *tit. 34. depoſiti.* quia ut jam dictū Tit. XXXIV.
eſt, hæc una actio ex iis contractibus orta, qui re fiunt, reſtabat explicanda.
Jam his actionibus, quæ oriuntur ex contractibus, qui re fiunt, rebus
ordine expoſitis, tranſit Imp. ad actiones quæ oriuntur ex contra-

ctibus, qui conſenſu fiunt quibus explicandis reliqua pars libri quarti continetur. Cur autẽ in inſtit. poſt contractus, qui re fiunt, ſtatim ponantur cõtractus, qui ſimul verbis, hic autem & in ff. ſtatim ponantur contractus, qui fiunt conſenſu, & contractus ille qui fit verbis, rejiciatur in vltimum locũ, dicetur infra ad ff. ubi explicabitur ratio cur ex his contractibus qui conſenſu fiunt 1. loco hic de mandato agatur

Tit. XXXV. tit. 35. *mandati*, cujus pars eſt tit. 36.

Tit. XXXVI. *ſi ſervus &c.* cur ſecundo loco ponatur actio pro ſocio

Tit. XXXVII. tit. 37. *pro ſocio* & deniq; cur tertio loco ponatur emptio, quæ tamen in inſtit ponitur prima, & hic vltimo loco ponatur locatio, quæ eſt . in inſtit. Quod ad actionem empti attinet quia multi ad eum pertinentes tituli collocantur nempe 26. vt ordinis inter eos ratio perſpiciatur, totus hic tractatus emptionis ad 4. capita revocari poteſt. 1 eſt de ipſo contractu emptionis. 2. de ipſa actione empti. 3. de pactis emptionis 4 eſt velut acceſſorium & extraordinarium Inter hæc autem capita ratio ordinis non eſt obſcura. Et de primo quidem eſt hęc, quia cum obligatio ſit cauſa actionis, merito prius de ipſo contractu agitur, & poſterius de actione ex ipſo naſcente, de qua eſt caput 2. ſed cur de actionę prius agatur, quam de pactis, quod eſt tertium caput ratio hæc eſt, quia pacta faciunt, ut interdum detur non tantum ipſa actio empti ſed etiam alia ſimilis iis, vt actio cum do ut des. De ultimo capite, perſpicua eſt ratio quia acceſſoria in ultimum titulum rejiciuntur. Primum autem membrum de ipſo contractu emptionis habet 5 membra I prius enim generaliter de hoc

Tit. XXXVIII. contractu agitur & proinde hic tit. 38. *de contrah. empt.* eſt primus in hoc tra-

Tit. XXXIX. ctatu de empt. II. membrum eſt de ſpeciali quadam emptione de qua eſt titulus 39. *de hered. vel act. vend.* III membrum eſt de rebus, quæ vendi poſſunt: de quo eſt tit. 40 quę res venire non poſſunt, &c. Poſterius de iis quæ ven-

Tit. XL. di non poſſunt agi debet. Et hic tit. 41 pars quædam eſt tituli 41. *quæ res ex-*

Tit. XLI. *portari, &c.* ſed ille eſt de rebus quæ nemini vendi poſſint, hic eſt de rebus quæ non vendi poſſunt barbaris. Eodem pertinet tit. 42. *de Eunuchis.* Nam

Tit. XLII. & horum emptio prohibetur ſed tamen non prohibetur omnino qualis eſt & prior tit in quo etiam non omnino prohibetur. Ejuſdem argumenti eſt,

Tit. XLIII. tit. 43 de patribus qui filios ſuos diſtraxerint. Nam & ibi prohibetur venditio filiorum. prius agitur de venditione ſervorum ſive eunuchorum: deinde filiorum: quia horum venditio eſt injuſta rara, & aliena à natura venditionis. quæ rerum cauſa non liberorum hominum eſt introducta ideoquę hæc prohibitio vltimum locum obtinet IV. membrum hujus primi capitis de contractu empti eſt de ipſo contractu reſcind. Ratio ordinis eſt perſpicua, vt prius agatur de contrahendo, poſterius de diſtrahendo hoc cõtractu,

Tit. XLIV. Et huc pertinet tit. 44. *de reſcind. vend.* qui tit. quia eſt generalis varioſq; emptionis reſcindendæ ſive infirmandæ modos continet, jure primum locum

Tit. XLV. obtinet. Hunc ſequitur tit. 45. *quando liceat ab empt. &c.* quo una tantum ſpecies reſcindendæ emptionis per nudum pactum continetur, & proinde

poſterior

poſterior eſt tit. præced. Huic adjungitur *tit. 46. ſi propter publ. cas, &c.* ratio Tit. XLVI.
eſt quia & hic eſt ſpecialis, continens unam ſpeciem reſcindendæ vend. puta ob non ſolutum tributum, quæ tamen eſt inefficax ſpecies, & proinde ſequitur priorē efficacem. Huic tit. adjungitur *tit. 47. ſine cenſu, &c.* quia & hic Tit. XLVII.
agit de tributis, ſive de venditione agrorum nomine celebrata. ſive de tributis fiſco præſtandis. V. & ultimum membrum continet *tit. 48. de peric. & com-* Tit. XLVIII.
mod. rei vend. Ratio, cur hoc ſit vltimum, eſt, tum quia pericula ut odioſa rectè in ultimum locum rejiciātur. Et hęc de primo capite quod eſt de ipſo cōtractu emptionis, ſive emptione contrahenda Secundum caput eſt de actione ex hoc contractu, de quo eſt *titul. 49 de actione empti & vend.* qui tit quia Tit. XLIX.
generalis eſt primum tenet locum. Eum ſequitur titulus *50. ſi quis alteri, &c.* qui item eſt de actione ex empto: ſed prior eſt generalis, & de emptione ſuo nomine vel pecunia celebrata, ut plerunque fieri ſolet: hic autem titulus 50. Tit. L.
eſt de emptione ali. no nomine vel pecunia celebrata quo caſu quęritur, cui actio empti adquiratur, emptori ne, an ipſi, cujus vel nomine vel pecunia emptio eſt facta Et huic rectè adjungitur titulus *51. de reb. al. en. &c.* Nam & Tit. LI.
hic ad aliena pertinet, ut prior: ſed prior titulus utputa 50. eſt de emptione alieno nomine vel pecunia celebrata, hic eſt de venditione alienæ rei Ratio eſt, quia priore tit. valet contractus, hoc titul 51. non valet; inutilia autem ſive vicioſa ſunt poſteriora utilibus Huic proximus eſt *titul. 52. de communi* Tit. LII.
rer. alienat. &c. Ratio eſt quia *tit. 49. & 50.* ſunt de re ſua. *tit. 51.* de re aliena. *hic tit. 52.* eſt de re partim aliena partim ſua, hoc eſt, communi. Perfecta autem & plena, ut perfectè aliena, ſunt priora non perfectis, hoc eſt ex parte alienis, & ex parte ſuis. Tandem huic adjungitur *titul. 53. rem. alien. gerent.* Tit. LIII.
&c. Ratio ordinis eſt quia & hic eſt de aliena re non tamen de vendenda, ſed de adminiſtranda. & ut duo priores agunt de alienatione prohibita. puta *titulus 51.* de alienatione rei prorſus alienæ *tit. 52.* de alienatione rei alienæ tantum ex parte, ita hic eſt de alienatione non prohibita, utpote rei ſuæ. Sed hic titulus multum differt à prioribus & proinde eſt ultimus in hoc ſecundo capite tertii capitis primus eſt titulus 54. *de pact. inter emptionem* quia Tit. LIV.
eſt generalis de quibuslibet pactis emptionum. Cui adjunguntur alia 5. ſpecialia pacta. Sed ex his ſpecialibus plæraque ſunt licita, de quibus prius agitur, quædam ſunt illicita. de quibus ultimo loco. Ratio ordinis eſt nota, quia illicita & inutilia in ultimum locum rejici ſolent. Licita autem hæc pacta de ſervis, 4. afferuntur. I. pactum eſt ſub titul. *55. ſi ſerv. export.* II. Tit. LV.
ſubdit. *56. ſi mancip. ita vend. &c.* Ratio ordinis inter hæc duo pacta eſt hæc, Tit. LVI.
quia illud de exportando eſt generale hoc eſt, de omni mancipio ſive mare ſive ancilla, ſed hoc de non proſtituendo eſt ſpeciale, tantum de ancilla: ex quo & altera ratio intelligitur, quia prius eſt etiam de mare posterius tantum de ancilla: fœminarum autem conditio in jure eſt deterior. & proinde poſteriorem titulum obtinet. *l. in nullum. de ſtatu homin.* His duobus adjiciuntur

Tit. LVII. 2. alia pacta de ſervis ſub uno titulo *57. ſi mancip. ita fuerit. alien.* poſtea ſi mancipium vendatur hac l. ut manumittatur: vel contra non manumittatur. Ratio, cur hæc duo pacta illis ſint poſteriora, eſt hæc tum quia hæc 2. poſterius ſunt introducta, puta ab Imp. Mario. *l. 2. & 3. hoc titulo* tum quia hæc duo pacta non tantum agunt de venditione ſervi, ſed etiam de donatione, & proinde paulum diſtat hic titulus à ſuperioribus, qui tantum agunt de venditione Et hoc eſt, quod ait hic titulus *57. ſi mancip. fuerit alien. &c.* non ait, ſi fuerit venditum, ſed utitur verbo generali, ut non tantum venditio, ſed donatio & dos & alii tit. contineatur. Et hæc de 4. pactis ſervorum vendendorum.

Tit. LVIII. Ad hunc quoque locum de pactis petinet tit. *58. de ædilit. action.* Nam tametſi ſub eo titulo alia potiſſimum tractatur, puta de vitiis aut morbis rerum aut mancipiorum vendendorum, quo nomine actiones ædilitiæ competant redhibitoria, & quanti minoris: tamē & hæc actio redhibitoria, quæ eſt ædilitia interdum ex pacto oritur, quod pactum in venditionibus eſt frequentius, puta hoc ſi diſplicuerit. *l. 4. C. h. titul. de ædilit. act.* quæ redhibitoria actio propter hoc pactum, quia eſt ædilitia hac occaſione Imp. non tātum de actione una ædilitia. eaque ex pacto, ſed de omnibus ædilitiis actionibus hunc titulum poſuit. Ratio autem cur hic titulus *de ædil. act.* ſit poſterior, eſt quia ædilitiæ actiones ſunt prætoriæ, ſed actio empti, de qua ſupra, eſt civilis. Civilia prætoriis ſunt priora, ut ſæpe dictum. Tandem adjungitur

Tit. LIX. *titulus 59. de monopol. & convent. &c.* Cur hic de pactis ſit ultimus, ratio expoſita eſt. Quartum caput vocavi acceſſorium, quia in id varia, veluti acceſſionis loco ſunt conjecta. Et primum quidem. quia de negationibus eorumque pactis illicitis dictum eſt, titulo 59. ſtatim ei adjungitur titulus 60.

Tit. LX. *de nund. & mercationib.* ad quas ſcilicet negotiatores convenire ſolent. Hunc ſequitur

Tit. LXI. *titulus 61. de vectigal. & commiſſ.* qui in ff. longè remotiori loco eſt poſitus. Ratio hic eſt, quia negociatores & mercatores, de quibus modo dictum, ſolvere vectigalia ſolent, ſive portoria, ne merces eorum in commiſſum cadant Eodem pertinet titulus proximus 62.

Tit. LXII. *vectigal. nova inſt. non poſſ.* Sed prior eſt generalis, hic eſt ſpecialis, & prohibitorius, ne nova vectigalia inſtituantur, ſine auctoritate Cæſaris & proinde hic eſt poſterior Huic proximo eſt

Tit. LXIII. *titulus 63. de commerc. & mercator.* Ratio eſt, tum quia ut in prioribus tributum ſive portorium, ita & in hoc commercium ſive hiſtrale aurum onus mercatorum ſive mercium hic continetur: tum quia prius de nūdinis ſive mercationibus jam dictum eſt, & proinde de mercatoribus nunc adjungitur Prius enim nundinæ eſſe debent, quam mercatores ad eos commeare poſſint. Eſt & altera cauſa cur hic titulus *de emptione* ſit ultimus, quia delicta quædam mercatorum ſive licentia coercetur · delicta autem in ultimum locum rejici ſolent. Et hæc de quatuor capitibus actionum ex empto. Reſtat quarta actio ex contractu, qui conſenſu fit, puta actio locati, de

Tit. LXIV. qua eſt tit. *65. de locato. & conduct.* ſed cum hic præcedit titulus *64. de rerum permut.*

permut. quia permutatio eſt ſimilima emptioni. *l.2.h.tit.* & de ſumma emptio-
nis & permutationis ſimilitudine eſt §. *item precium Inſt. de empt. & vendit.*
Titulum autem *de locato*, qui eſt 65. ſequitur *tit. de iure emphyt.* qui eſt titu- *Tit. LXV.*
lus 66. & ultimus *lib. 4.* Ratio eſt, quia emphyteuſis ſit velut ſpecies locatio- *Tit. LXVI.*
nis. § *adeo. inſt. de locat. & conduct.*

Liber V. Codicis.

HACTENUS de actionibus in perſonam ex contractu, ut dictum ad
inſtit. *titul. de obl. quæ ex q. contract.* ſed actiones in perſonam oriun-
tur non tantum ex contractu vel quaſi, ex delicto vel q. ſed etiam ex
aliis cauſis, ut ex æquo & bono: ut qualis eſt actio de dote, quam Cujacius
non rectè ait eſſe ex contractu. Nam neque matrimonium eſt contractus,
quia nullus contractus fit ſine re. At matrimonium fieri poteſt ſine re, hoc
eſt ſine dote, quia fit tantum perſonarum conjungendarum cauſa. Neque
dos eſt cõntractus, quia eſt ſpecies donationis. *l. ult. de donat. ante nupt.* At
donatio differt à contractu. *l. Ariſtot. de donat.* quare dotis actio non eſt ex
contractu, ſed ex æquo & bono, ut diſertè ait Caius *l. 8. eas de cap. min.* Expli-
catis autem ut dictum actionibus in perſoná ex contractu, nõ ſtatim adjun-
guntur actiones ex q. contractu, ſed interjicitur actio de dote, eamq; ſequi-
tur actio tutelæ quæ eſt ex q. contractu de quibus duobus de dote. inquam,
& tutela, agitur *toto libro 5.* Ratio ordinis, hoc eſt, cur actio de dote interji-
ciatur, ſive præcedat actiones tutelæ, exponetur infra ad ff. Quia autem actio
de dote & tutela multis his titul. explicatur, ordinis melius intelligẽdi cau-
ſa eas actiones ſive titulos ad certa capita revocabimus. Ergo prior actio,
quæ eſt de dote 5. capp. continetur, & tittul   Nam primum caput eſt de
ſponſal. *titul. 12. & 13.* II. eſt de nuptiis, *titul. 4. & 6. ſeqq.* III. de dote, & ipſa a-
ctione dotis. *titul. 11. & 12. tit. ſeqq.* IV. eſt de liberis, *titul. 24. & 5. titul. ſeqq.*
Idem ferè eſt ordo in ff. *lib. 20. 23. & 24.* & idcirco ibi ratio ordinis inter hæc
capita adferetur. Quod ad primum caput de ſponſal. attinet, de eo eſt titu- *Tit. I.*
lus 1. *de ſponſal.* eſt inquam, h titul 1. quia eſt generalis. Nam titulus *2. ſi re-* *Tit. II.*
ctor prov. &c. ſpeciem tenet ſponſaliorum: puta eſt de ſponſalibus rectoris
provinciæ. Quia autem donationes propter nuptias & donat. ſponſalitiæ, ut
& ſponſalia plerunq; ante nuptias fieri ſolent, idcirco huic tit. ſtatim adjun-
gitur *tit. 3. de don. ante nupt.* Eſt & altera hic ratio ordinis, quia *tit. 1. de ſponſal.* *Tit. III.*
agit etiam de minutis fere munuſculis, h e. arrhis ſponſalitiis & proxeneti-
cis. Et hæc de primo capite. Caput *2.* eſt ut dixi de nupt. ipſis, quod eſt trime-
bre. Nam I adfertur tit. generalis p. *tit. 4. de nupt.* Deinde adjungitur de nupt. *Tit. IV.* *Tit. V.*
inutil. p. *tit. 1. 5. de inceſt. & inutil. nupt.* Utilia enim prius, inutilia poſterius col-
locanda. Huic adjungitur *tit. 6. de interdicto matrim. &c.* Ratio eſt, quia prior *Tit. VI.*
eſt generalior, & de plerisq; formis inutiliũ nuptiarũ. h. tit. 6. unam dũtaxat

formam ſive ſpeciem inceſtarum nuptiarum continet, puta inter pupillam
Tit.VII. & tutorem Hunc ſequitur *tit. 7. ſi quacunq; preditus poteſtate, &c.* quo con-
tinetur alia ſpecies inutilium nuptiarum, puta inter magiſtrum provinciæ,
& provincialem. Ratio, cur hæc ſpecies ſit poſterior illa inter tutorem &
pupillam eſt, quia illa ſpecies inter tutorem & pupillam ſimiliter eſt ince-
ſtis, in eo, quod tutoris & pupillæ ſit velut una perſona Huic titulo 7. ad-
Tit.VIII. jungitur *tit. 8. ſi nuptiæ ex reſcripto, &c.* Ratio eſt, quia ſpecies inutilium nu-
ptiarum prius ſunt exponendæ, quam petendæ hoc eſt, ſubſtantia prior eſt
accidente. III de nuptiis membrum. pertinet ad ſecundas nuptias. de qui-
Tit.IX. *Tit.X.* bus eſt *t. 9. de ſecund. nupt.* Ratio eſt perſpicua, quia prius de primis, poſteri-
us de ſecundis nuptiis agendum. Huc pertinet & *tit. 10. ſi ſecundo nup. erit mu-
lier, &c.* Sed in hoc ſpeciale jus de ſecundis ſcilicet nuptiis mulierum con-
tinetur. Prius titulus eſt generalis, & proinde prior Atque hæc de 1 & 2. ca-
pite actionis de dote, h.e. ſponſalibus & nuptiis IV. eſt de ipſa dote, ejuſque
actione, quod quia eſt caput primarium latius explicatur *titul. 13.* vt & ſupra
Tit.XI. dictum quorum primus eſt *tit. 11. de dotis promiſ.* Ratio eſt, quia dos eſſe non
poteſt, niſi promiſſa, & ex ea promiſſione poſtea naſcitur & dos & dotis a-
Tit.XII. ctio. Statim igitur hunc ſequitur titulum 12. *de jure dot.* in quo de natura
dotis & actione de dote tanquam effectu illius promiſſionis agitur Cui ad-
Tit.XIII. jungitur, *titulus 13. d. rei ux. act.* Nam & hic eſt de natura dotis & actione
Tit.XIV. dotis, ſed continet jus novum, & proinde eſt poſterior Rectè quoque hoc
ſequitur *titulus 14. de pact. convent. &c.* quia actio de dote pactis interdum
mutatur & reformatur. Eadem ratio ordinis & ſupra de contractu emptio-
nis ſive actione empti ad *titul. de pact. int. empt. & vend.* ſolent enim pacta ma-
xime in continenti adjecta mutare & reformare actionem *l. 7. Jur. gentium.
§. adeo. de pact. l. natis. §. penult. de præſcript. verb.* Præterea *titulus 13. de rei ux.
act.* lex ſive Imp. mutavit actionem *tit. 14.* pacta privatorum eadem mutant.
Tit.XV. Lex autem eſt potior & prior pactis privatorum. Actionem de dote ſequi-
Tit.XVI. tur exceptio de qua eſt *tit. 15. de dote cauta, &c.* Ratio eſt perſpicua, exceptio
enim ſequitur actionem ut ad inſtit Huic adjungitur *titul. 16. de donat. inter
vir. & ux.* Ratio ordinis. quia & hic retentio, quæ ſi eſt ſimilis exceptioni,
poſtea retẽtio ob res donatas uxori à marito · ita & retentio interdũ ei datur
cõtra uxorẽ dotem petentem, datur, inquam, ex exceptis cauſis quæ olim e-
rant 6 teſte Ulp *§. retentiones. lib. reg.* quamvis hodie retentiones iſtæ fere ſint
ſublatæ per Juſtin. *l. unica. §. taceat. ſupra de rei ux. act* Retentionum ſpecies
una erat, ob res donatas de qua hic eſt titulus 16 altera erat ob mores de qua
eſt titulus 17. alia ob res amotas, de qua eſt titulus 21. Etſi autem hæ tres ſpe-
cies & aliæ, ut ob impenſas, &c. ſunt hodie. ut dictum, ſublatæ, quia con-
ſulitur hodie maritis alia via, quam per retentionem Quia ergo ipſæ re-
tentionum cauſæ ſunt ſublatæ, veterem adhuc ordinem in diſponendo C.
& ff. ex retentionibus, quæ ut dictum exceptioni ſimiles ſunt, retinet Tri-

bun. Hunc titulum *de donat. inter vir. &c.* ſequitur titul. 17. *de repud. &* . Ti.XVII.
de mar. &c. tum quia pertineat ad alteram retentionis cauſam propter mo-
res, ut jam dictum, tum quia donationes inter virum & uxorẽ generaliter
ſunt prohibitæ, ex certis cauſis valent inter quas eſt divortium, & proinde Tit.XVIII.
poſt tit. *de donat* generalem ſtatim adjungitur tit. *de repud.* ut poſtea tit. 18 *ſo-
lut. matrim. &c* Uterq; enim eſt de divortio. Sed prior eſt de cauſis & forma,
hoc eſt de natura ipſa divortii, alter tit nimirum 18. eſt de eo quod fit per di-
vortium puta repetitio ſcilic. dotis, quæ non niſi ſoluto matrimonio repeti
poteſt. Quare regulam, de qua *tit. 18.* Sequitur ſtatim exceptio de qua titul. Ti.XIX.
19. *ſi dos conſtante matrimonio.* Hunc ſequitur titul 20 *Ne fidejuſſ. vel mand.* Tit.XX.
dot. &c. Ratio ordinis eſt, quia ad repetitionem dotis de qua dict titul. pri-
ori, valde eſt utilis fidejuſſor puta. ut ſi maritus, à quo dos repetitur nõ ſit
ſolvendo ſaltem ab ejus fidejuſſore repeti poſſit. Rectè autem prius de ma- Tit.XXI.
rito & poſtea de fidejuſſore. Huic adjungitur tit. 21. *rerum amotar.* Ratio or-
dinis eſt duplex: tum quia & hæc erat ſpecies retentionum, ob res amotas,
ut ſupra dictum Ulp. *§. retentiones.* tum quia fœminæ divortium cogitantes,
plærunq; aliquid amovere ſolent. Et proinde poſt divortium ponitur h. tit. *l.
2. hujus tit* Eſt & tertia ratio, quia tit. 20. *ne fidejuſ.* parcatur marito, ſive ejus
honori, ut *hoc tit. 21.* parcitur honori fœminæ. Et huic proximus eſt tit. 22. *ne* Tit. XXII.
prodere. &c. tum quia & hic parcitur famæ mariti, quia hoc titul agit de exe-
cutione actionis, & proinde eſt ultimus, ut & executio in proceſſu, excepto
uno titulo, qui eſt tit 23. *de fundo dot.* Ratio, cur hic ſit omnium ultimus in Tit.XXIII.
hoc tractatu de dote, ſive de actione dotis eſt: quia omnes priores tituli,
de actione dotis ſunt univerſales ſive de univerſitate. qualis eſt dos: hic ſo-
lus eſt ſingularis, puta de fundo dotali, & proinde poſtremus, & hæc de ter-
tio capite. IV. caput eſt de liberis de quibus eſt *titul. 24. divortio facto apud,* Tit.XXIV.
&c. & *titul 25. de alend. libr. & part.* Cur autem ille ſit prior iſto ratio hæc Tit.XXV.
eſt, tum quia ille prioribus titulis eſt ſimilior, in eo, quod ut priores de di-
vortio ad divortium aliqui pertinent. ita & hoc *divortio facto. &c.* tum quia
prius, an & ubi ſint educandi, quæri debet quam à quo alantur. Præterea
tit. poſterior non tantum eſt de liberis, ſed etiam de parentibus. Tractatus
autem de parentibus ad matrimonium non pertinet. ſed ad liberis, qui ſunt
fructus matrimonij, pertinet. Sic & infra ubi *de tutel.* prior eſt titul. *ubi pupil.
educar. &c.* titulo *de ipſis alendis liberis*, puta tit. 49. tit. 50. infr. h. lib. 5. & ulti-
mum partim eſt de concubinis, *titul. 26. de concubinis*, partim de liberis na- Tit.XXVI.
turalibus, *titul. 27. de lib. nat.* Ratio inter hos 2. titul. eſt cur de con- Tit.XXVII.
cubinis ſit prior, tum quia jus de concubinis eſt antiquum jus de naturali-
bus liberis eſt longè recentius, ab Imp. Conſtantino introductum *Nov. 89.*
tum quia naturales liberi ſunt illi, qui ex concubinis, vel ex ancillis naſcũ-
tur. Effectus autem cauſa ſua poſterior. Adhuc dictum eſt de actione do-
tis, quæ eſt prior pars *hoc libr. 5.* & naſcitur ex æquo & bono, ut ſupra di-

ctum. Huic nunc adjungitur actio tutelæ, quæ eſt altera pars hujus libr 5. ſed ea ex q. contractu eſt hoc eſt, tutela ſive potius adminiſtratione tutelæ. *§. tutor. Inſtitut. de obligat. quæ ex q. contract.* Ratio exponetur ad ff. ut autem in actione dotis de matrimonio, & alijs ad dotem conſtituendam idoneis ita & hic de tutelis omnia diligenter explicantur. *titul. 48.* ut ſupra dictum. Quorum ordo ut ſit dilucidior, ad IX. capita erunt revocanda. I. continet ſpecies tutelæ. de quo eſt titul. 28. *& 8. ſeqq.* II. de adminiſtratione ſive officio tutorum, de quo eſt *titul. 37. & 13. ſeqq.* III. eſt de ipſa act. tutelæ. de qua eſt *titul. 51. & 7. ſequentib.* IV. eſt de auctoritate tutor. *titul. 59.* V. eſt de finienda tutela. *titul. 60. & ſeq.* VI eſt de excuſatione tutorum, *titul. 62. & 7. ſeqq.* VII. eſt de curatore furioſi. *titul. 70.* XVIII. eſt de prædijs minorum, *titul. 71. & 3. ſeq.* IX. & ultim. eſt de magiſtratibus conveniendis, *titul. 65. & ultim. hoc lib.* In ff. quia ordo paulo eſt alius. ratio ejus erit utrobique explicanda. Et primum quidem de ordine 9. cap. inter ſe, cur ſpecies tutelæ primo exponantur, ratio dicta eſt ſupra ad Inſtitut ubi & de ſecundo capite dictum ad titulum *de auctoritat. tutor.* Tertij capitis, quod eſt de Actionibus hæc eſt ratio, quia actio eſt effectus adminiſtrationis, quæ eſt quaſi contractus, unde hæc actio naſcitur. De reliquiis conjunctionibus capp. dicetur infra ad ſuum quoque caput. Quod ergo ad ſingulos titul. attinet, primo ponitur titul. 28. *de teſtament. tutel.* Ratio in Inſtitut. expoſita. Cui adjungitur titul. 29. *de confirm. tutor.* Ratio in ff. afferetur. Eum ſtatim ſequitur titul 30. *de legit. tut.* Eſt enim hæc ſecunda tutelæ ſpecies. Cur ita dictum jam eſt in Inſtitut. Hunc ſequitur tertia quæ eſt dativa, ad quam pertinet titul. 31. & 5. ſeqq. inter quos 4. titulos de tutela dativa, primus eſt titul. 31. *qui petant. tutor.* Cur hic primo loco ponatur, hæc eſt ratio, quia prius tutor petatur quam detur. Ad petitionem quoque pertinet titul. 32. *ubi petantur tut. &c.* Nam prius de eo, qui petat, & poſterius de eo, coram quo vel ubi petitur. Reliquis 2. titulis agitur de ipſis tutoribus dativis, qui petuntur ſive dantur. Et inter hos prior eſt titul *33. de tutor. vel curat. illuſtr.* propter dignitatem perſonæ pupillaris: poſterior eſt titul 34. *qui dare tutor. &c.* in quo non tantum de tutoribus, qui dantur, ſed etiam de magiſtratu, qui dat, agitur, quæ etiam cauſa eſt cur hic poſterior, quia 2. continet. Huic adjungitur titul. *35. quando mulier, &c.* Adhuc enim de tutore dictum, quia tutela virile munus eſt, ex *leg. 2. de regul. jur.* ſed hic adjungitur exceptio, quæ poſterior eſt regula, quia interdum mater & avia tutelæ officio funguntur ex novis conſtitutionibus. Hunc ſequitur *tit. 36. in quibus cauſis.* Ratio eſt, quia priores tituli omnes ſunt de primo, hic eſt de ſecundo tutore, & proinde poſterior, ut ſupra dictum *de reſtitut. in integrũ.* titulum ſi ſæpius in integr. Et hæc de primo cap. Proximum eſt caput de officio tutoris, quod in adminiſtratione ponitur. Eò igitur pertinet titul. 37. *de adminiſtr. tut.* qui eſt 1. in hoc capite, quia eſt generalis, cui adjungitur

Tit. XXVIII *Tit.* XXIX. *Tit.* XXX. *Tit.* XXXI. *Tit.* XXXII. *Tit.* XXXIII. *Tit.* XXXIV. *Tit.* XXXV. *Tit.* XXXVI. *Tit.* XXXVII.

titulus 38. de peric. tut. Ratio eſt, quia ex adminiſtratione, aut etiam interdum ſine ea, tutori eſt periculum: adhæret ſcilicet periculum adminiſtrationi. Itaque in ff. utrunque ſub eodem titulo cõtinetur. Eum ſequitur titulus 39. *quando ex facto, &c.* Nam hic titulus eſt velut ſpecies tituli prioris, qui eſt de omni periculo, hoc eſt, tantum de actione: & prior eſt tantum de tutoris periculo: hic eſt de pupilli periculo & commodo. Sic & titulus prox. 40. *ſi ex plur. tut. &c.* Continet ſpeciem *tit. de adminiſt. & tit. de peric. &c.* Eſt enim de actione, ſed ut prior titulus 39. de actione, quam pupillus exercet vel excipit nomine ſuo, ita hic *titulus 40.* eſt de ea actione, quam tutor exercet vel excipit nomine pupilli. Nam de actione, quæ contra tutorem à minore exercetur quæ eſt actio tutelæ, dicetur infra. Hoc actionis exercitium, ſive pupilli defenſio eſt pars adminiſtrationis. Huic titulo adjungitur *titulus 41. Ne tut. vel curat. &c.* qui tit. quia eſt prohitorius, proinde eſt poſterior. Prohibitio autem hæc ad adminiſtrationem pertinet, eâ ſcilicet de cauſa, ut tutor officiũ ſuũ melius faciat, ſic & titulus 42. *de tut. & curat. qui ſatis, &c.* Eſt prohibitorius, quia tutor prohibetur prorſus adminiſtrare, qui non ante ſatisdedit. Huic adjungitur *tit. 43. de ſuſpect. tut. & curat.* Nam & hic eſt prohibitorius: imo tutor ſuſpectus non tantum prohibetur ab adminiſtratione, ut nõ ſatisdans, verum etiam plane removetur, idque interdum cum infamia, quæ quia eſt pœna, idcirco hic titulus eſt poſterior: quin etiam ratio inter hos titulos prohibitorios ex hac gradatione intelligitur, quod titul 41. prohibetur tutor non adminiſtrare, ſed aliena: titulus 42. prohibetur etiam pupillaria, quod eſt gravius, titulus 43. prohibetur omnino, quod eſt graviſſimum. Hunc titulum ſequitur *titulus 44. de in litem dando tutore &c.* Ratio eſt, quia adminiſtratio, vel eſt negotiorum, de qua hactenus dictum, vel eſt litium, de qua hic. Huic adjungitur *titulus 45. de eo qui pro tut. &c.* Ratio eſt perſpicua, quia hactenus dictum de adminiſtratione veri tutoris, nũc de adminiſtratione falſi. Hunc ſequitur *titulus 46. ſi mater, &c.* Ratio eſt, quia & hic titulus ad titulum de adminiſtratione pertinet, puta, ſi mater indemnitatem promiſit, aut alii propinqui. Cui adjungitur *titulus 47. ſi contra matris, &c.* hic titulus tantum adjicitur propter mentionem matris jam factam de periculo adminiſtrationis. Nam alioqui hic *titulus ſi contra matris, &c.* huc propriè non pertinet. Eſt enim potius de remotione, quam de adminiſtratione tutoris. Hũc ſequitur *tit. 48. ut cauſæ poſt pub. &c.* hac ratione, quia hactenus dictum eſt de adminiſtratione, durante tutela, nunc de ea, quę eſt finita tutela, ſive poſt pubertatem. Ultimum locum in hoc cap. de officio tutoris obtinet educatio, & alimentorum præſtatio, de quibus duobus ſunt *titulus. 49. ubi pupilli educ. & titulus 50. de aliment. pupillo. præſtand.* Ratio ordinis, cur hæc pars officii de educando pupillo poſtremo loco ponatur, eſt, quia eſt tanquam ſpecies ſive pars officii. Priores autem tituli ſunt generales. Specialia ſunt generalibus poſteriora. Eſt & altera ratio, quia

Tit. XXXVIII. Tit. XXXIX. Tit. XL. Tit. XLI. Tit. XLII. Tit. XLIII. Tit. XLIV. Tit. XLV. Tit. XLVI. Tit. XLVII. Tit. XLVIII. Tit. XLIX. Tit. L.

adminiſtratio negotiorum & litium ſemper tutoribus incumbat, educatio non ſemper, ſed matri ſæpe & alijs propinquis committitur. *l.1.C.h.tit.* Inter hos autem duos tit. Cur iſte. *ubi pupilli educ. &c.* prior ſi altero *de alimen. præſt.* ratio hęc eſt, quia prius ſemper de loco ubi quid fiat, quam de re ipſa agitur, ut videre eſt in tit. *de jud* ubi quæritur primum de judice competente, hoc eſt ubi ſit litigandũ, & ubi actiones inſtituendæ. Poſterius de ipſis actionibus agitur. Et hæc hactenus de primo & ſecundo c hujus tractatus de tutela, poſtea de ipſo tutore & ejus officio, cujus & pars aliqua *de auctor. tutor.* huc pertinens, rejicitur tamen ad tit 59. infr. ubi ratio indicabitur. III. Caput de tutelis eſt de ipſa tutelæ actione Ratio ſupra expoſita eſt. Eſt enim hæc actio, velut effectus adminiſtrationis & proinde poſterior, de qua actione eſt titul 51. *arb. tr. um tut.* Hunc ſequitur tit. 52. *de divid. tut.* Ratio ordi-
Tit.LI.
Tit.LII. nis eſt quia prior tit. eſt generalis de natura hujus actionis, hic eſt ſpecialis, puta: ſi plures ſint tutores an ea actione omnes teneantur. Eadem eſt ratio ordinis in ff. ad titul. *de duob. reis* qui titulus ſubſequitur titulum generalem *de verbor. obl.* Ad hanc actionem tutelę pertinet tit. 53. *de in lit. jur.* Ratio,
Tit.LIII. quia priores tituli ſunt de hac actione ſive ejus natura, cui, cõtra quem detur: hic jam eſt de ea exercenda an ſcilicet in ea in litem juretur. Quæro, cur hic titul. ad actionem tutelæ hic in Cod accommodetur, cum in litem juſjurandum etiam ad alias actiones pertineat. Ratio hæc eſt. quia in litem jusjurandum in actione tutelæ maximè præſtatur adverſus heredes tuto-
Tit.LIV. ris, *leg.1. Cod. de in lit. jur.* Ideoque titulus *de hered. tut.* qui eſt 54. hic adjungitur: nam poſtquam de ipſo tutore, qui hac actione tutelæ tenetur, actum eſt, proximum eſt de hiſce ejus heredibus explicare. Itaque hi duo tituli 53. & 54. rectè hic conjunguntur Prior tamen eſt *de in lit jurand.* quia hoc jusjurandum etſi plerunque contra heredem, interdum tamen etiam contra ipſum tutorem præſtatur, *leg.2.C. hoc tit* Huic titulo, *de heredib. tutor.* jam
Tit.LV. adjungitur titul. 55. *ſi tutor. non geſſer.* Nam & hic pertinet ad actionem tutelæ ſed quia prius agendum eſt de tutore, qui geſſit, an teneatur hac actione, ſubſequitur rectè de tutore, qui non geſſit; nam & hic tenetur. His de a-
Tit.LVI. ctionibus titulis adjungũtur duo tituli acceſſorij, puta tit 56. *de uſur. p. p.* &
Tit.LVII. tit. 57. *de fid. juſſ. tut. &c.* Notum eſt, uſuram & fidejuſſores jure dici acceſſiones. Acceſſoria autem principalibus ſunt poſteriora. Cur autem titulus *de uſur.* ſit prior eo, qui eſt *de fidejuſſor.* Ratio hæc eſt: quia ut priores tituli ad tutorem, ſed de re principali, pupillorum: ita & hic quoque titulus ad tutorem pertinet. ſed eſt de uſuris. Ratio autem poſtulat, ut prius agatur de tutore, hoc eſt reo principali, quam de acceſſorio, ſive tutoris fidejuſſo-
Tit.LVIII. re. Hunc titul. *de fidejuſſor. tut.* ſequitur titul. 58. *de contraria judic.* Prius ſcilicet de directo agendum fuit, poſterius de contrario tutelæ judicio, ut & in ff. ratio poſtulat. Et hæc de tertio capite. IV. Eſt de auctori-

tate

tate tutorum de qua tantum eſt tit. 59. *de auctor. præſtand.* Ratio ordinis obſcurior eſt, quia cum auctoritas ſit pars quædam officii, rectius ad caput ſecundum, ubi de adminiſtratione, hic titulus pertinere videtur, ut & in ff. Ratio tamen hic in Cod. eſt, tum quia auctoritas differt ab adminiſtratione, ut eſt apud Ulp. *infra g. tit. 11. §. tutoris*, tum quia auctoritas tutoris neceſſaria eſt non tantum in negociis & litibus, ſed etiam in ipſa actione tutelæ inſtituenda *l. pen. C. ſi adverſ. rem judic. &c.* tum quia auctoritas non interponitur in eo, quod finit tutelam. *l. ult. verſ. ſed & omnia, C. hoc tit.* Et proinde hic tit. de auctoritate rectè anteponitur capiti. V. quod eſt de finienda tutela, ſub quo eſt tit. 60. *quando tut. vel curat. eſſe deſin* Huc quoque pertinet tit. 61 *de actore à tut. dand.* Nam in locum tutoris non quidem finita, ſed tantum quaſi finita tutela, hoc eſt, in locum tutoris impediti ad adminiſtrandum, ſolet hic actor dari, *§. ultim. Inſtit. de tut.* VI. Caput vocavimus de excuſatione tutorum, quod priori capiti de finienda tutela ſtatim adjungitur, hac ratione, quia excuſatio eſt quædam ſpecies finiendæ tutelæ. *§. ult. Inſt. quib. mod fin. tut.* In hoc autem capite tit. 62. *de excuſ. & temporib. earum.* eſt primus, quia generalis: Cui adjungitur tit. 63. *ſi falſ. &c.* Nam & hic eſt generalis: ſed ille poſterior: quia ille eſt de natura excuſationum & de verbis cauſis ſive allegationibus, hic eſt de falſis Hos ſequuntur tituli ſpeciales quorum 1. eſt titul. 64 *ſi tutor vel curator Reip. abeſſ. &c.* Ratio eſt, quia hæc ſpecies ſive cauſa excuſationis, puta abſentia Reipub cauſa, eſt publica. Cui adjungitur tit. 65. *de excuſat. veteran. &c.* Nam militia eſt velut abſentia Reip. cauſa Huic proximus eſt tit. 66. *qui num. lib. ſe excuſ. &c.* Ratio, quia & hæc excuſatio ut 2. priores, valde eſt favoralibis, & ad utilitatem publicam pertinet liberorum procreatio, & multitudo. Sic & morbus eſt cauſa favorabilis, ſed poſterior, quia privata, de quo eſt tit. 67. *qui morbo ſe excuſ.* Cui adjungitur tit. 68. *qui ætate, &c.* hoc eſt, ſenectute ſe excuſant, quæ & ipſa eſt velut morbus, ut vulgo dicitur, Ariſtoteles 5. *de gener. an. cap. 4.* & quia ad mortem accedit, rectè prioribus cauſis eſt poſterior. Ultimum locum hic obtinet excuſatio, propter tres tutelas ſive numerum tutelarum, tit. 69. *qui numero tutelarum*, tum quia hæc cauſa differt ab aliis prioribus in eo, quod priores excuſent ab omni tutela, hæc tantum excuſat à quarta, tum quia hæc non ſemper excuſet, ne à quarta quidem, ſi quis tres affectarit, ſive affectatione ſuſceperit. Sic enim legendum eſt hic ubi vulgo eſt defunctoriè, *l. 15. §. ult. de excuſ. tut.* & hæc de ſexto capite. Ad VII pertinet tit. 70. *de curat. furioſ.* Ratio eſt quia priora ſex capita ſunt de tutore vel curatore pupillorum vel minorum: hoc caput eſt de curatore furioſi aut prodigi, qui curatores ſunt majorum: & proinde poſteriores, ut ipſa ætas major poſterior minore. IIX. Caput de prædiis minorum non alienandis ſine decreto judicis in ff contrarius eſt ordo. Ubi ratio ordinis exponetur. Hujus igitur capitis de prædiis primus titulus eſt tit. 71. *de prædiis, & aliis rebus minorum ſine*

Tit. LIX. Tit. LX. Tit. LXI. Tit. LXII. Tit. LXIII. Tit. LXIV. Tit. LXV. Tit. LXVI. Tit. LXVII. Tit. LXVIII. Tit. LXIX. Tit. LXX. Tit. LXXI.

Tit.LXXII. *decreto non alien. vel oblig.* qui eſt generalis, quē ſequitur tit. 72. *quando decreto opus non ſit, &c.* Ratio eſt, quia prior eſt de eo, quādo eſt opus, hic quando nō. Affirmatio autem natura eſt prior negatione, ut ſup. dictū *ad lib. 2. tit. 40.* Et velut exceptio quædam h. titu. 72. continetur, & proinde tanquam generalis ponitur ante tit. 73. *ſi quis ignorans, rem minoris eſſe ſine decreto, cōparaverit,*

Tit. LXXIII. Tit. LXXIV. quo tantum ſpecies exceptionis adfertur. Hunc ſequitur tit. 74. *ſi major factus, &c.* quo etiam velut exceptio adfertur, qua alienatio absq; decreto facta valeat, ſeu rata maneat. Reſtat nonū & ultimum caput de tutelis, quod

Tit. LXXV. eſt de actione ſubſidiaria, de quo capite eſt tit. 75. *de magiſtrat. conven.* Ratio exponetur infra ad ff. Et hæc de titulis Libri V. Codicis.

Lib. VI. Codicis.

NUnc de libro ſexto videamus Cujus lib. ti. 62. poſſunt commodè ad ſ membra revocari. I. eſt de actione furti. II. de actione operarū aliisq; ad jura patronorū & libertorū pertinentib. III. de bonorū poſſeſſione. IV. eſt de hereditate, tā ex teſtamento, q̄ ab inteſtato. V. eſt acceſſorium. Ordo horum capitūatq; totius libri ſatis obſcurus quēq; multi non aſſequuntur. Ex ordine Edicti perpetui intelligi poteſt ꝙ Edictum Tribun. in Cod. magis q̄ in ff. ſequitur, ut jā ante dictum. Ordo igitur edicti fuit iſte: (res. n. paulo altius eſt repetēda) ut in edicto primū ponerētur civilia deinde prætoria jura & judicia quia civilia prætoriis ſunt præſtantiora ut & alias dictū Et hūc ordinem tenuit Trib. tā in ff. q̄ in Cod. licet interdū ab eo diſcedat, ut ſupra admonuimus. Ea ā judicia, q̄ hactenus expoſuimus, pleraq; ſunt civilia, exceptis paucis prætoriis, q̄ propter ſimilitudinē fuerunt civilibus adjuncta. Nūc ratio poſtulat. ut explicatis civilib. tranſeamus ad p̄toria: quorū initiū fuit in edicto ab actione furti, aut certè à bonorū poſſeſſione. Actio furti eſt quodāmodo media partim civilis de furto nec manifeſto, partim p̄toria, de furto manifeſto, *§. ſunt autē, Inſt. de nox. act.* ſed in his prætoriis judiciis perſequendis, & ordine tractandis ſæpe Trib. diſcedit ab ordine edicti perpetui, multaq; interjicit certis de cauſis, quas ſuo loco exponemus. Ex his jā intel-

Tit. II. ligitur, cur hoc libro de actione furti ſtatim initio hujus lib. *tit. 2. de furtis & ſervo corrupt.* agatur. Ratio eſt, quia actio furti actioni rationib. diſtrahēdis, q̄ ad tutelas pertinet, valde eſt ſimilis, adeo ut tutor, ſi res pupilli diſtrahat animo furandi, nō tantum actione rationib. diſtrahendis, ſed etiā furti teneatur, *l. 1. §. pen. l. 2. de tut. & ratio. diſtrah.* Et hunc ordinem ut actionē rationib. diſtrahendis, ſtatim ſequeretur, actio furti fuiſſe in Edicto perpetuo itē id, ꝙ dixi ſupra in Edicto primo, civilia poſt prætoria fuiſſe collocata. perſpicuū eſt ex legib. Caji & Pauli ad Edictum, & etiā ex Paulo *lib. 2. ſent. tit. 30. & ſeq.*

Tit. I. Cur autem titulus, *de furt.* hic præcedat *tit. de ſerv. fugitiv. &c.* qui eſt primus hujus libri, hæc eſt ratio, quia furtum eſt plerunq; ſervorū Duo enim ſunt ſervorum vitia frequentia & conjuncta fuga & furtum, & fuga eſt prior, quia docet furtum, quod eſt velut diſcipulus fugæ, ut eleganter Martialis:

A pedibus didiſcere manus peccare protervo. *Nec minor is fur eſt, qui fugiturus erat.*

Huic quoq; eſt ꝙ olim in ſervorum venditionib. cautio adhiberi ſolet,
fugitivũ, furẽ non eſſe *l.1. de ædil. edict.* ut & Cujac. *in Para.* Cur autem ſub tit.
2. adjungatur *de ſervo corrupto*, ratio eſt ꝑpter ſimilitudinem argumenti. Nã
& fuga & furtum ſunt vitia & corruptelæ ſervorũ, ut modo dictum. Et hæc
de primo capite hujus libri ꝙ eſt de actione furti, & de actione ſervi corru-
pti, q̃ duæ actiones in ff longo intervallo disjungũtur. Alterum caput eſt de
actione operarũ, de quo eſt ti. 3 cũ 5. ſeqq. Ratio quia & in Edicto perpetuo,
ꝙ & in C. diligẽter imitatur, idem fuerit ordo, ut actionem furti ſequeretur
actio operarũ liberti. Ratio videtur, tũ quia ſervi & liberti conditiones ſunt
vicinæ, & hic illũ ſequitur: (quia ex ſervo manumiſſ. fit libertus) tum quia
operarum negatio, eſt velut furti ſpecies. Et hæc eſt ratio ordinis ad tit. 3 *de* Tit. III.
oper. libert. in Cod. Nam in ff (in quib. Tribunianus ſæpè longius diſcedit à
ratione Edicti perpetui) & alio loco & alia ratione hæc actio operarum po-
nitur. Huic titulo *de oper. liber.* adjungit Tribun. alios titulos ad libertos &
jus patronorũ pertinentes: hac ni fallor, ratione, ut omnia patroni jura ad li-
bertos ꝑtinentia uno eodemq́; loco explicẽtur. Sunt aũt 3. ferè jura patroni,
q̃ ei à liberto veniunt, operæ, bona, & obſequiũ ſive reverentia. De operis a-
gitur *tit. 3.* ut já dictum de bonis agitur tit. 4. *de bon. liber.* Ratio cur prius de Tit. IV.
operis, poſterius de bonis agat eſt, tum q̃a operarũ negatio eſt ſimilis furto,
de quo prius: tũ quia operæ omnino patrono debẽtur (intellige, ſi promiſſæ
ſunt) bona non ſẽper nec omnia, tũ deniq; quia de bonis novũ jus adfertur,
& ꝓinde poſterius. Ad hunc tit. *de bon. liber.* pertinet. tit. *5. ſi in fraud. patr. &c.* Tit. V.
Nã eſt de alienatione bonorũ. Sed tit. 14. eſt generalis, ideoq; prior. Ut aũt de
operis eſt actio operarũ ita & de bonis eſt actio Faviana vel Calbiſiana, ſi alie-
nentur in fraudẽ. Dictũ eſt de operis, & de bonis. Tertiũ eſt obſequiũ, de quo
eſt tit. *6. de obſeq. &c.* ꝙ quia minimum eſt, poſtremum locũ tenet. Nam obſe- Tit. VI.
quiũ eſt tantum reverentiæ munus *l. 5. hoc tit.* Ei ꝓximus eſt tit. *7. de libert. &* Tit. VII.
eor. liber. qui tit nõ eſt ita generalis, ut verba ſonãt ſed eſt potius ſpecialis, de
libertis ſcil. ingratis ubi & actio eſt contra ingratos libertos eorumq; libe-
ros, ꝙ velut crimen ingrati meritò poſteriorem locum tenet. Sed ultimũ ta-
men locum in hoc capite ſecundo, quod eſt de actione ingrati, & libertis te-
net tit. 8. *de jure aureorũ annulorum, &c.* Ratio eſt, quia ad finiendã libertini- Tit. VIII.
tatẽ pertinet. Duo n. ſunt modi, quib. deſinit eſſe libertus & liberatur illis
tribus: operis, bonis & obſequiis puta jus aureorũ annulorum, & natalium
reſtitutio. III. Hujus libri caput eſt de bonorũ poſſeſſionib quod hic 12. tit.
continetur. Cur aũt hoc loco de bonorum poſſeſſionibus agatur, ratio ordi-
nis ex Edicto ſumenda eſt, in quo poſt civilia, (de quibus *lib. 3. & 4.*) Prætoria
erant diſpoſita ut ſupra dictum, & ita quidem, ut actionem de furto ſeque-
rentur Edicta de bonorum poſſeſſionibus, adeo ut primum ferè inter prætor-
ria locũ haberent bonorum poſſeſſiones. Quid ita? quia univerſitatem cõti-

nent: Univerſalia ſingularibus ſunt priora, ut ſupra dictum. Quod de Edicti ordine dicitur, confirmatur ex *lib. 6. IC. ad Edict. ex lib. 2. & 3. ſ. n. Paul.* In
Tit. IX. hoc igitur tertio capite de bon. poſſ. merito eſt primus tit. 9. *qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt & intra quod tempus.* Quia generalis cujus velut
Tit. X. pars eſt tit 10. *quando non petentium, &c.* Agit enim de jure adcreſcendi, quod tantum locum habet inter plures bonorum poſſeſſores. In ff. hoc de jure adcreſcendi comprehenſum eſt ſub titulo generali. *de bon. poſſ.* Hos duos ti-
Tit. XI. tulos generales, ſequuntur alij ſpeciales, & primus quidem, tit. 11. *de bon.*
Tit. XII. *poſſ. ſec. tab.* & hunc tit. 12. *de bon. poſſ. cont. tab.* In ff. & Inſt. contrarius eſt ordo. Ratio ff. infra adferetur In C. autem ratio ordinis hæc videtur, cur inquam hic ſecundum tabulas prior ſit illo contra tabulas, tum quia ſecundum tabulam eſt favorabilior, contra tabulam eſt odioſior, ut oppugnans teſta-
Tit. XIII. mentum: tum quia tit. 13. *de poſſ. cont. tab. liberti, quæ patronis vel liberis eorum datur.* Optime convenit tit 12. Nam utroque continetur bonorum poſſeſſio contra tabulas, una quæ datur liberis contra tabulas parentum, tit. 12. altera quæ datur patronis eorumque liberis, contra tabulas liberti titu. 13.
Tit. XIV. Cui adjungitur tit. 14. *Unde liberi*, & huic 15. *Unde legitimi, & unde cogn.* &
Tit. XV. huic 16. *de ſucceſſor. Edict.* Ratio exponetur ad ff. ubi idem ordo. Huic tit. 16.
Tit. XVI.
Tit. XVII. adjungitur 17. *de Carbon. Edict.* tantum propter mentionem, ut puto Edicti
Tit. XVIII. in utroque tit. Tandem adjungitur tit. 18. *Unde vir & ux.* Quia ex 4. bon.
Tit. XIX. poſſ. ab inteſtato hæc eſt ultima, ex ratione juris. Hunc ſequitur tit. 19. *de repud. bon. poſſ.* Ratio ordinis eſt, quia prius eſt, ut de natura bon. poſſ. eaque adquirenda, poſterius de repudianda agitur Ultimus in hoc capite tertio ti-
Tit. XX. tulus eſt 20. *de coll.* quia collocatio demum fiat poſt petitam jam bon. poſſ. *l. 11. hujus tit.* Sed in eo migravit Tribun. ordinem Edicti de quo infra. Et hæc de tertio capite hujus libri ſexti. IV. Caput eſt de hereditate, quod trimembre facimus. Vel enim eſt de hereditate ex teſtamento, de quo eſt titul. 21. & 15. ſeqq. vel eſt de legatis & fideicommiſſis, de quibus tit. 37. & 17. ſeqq. Tertium eſt de hereditate ab inteſtato, de quo eſt tit. 55. *de ſuis & legit.* & 4. ſeqq. Quod ad rationem ordinis attinet, hoc eſt, cur bonorum poſſeſſio (de qua cap. 3. hujus libri) ponatur ante hereditatem (de qua eſt caput hoc 4.) ea pendet ex Edicto perpetuo, in quo idem fuit ordo, ut prius *de bon. poſſ.* quam de teſtamento ageretur. Ratio autem Edicti, licet obſcurior, hæc mihi videtur, idque propterea, quod teſtamenta ferè ſint civilia, & ex legibus XII. Tab. pendeant, nempe illa; *Utiq; legaſſit, &c.* Dictum autem eſt ſupra in Edicto primum locum fuiſſe tributum prætoriis, inter quæ bonorum poſſeſſio præcipuum locum tenet. Erant quidem in Edicto quædam ad teſtamenta quoque pertinentia, ſed pauca, & quę ad bonorum poſſeſſionem accommodari poſſint, eique etiam ſerviant, ut Edictum, *ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c. Ut cautio legatorum, &c. l. 6. ut quis omiſſa cauſa teſtamenti, &c.* Ut Edictum *de teſtamentis aperiendis.* quod Edictum *de bon. poſſ.* peti non poteſt, niſi teſtamento.

mento aperto. Atque ideo in Edicto perpetuo tit. *de bon. poſſ.* ſtatim ſequebatur Edict ſive tit. *de tab. teſt. aper.* quia ut modo dictum bonorum poſſeſſio peti aut repudiari non poteſt niſi tabulæ aperiantur. Et hæc de ratione ordinis ad hoc caput, quod dixi eſſe trimembre, de teſtamento, de legatis de cauſa inteſtati Ratio autem ordinis inter hæc tria membra, partim jam ſupra eſt expoſita ad Inſtit partim ex iis, quæ infra intelligetur. Nunc de ſingulis, hujus trimembris capitis titulis qui ſunt 39. videamus. Quod ad primum membrum de teſtamentis attinet, in eo primus eſt tit. 21. *de teſta. milit.* proximus ſcilicet tit. *de collat.* de quo jam dictum. Ratio, cur hoc in membro de teſtamentis titulus ſit *de teſta. milit.* cum alius ſit ordo in Inſt. & ff. hæc eſt, quia ut ſæpe jam dictum Tribun. in C. maximè ſequitur ordinem, edicti perpetui, in quo Edicto ſpecies bonorum poſſeſſionis fuit, quæ dicitur ex teſtamento milit. Et proinde hic titulus ſtatim ſequitur priorem tractatum *de bon. poſſ.* Dices, cur ergo hunc titulum non refers ad caput tertium, quod eſt de bonorum poſſeſſionibus, ſed ad caput quartum, quod eſt de hereditatibus ſive teſtamentis? Ratio eſt, quia Tribunianus eum ita accommodavit, & inſcripſit de teſtamento, & non de bonorum poſſ. ex teſtamento militis Ordinem igitur Edicti ſpectavit, licet rem non ſpectet, hoc eſt, bonorũ poſſeſſionem, ſed hereditatem. Huic adjungitur tit. 22. *qui teſtamenta fac. poſſ.* & eum titu. 23. *de teſtamentis.* Ratio ordinis exponetur ad ff. Primo enim de ipſis teſtamentis, hoc eſt, de teſtatione & forma agitur, proximum eſt de heredibus, *l. 2. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Itaq; hos duos titulos (qui in ff uno continentur) ſtatim ſequitur tit. 24. *de hered. inſtit.* & 5. tituli ſeqq. qui omnes ſunt de heredibus, quorum primus eſt, ut dixi, de heredibus inſtituendis generalis. Huic ſubjungitur tit 25. *de inſtit. & ſubſtit.* hac ratione, quia hic agitur de heredibus ſub conditione inſtitutis aut ſubſtitutis: Prior autem titulus eſt de heredibus purè inſtitutis. Puta, conditionali inſtitutione eſt plenior & perfectior, ideoque prior. Hunc ſequitur tit. 26. *de impub. & al. ſubſtit* Ratio ordinis ad Inſtit. eſt expoſita Proximus eſt tit 27. *de neceſſ. hered. &c.* Ratio enim dignitatis poſtulat, ut prius de heredibus liberis, poſterius de heredibus ſervis agatur. Tandem hunc ſequitur tit. 28. *de lib. præter. & exher.* Ratio eſt, quia priores tituli ſunt de inſtitutione, hic eſt de exheredatione, quæ eſt odioſa, & proinde poſterior. Ultimus de heredibus eſt tit. 29. *de poſthum. hered. inſtit.* quia poſthumi nihil aliud ſunt, quam poſtremi. Rectè autem hic titulus *de poſthumis heredib.* adjungitur priori titulo, *de lib præter.* quia & hic titulus eſt de liberis, ſed prior eſt de jam natis, hic de nondum natis, hoc eſt, poſthumis: Et quia exheredatio pertinet ad utrosque natos & poſthumos, ſed non ad heredes extraneos. Dictum eſt in hoc primo membro de teſtatore & forma teſtamenti & herede: Reſtat tertia hujus membri pars de ipſa hereditate ex teſtamento, quia ſcilicet eſt effectus teſtamenti, & proinde hæc pars eſt poſterior. Et primo quidem de hereditate adeunda ſive adquirenda agitur, pu-

Tit. XXI.
Tit. XXII.
Tit. XXIII.
Tit. XXIV.
Tit. XXV.
Tit. XXVI.
Tit. XXVII.
Tit. XXVIII.
Tit. XXIX.

formam ſive ſpeciem inceſtarum nuptiarum continet, puta inter pupillam
Tit. VII. & tutorem Hunc ſequitur *tit. 7. ſi quacunq; praditus poteſtate, &c.* quo con-
tinetur alia ſpecies inutilium nuptiarum, puta inter magiſtrum provinciæ,
& provincialem. Ratio, cur hæc ſpecies ſit poſterior illa inter tutorem &
pupillam. eſt, quia illa ſpecies inter tutorem & pupillam ſimiliter eſt ince-
ſtis, in eo, quod tutoris & pupillæ ſit velut una perſona Huic titulo 7. ad-
Tit. VIII. jungitur *tit. 8. ſi nuptia ex reſcripto, &c.* Ratio eſt, quia ſpecies inutilium nu-
ptiarum prius ſunt exponendæ, quam petendæ hoc eſt, ſubſtantia prior eſt
accidente. III. de nuptiis membrum. pertinet ad ſecundas nuptias de qui-
Tit. IX. bus eſt *t. 9. de ſecund. nupt.* Ratio eſt perſpicua, quia prius de primis, poſteri-
Tit. X. us de ſecundis nuptiis agendum. Huc pertinet & *tit. 10. ſi ſecun. nup. erit mu-
lier, &c.* Sed in hoc ſpeciale jus de ſecundis ſcilicet nuptiis mulierum con-
tinetur. Prius titulus eſt generalis, & proinde prior Atque hæc de 1. & 2. ca-
pite actionis de dote, h.e. ſponſalibus & nuptiis IV. eſt de ipſa dote, ejuſque
actione, quod quia eſt caput primarium latius explicatur *titul. 13.* vt & ſupra
Tit. XI. dictum quorum primus eſt *tit. 11. de dotis promi*. Ratio eſt, quia dos eſſe non
poteſt, niſi promiſſa, & ex ea promiſſione poſtea naſcitur & dos & dotis a-
Tit. XII. ctio. Statim igitur hunc ſequitur titulum 12. *de jure dot.* in quo de natura
dotis & actione de dote tanquam effectu illius promiſſionis agitur Cui ad-
Tit. XIII. jungitur, *titulus 13. d. rei ux. act.* Nam & hic eſt de natura dotis & actione
Tit. XIV. dotis, ſed continet jus novum, & proinde eſt poſterior Rectè quoque hoc
ſequitur *titulus 14. de pact. convent. &c.* quia actio de dote pactis interdum
mutatur & reformatur. Eadem ratio ordinis & ſupra de contractu emptio-
nis ſive actione empti ad *titul. de pact. int. empt. & vend.* ſolent enim pacta ma-
xime in continenti adjecta mutare & reformare actionem *l. 7. Juris gentium.
§. adeo. de pact. l. nat. s. §. penult. de praſcript. verb.* Præterea *titulus 13. de rei ux.
act.* lex ſive Imp. mutavit actionem *tit. 14.* pacta privatorum eadem mutant.
Lex autem eſt potior & prior pactis privatorum Actionem de dote ſequi-
Tit. XV. Tit. XVI. tur exceptio de qua eſt *tit. 15. de dote cauta, &c.* Ratio eſt perſpicua, exceptio
enim ſequitur actionem ut ad inſtit Huic adjungitur *titul. 16. de donat. inter
vir. & ux.* Ratio ordinis, quia & hic retentio, quæ ſi eſt ſimilis exceptioni,
poſtea retẽtio ob res donatas uxori à marito · ita & retentio interdũ ei datur
cõtra uxorẽ dotem petentem, datur, inquam, ex exceptis cauſis quæ olim e-
rant 6 teſte Ulp §. *retentiones. lib. reg.* quamvis hodie retentiones iſtæ fere ſint
ſublatæ per Juſtin. *l. unica. §. taceat. ſupra de rei ux. act.* Retentionum ſpecies
una erat, ob res donatas de qua hic eſt titulus 16 altera erat ob mores de qua
eſt titulus 17. alia ob res amotas, de qua eſt titulus 21. Etſi autem hæ tres ſpe-
cies & aliæ, ut ob impenſas, &c. ſunt hodie, ut dictum, ſublatæ, quia con-
ſulitur hodie maritis alia via, quam per retentionem Quia ergo ipſæ re-
tentionum cauſæ ſunt ſublatæ, veterem adhuc ordinem in diſponendo C.
& ff. ex retentionibus, quæ ut dictum exceptioni ſimiles ſunt, retinet Tri-

bun Hunc

bun. Hunc titulum *de donat. inter vir. &c.* ſequitur titul. 17. *de repud. & judic. de mar. &c.* tum quia pertineat ad alteram retentionis cauſam propter mores, ut jam dictum, tum quia donationes inter virum & uxorē generaliter ſunt prohibitæ, ex certis cauſis valent inter quas eſt divortium, & proinde poſt tit. *de donat* generalem ſtatim adjungitur tit. *de repud.* ut poſtea tit. 18. *ſolut. matrim. &c* Uterq; enim eſt de divortio. Sed prior eſt de cauſis & forma, hoc eſt de natura ipſa divortii, alter tit. nimirum 18. eſt de eo quod fit per divortium puta repetitio ſcilic. dotis, quæ non niſi ſoluto matrimonio repeti poteſt. Quare regulam, de qua *tit. 18.* Sequitur ſtatim exceptio de qua titul 19. *ſi dos conſtante matrimonio.* Hunc ſequitur titul 20 *Ne fidejuſſ. vel mand. dot. &c.* Ratio ordinis eſt, quia ad repetitionem dotis de qua dict titul. priori, valde eſt utilis fidejuſſor puta, ut ſi maritus, à quo dos repetitur nō ſit ſolvendo ſaltem ab ejus fidejuſſore repeti poſſit. Rectè autem prius de marito & poſtea de fidejuſſore. Huic adjungitur tit. 21. *rerum amotar.* Ratio ordinis eſt duplex: tum quia & hæc erat ſpecies retentionum, ob res amotas, ut ſupra dictum Ulp. *§. retentiones* tum quia fœminæ divortium cogitantes, plærunq; aliquid amovere ſolent. Et proinde poſt divortium ponitur h. tit. *l. 2. hujus tit* Eſt & tertia ratio, quia tit. 20 *ne fidejuſ.* parcatur marito, ſive ejus honori, ut *hoc tit. 21* parcitur honori fœminæ. Et huic proximus eſt tit. 22. *ne pro dote. &c.* tum quia & hic parcitur famæ mariti, quia hoc titul agit de executione actionis, & proinde eſt ultimus, ut & executio in proceſſu, excepto uno titulo, qui eſt tit 23. *de fundo dot.* Ratio, cur hic ſit omnium ultimus in hoc tractatu de dote, ſive de actione dotis eſt: quia omnes priores tituli, de actione dotis ſunt univerſales, ſive de univerſitate qualis eſt dos: hic ſolus eſt ſingularis, puta de fundo dotali, & proinde poſtremus, & hæc de tertio capite. IV. caput eſt de liberis de quibus eſt *titul. 24. divortio facto apud, &c.* & *titul 25. de alend. libr. & part.* Cur autem ille ſit prior iſto ratio hæc eſt, tum quia ille prioribus titulis eſt ſimilior, in eo, quod ut priores de divortio ad divortium aliqui pertinent. ita & hoc *divortio facto. &c.* tum quia prius, an & ubi ſint educandi, quæri debet quam à quo alantur. Præterea tit. poſterior non tantum eſt de liberis, ſed etiam de parentibus. Tractatus autem de parentibus ad matrimonium non pertinet. ſed ad liberis, qui ſunt fructus matrimonij, pertinet. Sic & infra ubi *de tutel.* prior eſt titul. *ubi pupil. educar. &c.* titulo *de ipſis alendis liberis*, puta tit. 49. tit. 50. infr. h. lib. 5. & ultimum partim eſt de concubinis, *titul. 26. de concubinis*, partim de liberis naturalibus, *titul. 27. de lib. nat.* Ratio inter hos 2. titul. eſt cur de concubinis ſit prior, tum quia jus de concubinis eſt antiquum jus de naturalibus liberis eſt longè recentius, ab Imp. Conſtantino introductum *Nov. 89.* tum quia naturales liberi ſunt illi, qui ex concubinis, vel ex ancillis naſcūtur. Effectus autem cauſa ſua poſterior. Adhuc dictum eſt de actione dotis, quæ eſt prior pars *hoc libr. 5.* & naſcitur ex æquo & bono, ut ſupra di-

Tit. XVII. *Tit. XVIII.* *Tit. XIX.* *Tit. XX.* *Tit. XXI.* *Tit. XXII.* *Tit. XXIII.* *Tit. XXIV.* *Tit. XXV.* *Tit. XXVI.* *Tit. XXVII.*

ctum. Huic nunc adjungitur actio tutelæ, quæ eſt altera pars hujus libr 5. ſed ea ex q. contractu eſt hoc eſt, tutela ſive potius adminiſtratione tutelæ. *§. tutor. Inſtitut. de oblig. quæ ex q. contract.* Ratio exponetur ad ff. ut autem in actione dotis de matrimonio, & alijs ad dotem conſtituendam idoneis ita & hic de tutelis omnia diligenter explicantur. *titul. 48.* ut ſupra dictum. Quorum ordo ut ſit dilucidior, ad IX. capita erunt revocanda. I. continet ſpecies tutelæ. de quo eſt titul. 28. *& 8. ſeqq.* II. de adminiſtratione ſive officio tutorum, de quo eſt *titul. 37. & 13 ſeqq.* III. eſt de ipſa act. tutelæ de qua eſt *titul. 51. & 7. ſequentib.* IV. eſt de auctoritate tutor. *titul. 59.* V. eſt de finienda tutela. *titul. 60. & ſeq.* VI eſt de excuſatione tutorum, *titul. 62. & 7. ſeqq.* VII. eſt de curatore furioſi. *titul. 70.* XVIII. eſt de prædijs minorum, *titul. 71. & 3. ſeq.* IX. & ultim. eſt de magiſtratibus conveniendis, *titul. 75. & ultim. hoc lib.* In ff. quia ordo paulo eſt alius. ratio ejus erit utrobique explicanda. Et primum quidem de ordine 9. cap. inter ſe, cur ſpecies tutelæ primo exponantur, ratio dicta eſt ſupra ad Inſtitut ubi & de ſecundo capite dictum ad titulum *de auctoritat. tutor.* Tertij capitis, quod eſt de Actionibus hæc eſt ratio, quia actio eſt effectus adminiſtrationis, quæ eſt quaſi contractus, unde hæc actio naſcitur. De reliquis conjunctionibus capp. dicetur infra ad ſuum quoque caput. Quod ergo ad ſingulos titul. attinet, primo ponitur titul. 28. *de teſtament. tutel.* Ratio in Inſtitut. expoſita. Cui adjungitur titul. 29. *de confirm. tutor.* Ratio in ff. afferetur. Eum ſtatim ſequitur titul 30. *de legit. tut.* Eſt enim hæc ſecunda tutelæ ſpecies. Cur ita dictum jam eſt in Inſtitut. Hunc ſequitur tertia quæ eſt dativa, ad quam pertinet titul. 31. & 5. ſeqq. inter quos 4. titulos de tutela dativa, primus eſt titul. 31. *qui petant. tutor.* Cur hic primo loco ponatur, hæc eſt ratio, quia prius tutor petatur quam detur. Ad petitionem quoque pertinet titul. 32. *ubi petantur tut. &c.* Nam prius de eo, qui petat, & poſterius de eo, coram quo vel ubi petitur. Reliquis 2. titulis agitur de ipſis tutoribus dativis, qui petuntur ſive dantur. Et inter hos prior eſt titul 33. *de tutor. vel curat. illuſtr.* propter dignitatem perſonæ pupillaris: poſterior eſt titul 34. *qui dare tutor. &c.* in quo non tantum de tutoribus, qui dantur. ſed etiam de magiſtratu, qui dat, agitur, quæ etiam cauſa eſt cur hic poſterior, quia 2. continet. Huic adjungitur titul. 35. *quando mulier, &c.* Adhuc enim de tutore dictum, quia tutela virile munus eſt, ex *leg. 2. de regul. jur.* ſed hic adjungitur exceptio, quæ poſterior eſt regula, quia interdum mater & avia tutelæ officio funguntur ex novis conſtitutionibus. Hunc ſequitur *tit. 36. in quibus cauſis.* Ratio eſt, quia priores tituli omnes ſunt de primo, hic eſt de ſecundo tutore, & proinde poſterior, ut ſupra dictum *de reſtitut. in integrũ.* titulum ſi ſæpius in integr. Et hæc de primo cap. Proximum eſt caput de officio tutoris, quod in adminiſtratione ponitur. Eo igitur pertinet titul. 37. *de adminiſtr. tut.* qui eſt 1. in hoc capite, quia eſt generalis, cui adjungitur

Tit. XXVIII (beside titul. 28)

Tit. XXIX. *Tit. XXX.* *Tit. XXXI.* *Tit. XXXII.* *Tit. XXXIII.* *Tit. XXXIV.* *Tit. XXXV.* *Tit. XXXVI.* *Tit. XXXVII.*

tit. 38,

titulus 38. de peric. tut. Ratio eſt, quia ex adminiſtratione, aut etiam interdum ſine ea, tutori eſt periculum: adhæret ſcilicet periculum adminiſtrationi. Itaque in ff. utrunque ſub eodem titulo cõtinetur. Eum ſequitur titulus 39. *quando ex facto, &c.* Nam hic titulus eſt velut ſpecies tituli prioris, qui eſt de omni periculo, hoc eſt, tantum de actione: & prior eſt tantum de tutoris periculo: hic eſt de pupilli periculo & commodo. Sic & titulus prox. 40. *ſi ex plur. tut. &c.* Continet ſpeciem *tit. de adminiſt.* & *tit. de peric. &c.* Eſt enim de actione, ſed ut prior titulus 39. de actione quam pupillus exercet vel excipit nomine ſuo, ita hic *titulus 40.* eſt de ea actione, quam tutor exercet vel excipit nomine pupilli. Nam de actione, quæ contra tutorem à minore exercetur quæ eſt actio tutelæ, dicetur infra. Hoc actionis exercitium, ſive pupilli defenſio eſt pars adminiſtrationis. Huic titulo adjungitur *titulus 41. Ne tut. vel curat. &c.* qui tit. quia eſt prohitorius, proinde eſt poſterior. Prohibitio autem hæc ad adminiſtrationem pertinet, eâ ſcilicet de cauſa, ut tutor officiũ ſuũ melius faciat, ſic & titulus 42. *de tut. & curat. qui ſatis, &c.* Eſt prohibitorius, quia tutor prohibetur prorſus adminiſtrare, qui non ante ſatisdedit. Huic adjungitur *tit. 43. de ſuſpect. tut. & curat.* Nam & hic eſt prohibitorius: imo tutor ſuſpectus non tantum prohibetur ab adminiſtratione, ut nõ ſatisdans, verum etiam plane removetur, idque interdum cum infamia, quæ quia eſt pœna, idcirco hic titulus eſt poſterior: quinetiam ratio inter hos titulos prohibitorios ex hac gradatione intelligitur, quod titul 41. prohibetur tutor non adminiſtrare, ſed aliena: titulus 42. prohibetur etiam pupillaria, quod eſt gravius, titulus 43. prohibetur omnino, quod eſt graviſſimum. Hunc titulum ſequitur *titulus 44. de in litem dando tutore &c.* Ratio eſt, quia adminiſtratio, vel eſt negotiorum, de qua hactenus dictum, vel eſt litium, de qua hic. Huic adjungitur *titulus 45. de eo qui pro tut. &c.* Ratio eſt perſpicua, quia hactenus dictum de adminiſtratione veri tutoris, nũc de adminiſtratione falſi. Hunc ſequitur *titulus 46. ſi mater, &c.* Ratio eſt, quia & hic titulus ad titulum de adminiſtratione pertinet, puta, ſi mater indemnitatem promiſit, aut alii propinqui. Cui adjungitur *titulus 47. ſi contra matris, &c.* hic titulus tantum adjicitur propter mentionem matris jam factam de periculo adminiſtrationis. Nam alioqui hic *titulus ſi contra matris, &c.* huc propriè non pertinet. Eſt enim potius de remotione, quam de adminiſtratione tutoris. Hũc ſequitur *tit. 48. ut cauſæ poſt pub. &c.* hac ratione, quia hactenus dictum eſt de adminiſtratione, durante tutela, nunc de ea, quę eſt finita tutela, ſive poſt pubertatem. Ultimum locum in hoc cap. de officio tutoris obtinet educatio, & alimentorum præſtatio, de quibus duobus ſunt *titulus. 49. ubi pupilli educ.* & *titulus 50. de aliment. pupillo præſtand.* Ratio ordinis, cur hæc pars officii de educando pupillo poſtremò loco ponatur, eſt, quia eſt tanquam ſpecies ſive pars officii. Priores autem tituli ſunt generales. Specialia ſunt generalibus poſteriora. Eſt & altera ratio, quia

Tit. XXXVIII. *Tit. XXXIX.* *Tit. XL.* *Tit. XLI.* *Tit. XLII.* *Tit. XLIII.* *Tit. XLIV.* *Tit. XLV.* *Tit. XLVI.* *Tit. XLVII.* *Tit. XLVIII.* *Tit. XLIX.* *Tit. L.*

adminiſtratio negotiorum & litium ſemper tutoribus incumbat, educatio non ſemper, ſed matri ſæpe & alijs propinquis committitur, *l.1. C.h.tit.* Inter hos autem duos tit. Cur iſte, *ubi pupill. edu. &c.* prior ſi altero *de alimen. præſt.* ratio hęc eſt, quia prius ſemper de loco ubi quid fiat, quam de re ipſa agitur, ut videre eſt in tit. *de jud* ubi quæritur primum de judice competente, hoc eſt ubi ſit litigandũ, & ubi actiones inſtituendæ. Poſterius de ipſis actionibus agitur. Et hæc hactenus de primo & ſecundo c hujus tractatus de tutela, poſtea de ipſo tutore & ejus officio, cujus & pars aliqua *de auctor. tutor.* huc pertinens, rejicitur tamen ad tit 59. infr. ubi ratio indicabitur. III. Caput de tutelis eſt de ipſa tutelæ actione Ratio ſupra expoſita eſt. Eſt enim hæc actio, velut effectus adminiſtrationis & proinde poſterior, de qua actio-

Tit. LI. one eſt titul 51. *arbitr. tut.* Hunc ſequitur tit. 52. *de divid. tut.* Ratio ordi-

Tit. LII. nis eſt quia prior tit. eſt generalis de natura hujus actionis, hic eſt ſpecialis, puta, ſi plures ſint tutores, an ea actione omnes teneantur. Eadem eſt ratio ordinis in ff. ad titul. *de duob. reis* qui titulus ſubſequitur titulum genera-

Tit. LIII. lem *de verbor. obl.* Ad hanc actionem tutelę pertinet tit. 53. *de in lit. jur.* Ratio, quia priores tituli ſunt de hac actione ſive ejus natura, cui, cõtra quem detur: hic jam eſt de ea exercenda an ſcilicet in ea in litem juretur. Quæro, cur hic titul. ad actionem tutelæ hic in Cod accommodetur, cum in litem juſjurandum etiam ad alias actiones pertineat. Ratio hæc eſt. quia in litem jusjurandum in actione tutelæ maximè præſtatur adverſus heredes tuto-

Tit. LIV. ris, *leg.1. Cod. de in lit. jur.* Ideoque titulus *de hered. tut.* qui eſt 54. hic adjungitur: nam poſtquam de ipſo tutore, qui hac actione tutelæ tenetur, actum eſt, proximum eſt de hiſce ejus heredibus explicare. Itaque hi duo tituli 53. & 54. rectè hic conjunguntur Prior tamen eſt *de in lit. jurand.* quia hoc jusjurandum etſi plerunque contra heredem, interdum tamen etiam contra ipſum tutorem præſtatur, *leg.2. C. hoc tit* Huic titulo, *de heredib. tutor.* jam

Tit. LV. adjungitur titul. 55. *ſi tutor. non geſſer.* Nam & hic pertinet ad actionem tutelæ ſed quia prius agendum eſt de tutore, qui geſſit, an teneatur hac actione, ſubſequitur rectè de tutore, qui non geſſit; nam & hic tenetur. His de a-

Tit. LVI. ctionibus titulis adjungũtur duo tituli acceſſorij, puta tit 56. *de uſur. pup.* &

Tit. LVII. tit. 57. *de fid. juſſ. tut. &c.* Notum eſt, uſuram & fidejuſſores jure dici acceſſiones. Acceſſoria autem principalibus ſunt poſteriora Cur autem titulus *de uſur.* ſit prior eo, qui eſt *de fidejuſſor.* Ratio hæc eſt: quia ut priores tituli ad tutorem, ſed de re principali, pupillorum: ita & hic quoque titulus ad tutorem pertinet. ſed eſt de uſuris. Ratio autem poſtulat, ut prius agatur de tutore, hoc eſt reo principali, quam de acceſſorio, ſive tutoris fidejuſſo-

Tit. LVIII. re. Hunc titul. *de fidejuſſor. tut.* ſequitur titul. 58. *de contraria judic.* Prius ſcilicet de directo agendum fuit, poſterius de contrario tutelæ judicio, ut & in ff. ratio poſtulat. Et hæc de tertio capite. IV. Eſt de auctori-

tate

tate tutorum de qua tantum eſt tit. 59. *de auctor. præſtand.* Ratio ordinis obſcurior eſt, quia cum auctoritas ſit pars quædam officii, rectius ad caput ſecundum, ubi de adminiſtratione, hic titulus pertinere videtur, ut & in ff. Ratio tamen hic in Cod. eſt, tum quia auctoritas differt ab adminiſtratione, ut eſt apud Ulp. *infra g. tit. 11. §. tutoris*, tum quia auctoritas tutoris neceſſaria eſt non tantum in negociis & litibus, ſed etiam in ipſa actione tutelæ inſtituenda *l. pen. C. ſi adverſ. rem judic. &c.* tum quia auctoritas non interponitur in eo, quod finit tutelam. *l. ult. v. rſ. ſed & omnia, C. hoc tit.* Et proinde hic tit. de auctoritate rectè anteponitur capiti. V. quod eſt de finienda tutela, ſub quo eſt tit. 60. *quando tut. vel curat. eſſe deſin* Huc quoque pertinet tit. Tit. LX.
61 *de actore à tut. dand.* Nam in locum tutoris non quidem finita, ſed tantum Tit. LXI.
quaſi finita tutela, hoc eſt, in locum tutoris impediti ad adminiſtrandum, ſolet hic actor dari, *§. ultim. Inſtit. de tut.* V I. Caput vocavimus de excuſatione tutorum, quod priori capiti de finienda tutela ſtatim adjungitur, hac ratione, quia excuſatio eſt quædam ſpecies finiendæ tutelæ. *§. ult. Inſt. quib. mod fin. tut.* In hoc autem capite tit. 62. *de excuſ. & temporib. earum.* eſt pri- Tit. LXII.
mus, quia generalis: Cui adjungitur tit. 63. *ſi falſ. &c.* Nam & hic eſt genera- Tit. LXIII.
lis: ſed ille poſterior: quia ille eſt de natura excuſationum & de verbis cauſis ſive allegationibus, hic eſt de falſis Hos ſequuntur tituli ſpeciales quorum 1. eſt titul. 64 *ſi tutor vel curator Reip. abeſſ. &c.* Ratio eſt, quia hæc ſpecies Tit. LXIV.
ſive cauſa excuſationis, puta abſentia Reipub cauſa, eſt publica. Cui adjungitur tit. 65. *de excuſat. veteran. &c:* Nam militia eſt velut abſentia Reip. Tit. LXV.
cauſa Huic proximus eſt tit. 66. *qui num. lib. ſe excuſ. &c.* Ratio, quia & hæc Tit. LXVI.
excuſatio, ut 2. priores, valde eſt favoralibis, & ad utilitatem publicam pertinet liberorum procreatio, & multitudo. Sic & morbus eſt cauſa favorabilis, ſed poſterior, quia privata, de quo eſt tit. 67. *qui morbo ſe excuſ.* Cui ad- Tit. LXVII.
jungitur tit. 68. *qui ætate, &c.* hoc eſt, ſenectute ſe excuſant, quæ & ipſa eſt Tit. LXVIII.
velut morbus, ut vulgo dicitur, Ariſtoteles 5. *de gener. an. cap. 4.* & quia ad mortem accedit, rectè prioribus cauſis eſt poſterior. Ultimum locum hic obtinet excuſatio, propter tres tutelas ſive numerum tutelarum, tit. 69. *qui* Tit. LXIX.
numero tutelarum, tum quia hæc cauſa differt ab aliis prioribus in eo, quod priores excuſent ab omni tutela, hæc tantum excuſat à quarta, tum quia hæc non ſemper excuſet, ne à quarta quidem, ſi quis tres affectarit, ſive affectatione ſuſceperit. Sic enim legendum eſt hic ubi vulgo eſt defunctoriè, *l. 15. §. ult. de excuſ. tut.* & hæc de ſexto capite. Ad VII pertinet tit. 70. *de curat.* Tit. LXX.
furioſ. Ratio eſt quia priora ſex capita ſunt de tutore vel curatore pupillorum vel minorum: hoc caput eſt de curatore furioſi aut prodigi, qui curatores ſunt majorum: & proinde poſteriores, ut ipſa ætas major poſterior minore. I I X. Caput de prædiis minorum non alienandis ſine decreto judicis in ff contrarius eſt ordo. Ubi ratio ordinis exponetur. Hujus igitur capitis de prædiis primus titulus eſt tit. 71. *de prædiis, & aliis rebus minorum ſine* Tit. LXXI.

Tit. LXXII. *decreto non alien. vel oblig.* qui eſt generalis, quē ſequitur tit. 72. *quando decreto opus non ſit, &c.* Ratio eſt, quia prior eſt de eo, quādo eſt opus, hic quando nō. Affirmatio autem natura eſt prior negatione, ut ſup. dictū *ad lib. 2. tit. 40.* Et velut exceptio quædam h. titu. 72. continetur, & proinde tanquam generalis ponitur ante tit. 73. *ſi quis ignorans, rem minoris eſſe ſine decreto, cōparaverit,*
Tit. LXXIII. quo tantum ſpecies exceptionis adfertur. Hunc ſequitur tit. 74. *ſi major factus, &c.* quo etiam velut exceptio adfertur, qua alienatio absq; decreto facta valeat, ſeu rata maneat. Reſtat nonū & ultimum caput de tutelis, quod
Tit. LXXIV. Tit. LXXV. eſt de actione ſubſidiaria, de quo capite eſt tit. 75. *de magiſtrat. conven.* Ratio exponetur infra ad ff. Et hæc de titulis Libri V. Codicis.

Lib. VI. Codicis.

NUnc de libro ſexto videamus Cujus lib. ti. 62. poſſunt commodè ad 5 mēbra revocari. I. eſt de actione furti. II. de actione operarū aliisq; ad jura patronorū & libertorū pertinentib. III. de bonorū poſſeſſione. IV. eſt de hereditate, tā ex teſtamento, q̄ ab inteſtato. V. eſt acceſſorium. Ordo horum capitū atq; totius libri ſatis obſcurus quēq; multi non aſſequuntur. Ex ordine Edicti perpetui intelligi poteſt ꝙ Edictum Tribun. in Cod. magis q̄ in ff. ſequitur, ut jā ante dictum. Ordo igitur edicti fuit iſte: (res .n. paulo altius eſt repetēda) ut in edicto primū ponerētur civilia deinde prætoria jura & judicia quia civilia prætoriis ſunt præſtantiora ut & alias dictū. Et hūc ordinem tenuit Trib. tā in ff. q̄ in Cod. licet interdū ab eo diſcedat, ut ſupra admonuimus. Ea a. judicia, q̄ hactenus expoſuimus, pleraq; ſunt civilia, exceptis paucis prætoriis q̄ propter ſimilitudinē fuerunt civilibus adjuncta. Nūc ratio poſtulat, ut explicatis civilib. tranſeamus ad p̄toria: quorū initiū fuit in edicto ab actione furti, aut certè à bonorū poſſeſſione. Actio furti eſt quodāmodo media partim civilis de furto nec manifeſto, partim p̄toria, de furto manifeſto, *§. ſunt autē, Inſt. de nox. act.* ſed in his prætoriis judiciis perſequendis, & ordine tractandis ſæpe Trib. diſcedit ab ordine edicti perpetui, multaq; interjicit certis de cauſis, quas ſuo loco exponemus. Ex his jā intel-
Tit. II. ligitur, cur hoc libro de actione furti ſtatim initio hujus lib. *tit. 2. de furtis & ſervo corrupt.* agatur. Ratio eſt, quia actio furti actioni rationib. diſtrahēdis, q̄ ad tutelas pertinet, valde eſt ſimilis, adeo ut tutor, ſi res pupilli diſtrahat animo furandi, nō tantum actione rationib. diſtrahendis, ſed etiā furti teneatur, *l. 1. §. pen. l. 2. de tut. & ratio. diſtrah.* Et hunc ordinem ut actionē rationib. diſtrahendis, ſtatim ſequeretur, actio furti fuiſſe in Edicto perpetuo itē id, ꝙ dixi ſupra in Edicto primo, civilia poſt prætoria fuiſſe collocata. perſpicuū eſt ex legib. Caji & Pauli ad Edictum, & etiā ex Paulo *lib. 2. ſent. tit. 30. & ſeq.*
Tit. I. Cur autem titulus, *de furt.* hic præcedat *tit. de ſerv. fugitiv. &c.* qui eſt primus hujus libri, hæc eſt ratio, quia furtum eſt plerunq; ſervorū. Duo enim ſunt ſervorum vitia frequentia & conjuncta fuga & furtum, & fuga eſt prior, quia docet furtum, quod eſt velut diſcipulus fugæ, ut eleganter Martialis:

A pedibus didiſcere manus peccare protervæ. *Nec minor is fur eſt, qui fugitivus erat.*

Huic quoq; eſt ꝙ olim in ſervorum venditionib. cautio adhiberi ſolet,
fugitivũ, furẽ non eſſe *l.1. de ædil. edict.* ut & Cujac. *in Para.* Cur autem ſub tit.
2. adjungatur *de ſervo corrupto*, ratio eſt ꝓpter ſimilitudinem argumenti. Nã
& fuga & furtum ſunt vitia & corruptelæ ſervorũ, ut modo dictum. Et hæc
de primo capite hujus libri ꝙ eſt de actione furti, & de actione ſervi corru-
pti, q̃ duæ actiones in ff longo intervallo disjungũtur. Alterum caput eſt de
actione operarũ, de quo eſt ti. 3 cũ 5. ſeqq. Ratio quia & in Edicto perpetuo,
ꝙ & in C. diligẽter imitatur, idem fuerit ordo, ut actionem furti ſequeretur
actio operarũ liberti. Ratio videtur, tũ quia ſervi & liberti conditiones ſunt
vicinæ, & hic illũ ſequitur: (quia ex ſervo manumiſſ. fit libertus) tum quia
operarum negatio, eſt velut furti ſpecies. Et hæc eſt ratio ordinis ad tit. 3 *de* Tit. III.
oper. libert. in Cod. Nam in ff (in quib. Tribunianus ſæpè longius diſcedit à
ratione Edicti perpetui) & alio loco & alia ratione hæc actio operarum po-
nitur. Huic titulo *de oper. liber.* adjungit Tribun. alios titulos ad libertos &
jus patronorũ pertinentes: hac ni fallor, ratione, ut omnia patroni jura ad li-
bertos ꝑtinentia uno eodemq; loco explicẽtur. Sunt aũt 3. ferè jura patroni,
q̃ ei à liberto veniunt, operæ, bona, & obſequiũ ſive reverentia. De operis a-
gitur *tit. 3.* ut jã dictum de bonis agitur tit. 4. *de bon. liber.* Ratio cur prius de Tit. IV.
operis, poſterius de bonis, agat eſt, tum q̃a operarũ negatio eſt ſimilis furto,
de quo prius: tũ quia operæ omnino patrono debẽtur (intellige, ſi promiſſæ
ſunt) bona non ſẽper nec omnia, tũ deniq; quia de bonis novũ jus adfertur,
& ꝓinde poſterius. Ad hunc tit. *de bon. liber.* pertinet. tit. 5. *ſi in frau. patr. &c.* Tit. V.
Nã eſt de alienatione bonorũ Sed tit. 14. eſt generalis, ideoq; prior. Ut aũt de
operis eſt actio operarũ ita & de bonis eſt actio Faviana vel Calbiſiana, ſi alie-
nentur in fraudẽ. Dictũ eſt de operis, & de bonis. Tertiũ eſt obſequiũ, de quo
eſt tit. 6. *de obſeq. &c.* ꝙ quia minimum eſt, poſtremum locũ tenet. Nam obſe- Tit. VI.
quiũ eſt tantum reverentiæ munus *l. 5. hoc tit.* Ei ꝓximus eſt tit. 7. *de libert. &* Tit. VII.
eor. liber. qui tit nõ eſt ita generalis, ut verba ſonãt ſed eſt potius ſpecialis, de
libertis ſcil. ingratis ubi & actio eſt contra ingratos libertos eorumq; libe-
ros, ꝙ velut crimen ingrati meritò poſteriorem locum tenet. Sed ultimũ ta-
men locum in hoc capite ſecundo, quod eſt de actione ingrati & libertis te-
net tit. 8. *de jure aureorũ annulorum, &c.* Ratio eſt, quia ad finiendã libertini- Tit. VIII.
tatẽ pertinet. Duo n. ſunt modi quib. deſinit eſſe libertus & liberatur illis
tribus: operis, bonis & obſequiis, puta jus aureorũ annulorum, & natalium
reſtitutio. III. Hujus libri caput eſt de bonorũ poſſeſſionib. quod hic 12. tit.
continetur. Cur aũt hoc loco de bonorum poſſeſſionibus agatur, ratio ordi-
nis ex Edicto ſumenda eſt, in quo poſt civilia, (de quibus *lib. 3. & 4* Prætoria
erant diſpoſita ut ſupra dictum, & ita quidem, ut actionem de furto ſeque-
rentur Edicta de bonorum poſſeſſionibus, adeo ut primum ferè inter prœto-
ria locũ haberent bonorum poſſeſſiones. Quid ita? quia univerſitatem cõti-

mento aperto. Atque ideo in Edicto perpetuo tit. *de bon. poſſ.* ſtatim ſequebatur Edict ſive tit. *de tab. teſt. aper.* quia ut modo dictum bonorum poſſeſſio peti aut repudiari non poteſt niſi tabulæ aperiantur. Et hac de ratione ordinis ad hoc caput, quod dixi eſſe trimembre, de teſtamento, de legatis de cauſa inteſtati Ratio autem ordinis inter hæc tria membra, partim jam ſupra eſt expoſita ad Inſtit partim ex iis, quæ infra intelligetur. Nunc de ſingulis, hujus trimembris capitis titulis qui ſunt 39. videamus. Quod ad primum membrum de teſtamentis attinet, in eo primus eſt tit. 21. *de teſta. milit.* proximus ſcilicet tit. *de collat.* de quo jam dictum. Ratio, cur hoc in membro de teſtamentis titulus ſit *de teſta. milit.* cum alius ſit ordo in Inſt. & ff. hæc eſt, quia ut ſæpe jam dictum Tribun. in C. maximè ſequitur ordinem, edicti perpetui, in quo Edicto ſpecies bonorum poſſeſſionis fuit, quæ dicitur ex teſtamento milit. Et proinde hic titulus ſtatim ſequitur priorem tractatum *de bon. poſſ.* Tit. XXI.

Dices, cur ergo hunc titulum non refers ad caput tertium, quod eſt de bonorum poſſeſſionibus, ſed ad caput quartum, quod eſt de hereditatibus ſive teſtamentis? Ratio eſt, quia Tribunianus eum ita accommodavit, & inſcripſit de teſtamento, & non de bonorum poſſ. ex teſtamento militis Ordinem igitur Edicti ſpectavit, licet rem non ſpectet, hoc eſt, bonorū poſſeſſionem, ſed hereditatem. Huic adjungitur tit. 22. *qui teſtamenta fac. poſſ.* & eum titu. 23. *de teſtamentis.* Ratio ordinis exponetur ad ff. Primo enim de ipſis teſtamentis, hoc eſt, de teſtatione & forma agitur, proximum eſt de heredibus, *l. 2. ff. qui teſt. fac. poſſ.* Itaq; hos duos titulos (qui in ff uno continentur) ſtatim ſequitur tit. 24. *de hered. inſtit.* & 5. tituli ſeqq. qui omnes ſunt de heredibus, quorum primus eſt, ut dixi, de heredibus inſtituendis generalis. Huic ſubjungitur tit 25. *de inſtit. & ſubſtit.* hac ratione, quia hic agitur de heredibus ſub conditione inſtitutis aut ſubſtitutis: Prior autem titulus eſt de heredibus purè inſtitutis. Puta, conditionali inſtitutione eſt plenior & perfectior, ideoque prior. Hunc ſequitur tit. 26. *de in. pub. & al. ſubſtit* Ratio ordinis ad Inſtit. eſt expoſita Proximus eſt tit 27. *de neceſſ. hered. &c.* Ratio enim dignitatis poſtulat, ut prius de heredibus liberis, poſterius de heredibus ſervis agatur. Tandem hunc ſequitur tit. 28. *de lib. præter. & exher.* Ratio eſt, quia priores tituli ſunt de inſtitutione, hic eſt de exheredatione, quæ eſt odioſa, & proinde poſterior. Ultimus de heredibus eſt tit. 29. *de poſthum. hered. inſtit.* quia poſthumi nihil aliud ſunt, quam poſtremi. Rectè autem hic titulus *de poſthumis heredib.* adjungitur priori titulo, *de lib præter.* quia & hic titulus eſt de liberis, ſed prior eſt de jam natis, hic de nondum natis, hoc eſt, poſthumis: Et quia exheredatio pertinet ad utroſque natos & poſthumos, ſed non ad heredes extraneos. Dictum eſt in hoc primo membro de teſtatore & forma teſtamenti & herede: Reſtat tertia hujus membri pars de ipſa hereditate ex teſtamento, quia ſcilicet eſt effectus teſtamenti, & proinde hæc pars eſt poſterior. Et primo quidem de hereditate adeunda ſive adquirenda agitur, pu-

Tit. XXII. Tit. XXIII. Tit. XXIV. Tit. XXV. Tit. XXVI. Tit. XXVII. Tit. XXVIII. Tit. XXIX.

Tit.XXX. ta tit.30. *de jure delib. & adeunda hered. &c.* quem ſequitur tit. 31. *de repudian-*
Tit.XXXI. *da.* Naturali enim ratione aditio & adquiſitio prior eſt & potior repudiatio-
ne Cur autem ſub uno tit.30. duo ſimul contineantur & jus deliberandi, &
aditio hereditatis, quoniam in ff habent 2. ſeparatos tit. Ratio eſt propter
brevitatem, & quia jus deliberãdi cum aditione rectè conjungi poteſt. Adi-
Tit.XXXII. turus enim hereditatem prius deliberat. Proximus eſt tit 32. *quemadmodum*
Tit.XXXIII *teſt. aper.* Ratio infra ad ff. quem ſequitur tit. 33. *de Edict. D. u. Hadr. toll. &c.*
quia hic tit eſt de heredis miſſione in poſſeſſioné quæ miſſio fit demum poſt
aditam hereditatem. Pars 4. primi membri hoc cap. de hereditate ex teſta-
mento, continet quædam pœnalia, & proinde eſt ultima. Ad eam igitur par-
Tit.XXXIV tem pertinet tit.34. *ſi quis aliquem. &c.* & tit 35. *de his quib. ut, &c.* Sed ordo hic
Tit.XXXV. perverſus videtur in eo ꝙ tit.35. eſt generalis continés cauſas, ex quib. here-
ditates confiſcantur, ſive auferuntur heredib. aut indignis, & transferuntur
ad fiſcum tit.34. eſt ſpecialis, unam ſcil cauſam talem continens, puta ſi he-
res coëgerit teſtatoré, ei heredi aufertur hereditas. Perverſus ergo ſeu præ-
poſterus eſt ordo quia generalis tit. poſtponitur, & rectus eſt in ff ubi præ-
ponitur. Ratio ordinis in hoc loco eſt quia titul. 33. *de Ed. Diu. Hadr. toll. &c.*
continet ſive agit de conſtitutione divi Hadriani. Nam & illa cauſa, de qua
in hoc tit 34. inducta eſt ab Hadriano. *l. 1. ſi quis quem, &c* Ad hoc primũ mé-
brũ & codicilli pertinere vidétur. *l. quidam. 15. de jure codicill.* ideo q; hic ſub-
Tit.XXXVI nectitur tit.36. *de Codicillis.* Et hoc de primo membro quarti capitis, ꝙ mem-
brum eſt de ipſo teſtamento. Alterum hujus capitis quarti membrum eſt de
legatis & fideicommiſſis. Cur autem prius de teſtamentis, quam legatis aga-
tur, dictum eſt ad Inſt. Et ad hoc ſecundum membrũ pertinent 18. tituli, quo-
Tit.XXXVII rum primus eſt tit.37. *de legatis,* quia generalis, ſed quia legata quædã conti-
nent, de quib. dubitari poſſet propter formulas verborum, ideo cõjungitur
Tit.XXXIIX illi ſtatim tit.38. *de verb. ſignifi.* Hunc ſequitur tit.39. *ſi omiſſa cauſa teſt. &c.* qui
Tit.XXXIX item ad legata pertinet. Sed quia continet fraudem & delictum, meritò po-
Tit.XL. ſterior eſt, licet ſit generalis de omni legato. titul. 40. ſpecialis eſt de legato,
quod relictũ eſt ſub conditione viduitatis. *de indict. viduit. & leg.* Cui adjun-
Tit.XLI. gitur tit.41. *de his quæ pœnæ, &c.* Nam & hic tit. de pœna legato adſcripta agit,
ſed eſt poſterior quia hæc pœna eſt planè privata. At pœna tit. ſuperioris eſt
publica, aut certè lege publica cõfirmata, per legem ſcilicet Juliam Miſcel-
lam Et hæc de legato ſeparatim. Nunc item de fideicommiſſis ſeparatim, de
Tit.XLII. quibus eſt tit 42. *de fideicomm.* Cur prius agatur de legatis quam fideicom-
miſſis, dictum eſt ad Inſt. Et hæc de iis titulis qui ſunt proprii primum lega-
torum, poſt fideicommiſſorum, ſed certa de cauſa in inferiorem locũ rejecti:
quæ cauſa infra exponetur, in prin tit 49. & 50. proxime aũt tit. proprios ſe-
quuntur communes, ut jam ſæpe dictum eſt in princ. lib. 4. de reb. & (illis
Tit.XLIII. exceptis ſc 49 & 50.) alii õnes, usq; ad tit. 55 de ſuis & legit. Inter omnes aũt
Tit.XLIV. primus eſt tit. 43 *communia de legat. &c.* qui eſt generalis. Huic deinde ti. 44.

de falſa

de falſa cauſa adjecta legato vel fideicommiſſo, adjungitur, & huic tit. 45. *de his* Tit. XLV.
quæ ſub modo, &c. & huic denique tit 46. *de condit. inſert.* Ratio ut intelligatur, Tit. XLVI.
meminiſſe oportet quatuor eſſe, quæ legatis aut fideicommiſſis inſeri ſolet,
cauſa, demonſtratio, modus & conditio. ut videre eſt in tit. *de condit. & de-
monſtr.* De his quatuor tres tituli hic afferuntur. quia ſub cauſa continetur
demonſtratio. Cur autem prius de cauſa agatur puta titul 44 ratio eſt, tum
quia tit. 43. & omnes priores tituli de legatis, ſunt de legatis & fideicommiſ-
ſis puris. Legatum autem cum cauſa, eſt purum, ſed legatum cum conditio-
ne non eſt purum, & proinde titul. *de cond. t.* eſt poſterior tit. 46. Inter hæc
duo. cauſam & conditionem medius eſt modus de quo eſt tit. 45. Modus e-
nim interdum conditionem valet, interdum non. *l. cus. de condit. & demonſtr.*
Hunc titulum *de conditionib.* ſequitur tit. 47. *de uſur. &c.* Nam ut illa condi- Tit. XLVII.
tio, modus &c. adjiciuntur legatis & fideicommiſſis, ita & uſura fructusque
ſunt adjectiones, & acceſſiones legatorum, & omnino acceſſiones, ideoque
priorib. poſteriores. Huic adjungitur tit. 48. *de incert. perſ.* qui tamen in exē- Tit. XLVIII
plaribus emendatis minus confuſus eſt cum tit. ſeq. *ad Trebel.* cum quo ni-
hil habet ſimile. Nam hic. tit. *de incertis perſonis* eſt, ut & priores, communis
tàm legatorum. quàm fideicommiſſorum. *§. incertis Inſt. de legat.* At titulus
de SC. Trebell. non eſt communis ſed proprius puta fideicommiſſorum; & ita
quoque hic titulus *de incertis perſonis*, diſtinguitur in veteribus libris à titu-
lo *ad Trebell.* qui eſt tit. 49. Dixi ſupra duos titulos proprios inſeri tractatio-
ni titulorum communi, & hi ſanè ſunt iſti duo, tit. ſcil 49. *ad SC. Trebell.* & Tit. XLIX.
tit. 50. *ad leg. Falcid.* Et primò quidem, cur hoc loco interjiciantur, ratio eſt, Tit. L.
quia priores tituli omnes pertinent, tam proprii quam communes ad for-
mam & eſſentiam legatorum & fideicommiſſorum, quibus nunc adjun-
guntur tituli, qui ad effectum pertinent. & proinde ſunt poſteriores, hoc
eſt, ad legatorum & fideicommiſſorum adquiſitionem. Quia autem lega-
ta & fideicommiſſa antequam adquirantur (quod fit aditione & agnatio-
ne) ſolent ſæpe diminui, & vel prorſus intercidere. primum agitur, quibus
legata vel fideicommiſſa vel delibantur, hoc eſt diminuuntur. vel prorſus
pereunt. Delibantur autem ſenatuſconſulto aut lege. Peribant olim lege
Papia, hodie non item. Et hæc eſt ratio, cur jam hic agatur de SC. Trebell.
& de leg. Falcid. quia iis modis delibantur legata & fideicommiſſa & etiam
cur agatur *de caduc. toll.* qui titulus eſt de modo, quo planè peribant, & in-
tercidebant legata. Deinde cur prius ponatur titulus 49. *ad Trebell.* poſte-
rius titul. 50. *ad Leg. Falcid.* contrario atque in Inſtit. atque ff. ordine, ratio
eſt, quia univerſalia ſingularibus ſunt priora. SC. Trebell. eſt de fideicom-
miſſo univerſali, Lex Falcid. eſt de legato ſingulari. Huic. jam proximus eſt
titul. 51. *de caduc. toll.* qui rurſus eſt communis tàm legatorum quàm fidei- Tit. LI.
commiſſorum Ratio ordinis jam dicta eſt, quia priores tituli tantum demi-
nuunt. hic planè tollitur legatum aut fideicommiſſum, Sed quia jus novum
conti-

continet, & caduca eo tolluntur, poſteriore loco ponitur. Cui adjungitur
Tit.LII. tit. 52. *de his qui ante apert. tab. &c.* Eſtenim velut pars prioris tituli ut videre
eſt in illo titulo priore §. *in noviſſimo, verſ. hereditatem*, ubi de transmiſſione
hereditatis agitur, quæ transmiſſio hunc titulum ſtatim ſequitur, & hoc tit.
cum exceptione quadam diſtinguitur. Huic titulo 52. *qui ante, &c.* adjungi-
Tit.LIII. tur tit. 53. *quando dies leg. &c.* etiam communis. Ratio, quia hic titulus agit
de die ſive ceſſione diei, de qua & ſub illo titulo, *de caduc. toll.* multa erant
expoſita. Eſt & hæc ratio, quia ceſſio ad effectum quoq; pertinet & ad trans-
miſſionem, de qua modo dictum. Nam non transferuntur ſive transmittun-
tur legata ſive fideicommiſſa, niſi prius dies eorum ceſſerit. *l. 3. quando dies le-*
Tit.LIV. *gat. &c.* Hunc ſequitur tit. 54. & ultimus hujus membri, de legatis, item
communis puta, *ut in poſſeſſ. legat.* Ratio, cur ſit ultimus eſt, quia agit de miſ-
ſione in poſſeſſionem, & de cautione. Miſſio autem in poſſeſſionem eſt ulti-
mus effectus: cautiones ſunt acceſſoriæ, & proinde in poſteriorem titulum
rejici ſolent. Et hæc de quarto capite hujus libri ſexti membris duobus, de
teſtamento ſcilicet & de legatis & fideicommiſſis. His proximum eſt ter-
tium membrum de inteſtato: ad quod pertinent 5. tituli, quorum quatuor
Tit.LV. priores propria continent, ultimus communia. Inter proprios tit. 55. *de ſuis*
& legit. eſt primus, quia cum duo ſint gradus ſuccedentium ab inteſtato,
ſuorum ſcilicet & legitimorum, de quo eſt d. titulus de ſuis & legitim. de
ſuorum ſucceſſione priore loco tractandum, quia gradus ſuorum prior eſt.
(cur ſit prior gradus ſuorum, explicatum ad Inſtit.) Huic gradui ſuorum
Tit.LVI. adjunguntur hi duo tituli puta tit. 56. *ad SC. Tertul.* & tit. 57. *ad SC. Orficia.*
Tit.LVII. contrario ordine atque in Inſtit. ubi hi duo tituli adjungũtur gradui cogna-
torum. Ratio differentiæ dicetur ad ff. Cur hic titulus *ad Tertull.* ſit prior
titulo ad Orfician. Ratio eſt quia Tertull. prius eſt Orfic. tempore, ideoque
etiam ordine, ut ad Inſtit. ſupra dictum. Gradum ſuorum ſive liberorum
priorem ſequitur ſecundus agnatorum, ſive legitimorum, de quibus eſt tit.
Tit.LVIII. 58. *de legit. hered.* Ultimus titulus hujus tertij membri eſt tit. 59. *communia de*
Tit.LIX. *ſucceſſ.* Propriis enim communia ſunt poſteriora, ut ſæpe dictum. Et hic ti-
tulus continet communia ſcilicet ab inteſtato, non communia etiam ex te-
ſtamento, quod ex legibus hujus tituli intelligitur. Et hæc de quarto capite.
Reſtat quintum & ultimum hujus libri ſexti, quod, ut dixi, eſt acceſſorium,
quia in eo quædam prioribus adjiciuntur quadam ſimilitudine, & occaſio-
ne. Nam cum tria in eo capita ſint ſive tituli, duo priores tituli 60. & 61. oc-
caſione *l. ult.* tituli ſuperioris, puta 59. *communia de ſucceſſ.* ſunt his adjecti.
Tit.LX. Inter hos autem duos tit. 60. *de bonis mat. &c.* & tit. 61. *de bon. quæ lib. &c.* ra-
Tit.LXI. tio ordinis eſt, quia jus de bonis maternis tempore prius eſt jure de bonis
quæ liberis & matrimonio, &c. illud induxit Conſtantinus, hoc Theodo-
Tit.LXII. ſius & Valentinianus. Ultimus titulus eſt 62. *de heredibus Decurionum &c.*
Ratio eſt, quia ut in prioribus 2. ita & hic eſt quædam adquiſitio, & quaſi

ſucceſſio

ſucceſſio ſive hereditas extraordinaria. Eſt autem hic titulus ultimus, quia agit de eo caſu quo decuriones, &c. ſine herede nullo moriũtur: quo caſu illorum bona, velut ad ultimum ſucceſſorem fiſcum recidunt: reliquorum, de quibus hic titulus ad fiſcum non recidunt ſpeciali privilegio: ſed decurionum bona recidunt ad curiam. Atque hæc de titulis libri ſexti.

Liber VII. Codicis.

NUnç de libro ſeptimo videamus, cujus tituli 75 ad tria capita revocari commode poſſunt. I. de manumiſſionibus ſive de liberali cauſa. II de uſucapionibus & præſcriptionibus. III. de judiciorum poſterioribus. hoc eſt, ſententia, appellatione & executione. Ratio autem ordinis inter hæc tria capita, & hujus libri cum priore ſexto perdifficilis & obſcura, explicabitur infra ad ff. Quod igitur ad primum caput, id facio trimembre. Nam primo, de ipſa libertate, ejusque cauſis, ſive de manumiſſione, pertinent primi tituli 15. in hoc libro 7. in quibus libertatis cauſæ ſive manumiſſiones primò ſeparatim, deinde communiter tractantur, ordine jam uſitato. Manumiſſionis autem modi cum hodie tantum ſint 2. vindicta & teſtamentum, ad primum pertinet tit. 1. *de vindict. & libert. &c.* ad teſtamentum pertinet tit. 2. *de teſtamentar. manumiſſ.* Ratio infra ad ff. Ad manumiſſiones teſtamentarias, pertinet lex Fuſia Caninia, ideoque titulo ſecundo ſtatim adjungitur tit. 3. *de leg. Fuſ. Can. toll.* Eodem quoque pertinet libertas fideicommiſſaria. tit. 4. *de fideicommiſſ. libertatibus.* Nam fideicommiſſa plerunque teſtamentis relinquuntur, ſed ratio poſtulat, ut prius directa libertas. puta vindicta aut teſtamento, hoc eſt, legato, quod ſemper teſtamento relinquitur, poſterius fideicommiſſaria explicetur, quia directa eſt antiquior & plenior. Hunc titulum 4. *de fideic. lib.* ſequitur tit. 5. *de Deditit. libert. &c.* cum tit. 6. *de latin. libert. &c.* Ratio, quia priores tituli agunt de vera & perfecta libertate, hi duo continent libertatis ſpecies minus perfectas, & proinde ſunt poſteriores. Eſt & altera ratio, quia quæ tolluntur, poſteriora eſſe ſolent Hos ſequitur tit. 7. *de communi ſerv. manum.* Ordo ut intelligatur admonendum eſt eos tantum ſervos recte manumitti, qui ſunt veri aut proprii, & horum manumiſſio eſt juſta & vera: de qua hactenus, nunc de iis ſervis qui non ſunt ita proprii, & quorum manumiſſio vel eſt dubia vel inutilis. Inter hos primus eſt ſervus communis, quia & hic licet non totus, ſaltem ex parte eſt proprius, & proinde prioribus tit. ulti. de proprio, hic eſt tit. proximus. cui adjungitur titul 8. *de ſervo pig. dat. man.* Et hic ſervus, puta pignori datus vel etiam in dotem datus, licet maneat proprius, quia tamen pignori aut doti eſt datus, quodammodo videtur alienus, & proinde manumiſſio talis ſervi magis prohibetur, quam ſervi communis. Sic & ſervus civitatis non poterat olim manumitti ab ordine ſive curia: quia ſervus

Tit. I. *Tit. II.* *Tit. III.* *Tit. IV.* *Tit. V.* *Tit. VI.* *Tit. VII.* *Tit. VIII.*

iſte non eſt ordinis ſive curiæ, ſed civitatis potius. Et hæc eſt ordinis ratio
Tit. IX. ad titulum *9. de ſerv. reip. man.* Cui recte adjungitur tit. 10 *de his qui à non dom.*
Tit. X. *&c.* qui titulus eſt de ſervo prorſus alieno & proinde ejus manumiſſio prorſus eſt prohibita & inutilis. Atque ita primum de ſervis propriis, dein de de partim propriis, partim alienis, tandem de prorſus alienis: ſive prius de manumiſſionibus utilibus ac permiſſis, poſtea de inutilibus aut dubiis ac prohibitis. His titulis accedũt & aliæ duæ manumiſſiones prohibitæ, quæ ultimum locum tenent, quia cauſa prohibendi eſt delictum. Prioris prohibitio-
Tit. XI. nis cauſa eſt fraudatio creditorum, de qua eſt tit. 11. *qui manu. non poſſ.* poſte-
Tit. XII. rior eſt ſub titul. 12. *qui non poſſ. ad libert. perven.* ut ſi ſervus ob delictum in perpetua vincula damnatus fuerit. Ratio ordinis eſt, quia hęc poſterior prohibitio eſt ob grave & verum delictum, prior eſt ob levius, puta ob frauda-
Tit. XIII. tionem creditorum de qua eſt titulus 11. Huic tit adjungitur 13. *pro quib. cauſ. ſerv. &c.* Ratio eſt, quia ordinariam libertatis conſequendæ rationem ſive viam ex vindicta vel teſtamento, ſequi debeat extraordinaria beneficio
Tit. XIV. principis. Hunc ſequitur titul. 14. *de ingen. manumiſſ.* Ratio eſt, quia hactenus de ſervorum manumiſſione, quæ eſt uſitata & efficax, nunc de ingenuorum, ſive liberorum hominum manumiſſione, quæ eſt inuſitata & inefficax & proinde poſterior. Et hactenus tituli de manum. propriii, quibus
Tit. XV. unus adjungitur communis, puta titul. 15. *communia de manum.* Et hæc de primo membro hujus capitis, hoc eſt de cauſa libertatis ſive de ipſa libertate. Alterum eſt de actione ſive judicio, quod liberale & liberalis cauſa dici
Tit. XVI. ſolet unde titul. 16. *de liberali cauſa.* Primum locum obtinet quia eſt ge-
Tit. XVII. neralis & præcipuus, ejus velut pars quædam eſt titulus 17. *de adſert. toll.* Nam in hoc judicio exercendo olim neceſſaria erat aſſertio, quæ jam tolli-
Tit. XVIII. tur hoc titul. 17. Cui recte adjungitur titulus 18 *quib. ad libert. proclam. non licet.* Ratio eſt, quia prius agendum fuit de iis qui hoc judicio uti poſſunt, hoc eſt quibus proclamare licet, quam de iis, quibus non licet. Hunc titu-
Tit. XIX. lum ſequitur titul. 19. *de ordine cognition.* qui item pertinet ad hoc judicium liberale, in quo agitur de concurſu hujus judicii cum aliis, & exponitur, quis ordo in hoc judiciorum ſive cognitionum concurſu ſit ſervandus. Et ſemper hujus cauſæ liberalis cognitio præfertur, unde & præjudicialis actio dicitur, ſive præjudicium. §. *præjudic. ales. Inſtit. de Act.* Huic titulo ſimiliter conceptus eſt titul. 8. ſupra *de ord. judic.* lib. 3. ſed ille eſt generalis, hic eſt ſpecialis ſive proprius judicii liberalis concurrentis cum aliis. Per-
Tit. XX. tinet quoque ad judicium liberale titul. 20. *de colluſione detegenda.* Nam colluſio nihil eſt aliud, quam judicium non ſerium, hoc eſt periculoſorium & inutile. Ratio autem ordinis poſtulat ut prius de utili, de quo antea poſterius de inutili agatur. Et hæc de judicio ſive actione liberali. Nunc duæ exceptiones contra eam actionem exponuntur. Actionem exceptione prio-
Tit. XXI. rem eſſe, notũ eſt. Prior exceptio eſt præſcriptio quinquennii, de qua tit. 21.

ne da:

xe de ſtatu defunct. &c. Altera exceptio eſt præſcriptio longi temporis, de
qua eſt titulus 22. *de long. temp. præſcript.* Ratio autem ordinis, cur ille ſit *Tit.XXII.*
prior, eſt tum quia quinquennium prius eſt decennio: tum quia exceptio
quinquennii convenit titulo *de coll. deteg.* Et hæc de ſecundo membro, ſive
de judicio, aut actione liberali. Tertium appellavimus acceſſorium, & pro-
inde ultimum, quod tribus continetur quorum primus eſt titul. 23 *de pecu-* *Tit.XXIII.*
lio ejus qui liber. &c. quo titulo quæritur an peculium ſit acceſſio manumiſ-
ſionis ſive an teſtator ſervum jam manumiſſum, de quo eſt §. *peculium. Inſt.*
de leg. Hunc titulum ſequuntur duo alii, puta titul. 24. *de Senatusconſul-* *Tit.XXIV.*
to Claud. tol. & titul. 25. *de nudo jur. Quir. &c.* qui ſunt ultimi hujus capi- *Tit.XXV.*
tis primi de libertate tum quia odioſa, tum quia abroganda & tollenda
continent. Cur autem titulus *de Senatusconſulto Claud.* prior ſit titulo *de nu-*
do jure Quirit. &c. ratio eſt quia titulus *de SC. Claud* propriè & ſolum per-
tinet ad hoc caput I. hoc eſt, ad ſervos & libertos, ſed titulus *de nudo jure*
Quirit. &c. pertinet non tantum ad ſervos, ſed & alias quaslibet res. Et
quia hic titulus *de nudo jure.* agit de duplici dominio, ex jure Quiritum. &
bonis commoda fit tranſitio ab hoc titulo ad proximum caput ſecundum de
uſucapionibus, qui eſt modus adquirendi dominii. Et hæc de primo capite
hujus libri ſeptimi quod eſt de libertate & ſervitute. Alterum caput dixi eſ-
ſe *de uſucap. & preſc.* idq; eſt trimembre, & continetur titulis 16. Et primum
quidem membrum eſt de uſucapione alterum de præſcriptione tertium ac-
ceſſorium. Ratio inter hæc membra eſt facilis, tum quia uſucapio eſt anti-
quior, tum quia eſt efficacior præſcriptione. De uſucapione igitur, ſive de
primo membro hujus ſecundi capitis ſunt 6. tituli quorum 4. priores ſunt
proprii, ſive continent 5 ſpecies uſucapionis, inter quas primus titulus eſt
26. *de uſucap. pro empt.* qui eſt duplex. ſive duas continet ſpecies. Hunc ſequi- *Tit.XXVI.*
tur titul. 27. *de uſucap. pro donato* & eum titul. 28. *de uſucap. pro dot.* eum deni- *Tit.XXVII.* *Tit.XXVIII.*
que tit. 29. *de uſucap. pro hered.* Ratio exponetur ad ff. ubi idem ferè eſt ordo. *Tit.XXIX.*
Hos proprios titulos ſequitur communis titulus 30. *communia de uſucap.* *Tit.XXX.*
Ratio eſt nota. Ultimus de uſucapionibus titulus eſt, tit. 31 *de uſucap. trans-* *Tit.XXXI.*
form. Ratio eſt, tum quia jus novum continet. & quædam tollit tum quia
hic titulus eſt velut communis uſucapionis de qua jam dictum, & præſcri-
ptionis ſive longi temporis, de qua jam dicetur. Atque ita ab uſucapione fit
commoda tranſitio ad præſcriptionem. ſic & titul. 32. *de adquir. & retin. poſ-* *Tit.XXXII.*
ſeſſ. eſt item communis & velut medius titulus. Poſſeſſio enim tàm in uſuca-
pione, quàm in præſcriptione requiritur. Nos tamen ordinis gratia hunc ti-
tulum 32. potius referimus ad præſcriptionem, quia uſucapione dominium,
præſcriptione tantum poſſeſſio adquiratur unde & longi temporis præſcri-
ptio dici ſolet Expoſito igitur priore membro de uſucapione proximū nunc
eſt membrum ſecundū de præſcriptione, quod continetur 10. titulis. quorū
primus eſt hic titul. 32. Eſt enim generalis & plures modos adquirédæ & re-

tinendæ poſſeſſionis continet. cum reliqui eum ſequentes tituli ſunt ſpeciales, unum duntaxat modum, puta tempus continentes. Hunc igitur titulũ, *de adquir. poſ.* ſequitur tit. 33. *de præſcr. longi temp.* quæ præſcriptio inter ſpecies præſcriptionum, de quibus hic agitur, eſt antiquiſſima. & proinde prima. Ad quam quoq; pertinet tit. 34. *in quib. cauſ. ceſſat. &c.* Prius enim eſt videre, in quibus cauſis locum habeat titu. 33. poſterius in quibus non habeat. tit 34. Hujus velut pars eſt tit. 35. *quib. non obiic. long. temp &c.* Nam & hic tit. cauſam continet, quia ceſſat: ſed eſt cauſa ſingularis, puta ob privilegium militiæ, & proinde eſt poſterior. Sic & titul 36 *ſi adverſ. credit. &c.* eſt de ſingulari perſona puta creditoris, ut prior titulus eſt de perſona potiſſimum creditoris vel abſentis Reip. cauſa, an eis, creditori inquam & militi noceat præſcriptio, an verò ceſſet. Præſcriptionem longi temporis ſequitur altera ſpecies præſcriptio quadriennii, quæ eſt recentior, & proinde poſterior ordine. Ad quã pertinet tit. 37. *de quadriennii præſcr.* quamquam & ad præſcriptum longi temporis hæc præſcriptio quadriennii pertineat. Nam in aliis quidem rebus poſſeſſor eſt tutus præſcriptione longi temporis in reb fiſci, & in reb. Cæſaris poſſeſſor eſt tutus præſcriptione quadriennii. Et hinc eſt, quod in Inſt. tit. de uſucap §. ult. ponatur, quod hic ſub alio tit. Hunc tit. 37. ſtatim ſequitur tit 38. *Ne rei dominicæ, vel templor. vind. &c.* tantum hic adjectus occaſione mentionis factæ rerum Cæſaris, *in l. ult. ſupra tit.* proximo. Nã & hic titul. ad res Cæſaris pertinet, quo planè prohibetur pręſcriptio rerum Cęſaris. Eſt autem hic tit. poſterior, quia prohibitorius. Eum ſequitur tit. 39. *de præſcr. 30. vel 40. ann.* quæ eſt tertia ſpecies, & ultima, quia eſt noviſſimi temporis. Tertium membrum hujus ſecundi capitis libri 7. vocavimus acceſſorium, in quod varia ſunt conjecta prioribus tamen agnata & affinia & primo quidem eſt tit. 40. *de annal. excep.* ſub quo tit. varia de præſcriptionib. continentur, & initio tollitur quædam ſpecies præſcriptionis quæ vocatur annalis exceptio contractus Italici. Et quia hic titulus continet aliquid, quod tollitur, eſt poſterior, cui adjungitur titu. 41. *de alluv. & palud. &c.* propter ſimilitudinem præſcriptionis & alluvionis. Nam ut in præſcriptionib. & uſucapionibus, ita & in alluvione dominium adquiritur paulatim tempore. Et hæc de ſecundo capite eoq; trimembri lib. 7. Tertium caput. eſt de fine judiciorum & continetur 34. titulis usque ad finem hujus libri ſeptimi. Quod ipſum caput item eſt trimembre: nam I. agitur de ſententia & rejudic. II. de appellationibus. III. de bonis poſſid. Ad primum membrum pertinent tituli 19. quorum 10. ad ſententiam 9. pertinent ad rem judicatam. Primum igitur locum obtinet tit. 42 *de ſent. præf. pretor.* propter dignitatem judic. cui proximus eſt tit. 43. *quomodo & quãdo jud. &c.* qui titulus eſt de forma ſententiæ latæ ſcilicet parte præſente. Ratio eſt, quia ſtatim id initio occurrit judici, ut ſub partium adſpectu & præſentia ferat ſententiam. Sic & in hoc initio judex ſententiam laturus, curare debet, ut ſententiam ſcribat, deinde

Margin: *Tit.* XXXIII. — *Tit.* XXXIV. — *Tit.* XXXV. — *Tit.* XXXVI. — *Tit.* XXXVII. — *Tit.* XXXIIX — *Tit.* XXXIX. — *Tit.* XL. — *Tit.* XLI. — *Tit.* XLII. — *Tit.* XLIII.

deinde ferat ac recitet unde tit.44.*de ſententiis ex periculo recitandis*. Hos ſequuntur & alii ad formam pertinentes tituli ſed ea cõtinentes, quæ non ſtatim initio occurrunt & curanda ſunt, ut eſt tit.45.*de ſent.& interlocut*. qui titulus eſt velut generalis, ideoq; videbatur primo loco collocando. Ratio tamen, cur poſterius ponatur, hæc eſt, tum quia illa, quæ dixi, ſtatim initio occurrunt, & curanda ſunt, & antequam ferat ſententiam, puta ut partes ſint præſentes, & ſententiam ſcribat: tum quia hic titulus non tantum de ſentẽtiis agat, ſed etiã de interlocutionibus, quæ nõ habent vim ſententiæ. Hunc ſequitur tit.46.*de ſent. quæ ſine certa quant. prolata eſt*. Ratio eſt, quia adhuc de ſententia legitima & rectè lata, nunc de non rectè prolata, hoc eſt, non bona ſeu mala forma, verbi gratia, ſi ſententia proferatur ſine certa quãtitate. Ratio enim poſtulat, ut poſterius de inutilibus agatur. Hujus tituli velut pars quædam eſt titul.47.*de ſent. quæ pro eo quod intereſt, &c*. Prior enim eſt de ſententia incertę quantitatis. Id autem quod intereſt, plerumque eſt incertum. Et hoc loco definit Imperator & certum reddit quodammodo id, quod intereſt. Inutilis quoque eſt ſententia à non competente judice lata, & proinde priores rectè ſubſequitur titul. 48. *ſi à non compet. jud. &c*. quod vicium incompetentiæ ut vocant, non eſt abſimile priori vitio incertitudinis. Nam ut illic judicatur incertum, ita hic judicatur aliud ab alio Judice, quod eſt prorſus inutile, ideoque hoc vicium priore eſt poſterius. Ultimum de ſententiis iſtis inutilibus locum tenet tit.49.*de pœna jud. qui male jud. &c*. Ratio eſt facilis, quia agit de pœna. Pœnalia autem ſolent eſſe ultima, ut odioſa. Huic adjungitur titul. 50. *ſententiam reſcindi non poſſe*. Nam tametſi hic titulus, videatur potius pertinere ad vim & effectum (ut ſcilicet ſententia maneat rata & firma) quam ad formam ſententiæ, de qua hactenus egimus. Nos tamen hunc titulum accommodamus ad formam, eo quod hic titulus velut ſecunda quædam ſententia contineatur, quã ſcilicet prior reſcindatur vel ab ipſo judice vel à principe. Ad formam quoque pertinet titul. 51. *de fruct. & lit. expenſ*. Nam ſententia judicis eſt non tantum de re principali, ſed etiam de acceſſoria, ut de fructibus rei, & de expenſis, in litem ipſam factis. Et hæc eſt ratio, cur hic titulus inter eos, qui ſunt de ſententia, ſit ultimus, quia de acceſſionibus agat, ut jam dictum. Cur item hic titulus poſterior ſit titulo, *ſententiam reſcindi, &c*. Ratio eſt, quia de expenſis demum agatur terminato jam negotio, & ſententia rata manente, ſive non reſciſſa. Hunc ſequitur titul. 52. *de re judic*. Ordinis ratio ut intelligatur admonendum hic breviter, hæc duo verba, ſententiam, & rem judicatam veteribus idem valere, qui amant hæc dicendi genera, ut rem militarem, rem ruſticam, rem judicatam. Quare & in ff unus eſt titul. *de re jud*. ſed hic alius eſt *de ſententiis*, & alius *de re judic*. & aliquot tituli ad ſententias, de quibus jam dictum aliquot ad rem judic. Videtur enim in C. ſententia eſſe ipſa argumentatio jud. cauſam definiẽtis. Res judicata videtur eſſe deciſio, ſive de-

Tit. XLIV.
Tit. XLV.
Tit. XLVI.
Tit. XLVII.
Tit. XLVIII.
Tit. XLIX.
Tit. L.
Tit. LI.
Tit. LII.

finitio cauſæ,ſive cauſa ipſa,& lis deciſa ſive terminata:ut ſententia ſit velut
cauſa & res judicata ſit velut effectus. Videntur & Gloſſographi ſuam quo-
que doctrinam inter hæc duo hinc mutuati. Sed ea tamen non eſt recipien-
da,ut in jure planè ignota, qua ſententiam diſtinguunt à re judicata, ut ea
proprie ſit ſententia, à qua ſit appellatum, vel fruſtra, vel utiliter. Itaque
hujus membri quod primum dixi,cap.3 Videntur duas partes eſſe,prior de
ſententiis poſterior de re judicat ad quam pertinet titulus 52. quia eſt ge-
Tit. LIII. neralis,& agit de firmitate rei judicatæ. Ei proximus eſt tit. 53. *de execut. rei
jud.* Nam id ratio judicii poſtulat,ut res judicata, quæ firma manet, mande-
Tit. LIV. tur executioni. Hunc titul. 54. *de uſur. rei jud.* ſequitur. Ratio eſt quia prius
eſt,ut de principali exequenda,poſterius de acceſſoria,hoc eſt de uſuris aga-
tur. Reus enim, ſi non pareat judicato intra ſpatium menſium 4. contra
eum poſtea fit executio, eaque fit non tantum rei principalis, in quam eſt
condemnatus, ſed & uſurarum nomine quas debet graviſſimas, hoc eſt,
Tit. LV. centeſimas,poſt tempus judicati faciendi. Hunc ſequitur titul. 55. *ſi plures
una ſententia,&c.* qui & ipſe pertinet ad executionem, quemadmodum ſcil.
ea ſit facienda contra plures judicatas. Prius enim ſemper de executione in
genere,poſterius de executione duorum aut plurium conſiderandum. Sic
& alias ſæpè,ut ad titulum, *de duobus reu,&c.* dictum ſupra ad Inſtitut. Huic
Tit. LVI. adjungitur titul. 56. *quibus res judicata non nocet.* Nam & hic agit de re judi-
cata ad plures pertinente, ut ad plures fratres aut coheredes, ſed quia res
judicata de qua hic agitur,ex parte nocet hoc eſt utilis eſt, ex parte non no-
cet,hoc eſt,inutilis eſt, hoc eſt, ſi contra unum ex coheredib. ſit judicatum,
& alii non adfuerint,merito hic titulus eſt poſterior, ut de inutili re judica-
Tit. LVII. ta,quem ſequitur tit. 57. *Comminationes, Epiſtolas,&c.* recto ordine. Nam ut
modo dictum de re judicata, partim utili, ita nunc de planè inutilibus ſive
de iis quæ ſimilitudinem habent rei judicatæ, ſed tamen veram auctorita-
Tit. LIIX. tem non habent,ut ſunt Comminationes. Huic adjungitur tit. 58. *ſi ex falſis
inſtrumentis.* Ratio eſt,quia & hic tit. agat de judicio non vero, ſed falſo,&
quia delictum continet, falſi vel perjurii,merito poſteriorem locum tenet,
Tit. LIX. quem ſequitur titul 59. *de confeſſis.* Ut enim priores duo tituli agunt de iis,
quæ differunt à re judicata, ita hic agit de iis, qui ſimiles ſunt judicatis, &
proinde titulus *de confeſſis* diſtinguitur à titulo, *de judicatis*, tàm hic quàm
Tit. LX. in ff. Tandem ponitur tit. 60. *res inter alios,&c.* qui eſt ultimus hujus mem-
bri hac ratione, quia hic titulus non tantum de re judic ſed etiam de aliis,
ut de ſolutione,tranſactione,pactione agat: imo potiſſimum de aliis & nō
verè de re judicata. Cur autem de aliis hic agatur, in cauſa eſt ſimilitudo:
Plerunque enim ſolet quæri,an res judicata inter alios noceat aliis. Sic &
interdum quæri ſolet,an res inter alios tranſacta noceat aliis. Putat Cujac.
hic *in Parat.* verbum vel judicatas, delendum,quia inquit, hic titulus non
agat de judicatis rebus, ſed tantum de aliis. Puto tamen nihil mutandum,
tum

tum quia libri veteres repugnant, tum quia *l. ul. h. tit.* non tantum de aliis, ſed etiam de re judicata videatur agere, in his verbis, paciſcendo vel agendo: id tamen verum de aliis hic potiſſimum agi. quia de re judicata an noceat alibi jam ſupra ſatis fuerat explicatum, tit. 52. *de re jud.* Et hæc de primo membro tertii capitis hujus lib. 7. Alterum hujus capitis membrum eſt de appellationibus. ut jam ſupra dictum, ubi tamen omiſſa à nobis ratio inter hæc membra, eoque perfacilis hæc eſt cur inquam prius ponatur tit. *de ſententiis*, poſterius tit. *de appellationibus*, quia hic eſt ordo judiciorum, ut ſententia prior ſit appellatione & rurſus appellatio prior ſit miſſione in bonorum poſſeſſionem, ad quam pertinet tertium membrum. Hoc autem ſecundum continetur 10 titulis, quos ferè Tribun. ſumpſit ex Cod. Theodoſ. *Lib. 11.* Eorum primus eſt tit. 61. *de relationibus*, alter eſt 62. *de appell. & conſult.* *Tit. LXI.*
Cur autem prior ſit titulus *de relationib.* cum tamen titulus 62. generalis *Tit. LXII.*
ſit ratio eſt, tum propter dignitatem Principis, ad quem. ſive ad cujus comitatum & conſiſtorium ſolent fieri relationes, tum quia relationes ſæpe ante appellationem, imo ante ſententiam fiunt. Relatio autem idem valet. quod conſultatio; Cur ergo dicat aliquis, bis agitur de eodem, puta tit. *de relat.* & tit. *de appellat. & conſultat.* Reſpond. in titul. *de relationib.* tantum ea tractari, quæ pertinent ad officium referentis ſive conſultantis magiſtratus & judicis, & agi de conſultationibus iis, quæ fiunt ante ſententiam potiſſimum, ſed in tit. *de appellat.* agi de iis potiſſimum conſultationibus, quæ fiunt poſt ſententiam judicis. ut & appellationes. & proinde ſub eo titulo continentur: agi quoque de iis qui pertinent ad officium eorum, ad quos fiunt conſultationes, ut ſunt proceres conſiſtorii. Cujac. *in Parat.* etiam adfert diſtinctionem inter titul. *de relat.* & *de appellat.* putatque verb. *conſultationis* non ſemper idem valere, ſed interdum poni pro conſultatione ſeu relatione, hoc eſt, pro eo quod refertur ad Principem: interdum pro eo. quod à Principe reſpondetur, ſive à conſiſtorianis, & ita poſterius accipi in titul. *de appellationibus* ſed non probat, nec puto *conſultationis* verbum, vel pro ſententia ad conſultationem facta usquam reperiri. Et hæc de titulo 61. & 62. Cui proximus eſt tit. 63. *de tempor. & repar. &c.* Cujus ratio, ut intelligatur, memi- *Tit. LXIII.*
niſſe oportet, in appellationibus certa eſſe tempora interponendæ appellationis de quibus jam eſt dictum tit. 62. hic titul. 63. eſt de temporibus exercendæ. Prius autem interponitur poſterius exercetur appellatio. Huic titulo proximus eſt tit. 64. *quando provoc. neceſſ. non eſt.* Nam ut ſupra dictũ in tra- *Tit. LXIV.*
ctatu reſtitutionum in integrum, prius de cauſis propter quas nõ eſt neceſſaria, ita & hic de appellatione prius. quando eſt neceſſaria (de qua hactenus) poſterius, quando non eſt neceſſaria de qua tit. 64. Huic adjungitur titu. 65. *Tit. LXV.*
quorum appellationes non recip. idem quod in tractatu reſtitutionis; Primo de neceſſaria. ſecundo de non neceſſaria tertio de prohibita, ibi quidẽ reſtitutione, hic vero de appellatione ordine ac deinceps agitur. Hũc ſequitur tit.

66. ſi pen-

Tit.LXVI. 66.*ſi pendente appellatione,&c.* Ratio ordinis eſt, quia hactenus de ipſo, qui cœpit appellationem exercere, nunc de ejus herede, cui proximus eſt tit. 67.

Tit.LXVII. *de his, qui propt. met. jud.* Ratio hæc eſt, quia hactenus dictum eſt de iis, qui appellant. nunc de iis, qui non appellant, quod natura eſt poſterius. Quemadmodum autem ſæpe jam dictum eſt, maxime ad titul. *de duob. reis*, Inſtit. prius ſemper agi de uno, poſterius de pluribus: ita hic eadem eſt ratio ordinis ad tit. 68. *ſi unus ex plurib.* quem ſequitur tit. 69. *ſi de moment. poß. &c.* qui

Tit.LXVIII. Tit.LXIX. titulus cur in tit. *de appell.* ſit penultimus, rationem aliam non video, quam vel quod priores omnes tituli ſunt de proprietate, quæ eſt potior: hic vero de poſſeſſione, vel quod ſit prohibitorius, ut & titulus proximus. qui eſt ultimus, prohibitoria ultimum in locum rejici ſolent. Sed in Cod. Theodoſ. ex quo ferè hi tituli ſunt ſumpti, paulo alius eſt ordo. Ultimus eſt titulus, ut

Tit.LXX. modo dictum eſt tit. 70. *ne liceat in una &c.* Ratio ordinis eſt, tum quia hic titulus eſt prohibitorius, tum maxime, quia agit de ſecunda & tertia appellation. quæ poſteriores ſunt, prima de qua hactenus dictum. Secunda & tertia poſtremum ſemper locum tenent. Reſtat tertium & ultimum hujus cap. tertij membrum, ad quod pertinet tit. 71. *qui bon. ced. poß.* & tres ſeqq. usque

Tit.LXXI. ad finem libri ſeptimi. Ratio ordinis ad titul. 71. *qui bon. ced. poß.* Cur, in quã, appellationem ſequatur ſtatim ceſſio bonorum, eſt, quia reo condemnato duo ſunt remedia, unum ordinarium appellatio, alterum extraordinarium & miſerandum, ceſſio bonorum. tandem venitur ad bonorum venditioné, ac miſſionem in poſſeſſionem. Nam reus non tantum in priore judicio, ſed etiam in judicio appellationis victus. ſi velit uti judicio ceſſionis, poteſt, ſi non ducitur in carcerem, & nihilominus bona ejus auctoritate magiſtratus dantur poſſidenda victori, & poſtea vendenda, qui eſt ordo judicialis. Et iſte

Tit.LXXII. Tit.LXXIII. Tit.LXXIV. ordo tenetur in his titulis, puta dict. tit. 71. & tit. 72. *de bon. auct. jud. poß.* ad quem titulum pertinet quoque tit. 73. *de privil. fiſc.* & tit. 74. *de privil. dot.* Ratio eſt, quia in miſſione in bonorum poſſeſſionem, & in venditione bonorum creditoris, qui mittuntur, non omnes eodem ſunt jure, ſed quidam ſunt meliore, hoc eſt privilegium habent. Duo hic tantum commemorantur fiſcus & mulier dotis cauſa, quia hæc duo ſunt maxima & celeberrima. Prius autem de fiſco agitur, quia publica privatis præferuntur. Ultimus libri 7. titulus eſt *de revocat. his quæ infr. &c.* Ratio ordinis, quia & hic titulus ad bona eorum, ſed in fraudem alienata pertinet: & quia fraudem ſive delictum continet, in ultimum locum eſt rejectus. Et hæc de libro ſeptimo.

Lib. VIII. Codicis.

NUnc de libro 8. videamus, cujus tituli ſunt 58. vulgo numerantur 59. ſed non rectè, ut infra dicetur ad tit. 10. & 11 videntur autem hi tituli 58. commodè revocari ad 4. capita, quorum primum eſt de interdictis

dictis, *tit. 1. &c.* Secundum eſt de pignoribus, *titul. 13. &c.* Tertium eſt de acceſſionibus obligationum & actionum, *tit. 35.* Ultimum eſt varium & acceſſorium. *titul. 46.* uſque ad finem libri. Ratio ordinis, & ſane difficilis explicabitur inf. ad edicta perpetua. Quod ad primum c. attinet de interdictis id cõtinetur tit. 12. quorum primus eſt tit. 1. *de interdictis,* quia eſt generalis, cui adjungũtur ſtatim tituli ſpeciales. Sũt enim interdictorum tres ſpecies, reſtitutoria, prohibitoria, & exhibitoria. Et primo quidem loco ponuntur reſtitutoria. Ratio exponetur ad ff ut eſt interdictum quorum bonorum, titul. 2. *quorum bonorum,* quod primo loco ponitur, quia ſt univerſale. Ejuſdem generis eſt interdictum quorum legatorum, titul. 3. *quo legatorum.* Ratio ordinis, quia legata cum bonorum poſſeſſionibus & hereditatibus cognationem habent. Huic additur titul. 4. *unde vi.* Ratio eſt, quia inter ſingularia interdicta, hoc eſt graviſſimum, propter vim. Ejus tituli pars eſt titul 5. *ſi per vim vel alio modo, &c.* Nam & hic titulus eſt de vi ſed eſt tantum de vi facta abſenti, in qua vi, quia multa ſunt ſingularia, merito proprius de ea eſt titulus. Eſt autem hoc interdictum de vi etiam reſtitutorium: ſed interdictum uti poſſidetis, eſt prohibitorium, de quo eſt titul. 6. *uti poſſidetis.* Nam titulis 2. 3. 4. & 5. expoſitis reſtitutoriis, tranſit Imperator ad prohibitoria, tandem ad exhibitoria, ut eſt interdictum *de tab. exhib.* tit. 7. & interdictum. *de liber. exhib.* titul. 8. Ratio autem cur illud priore loco ponatur, eſt, quia ad teſtamentum ſive univerſitatem pertinet. Univerſalia autem ſingularibus ſunt priora. Proximus eſt titul. 9. *de precario, & de Salviano interdicto,* quod tamen utrumque interdictum eſt reſtitutorium. Ratio ordinis exponetur infra ad Pand. Nam & ibi in poſteriorem locum rejiciuntur hæc duo, & Salvianum maxime, quod eſt plane ultimus titulus 33. *ff. de interdict. libr. 43.* Quod interdictum Salvianum in ff. ſtatim poſtponitur interdicto. *de migrando.* Utrumque enim & de migrando & Salvianum, pertinet ad ædificia & villas quæ inhabitantur ab inquilinis & colonis.

Tit. I. *Tit. II.* *Tit. III.* *Tit. IV.* *Tit. V.* *Tit. VI.* *Tit. VII.* *Tit. VIII.* *Tit. IX.*

Atque hujus interdicti Salviani occaſione hic poſiti in Cod adjungitur ei titul. 10. *de ædific. privat.* Cujacius *in Parat.* aliam rationem adfert, cur hic titulus *de ædific. privat.* hic inter titulos interdictorum ponatur: quia inquit, & de ædificijs ſunt interdicta quædam, ut quod vi aut clam, &c. & eadem, inquit, ratione titulum 10. *de ædific. privat.* ſequitur titul. 11. *de operibus publicis,* quia & de his ſunt quædam interdicta, ſed etſi verum eſt, de illis eſſe interdicta quædam, tamen ſub his titulis non agitur de interdictis, neque ulla interdicti fit mentio, ſub titul. 10. & 11. Quare potius interdicti Salviani & de migrando occaſione (licet hoc loco id ſit omiſſum) poſitus videtur hic titul. 10. *de ædif. priv.* *Tit. X.*

Eaque occaſione ædificiorum adjungitur tit 11. *de operibus publ.* ut omnia ſcilicet ædificia, eodem loco ponantur. Cur autem titulus *de ædific. privat.* prior ſit titulo *de operibus public.* cum tamen publica privatis ſint potiora Tit. XI.

ratio eſt quia priores tituli (ut omnes ferè hujus libri) ſunt de jure & rebus privatis: ut & illa interdicta de migrando, & de Salviano ad privata ædificia & villas pertinent. Recte igitur ei *titulo 9. de precar. & ſalv.* ſtatim adjungitur *titulus 10. de ædif. priv.* & ædificiorum ratione huic *titul. 11. de oper. pub. publ.*

Tit. XII. Cujus pars eſt *tit. 12. de rat. ocinius oper. publ. &c.* Ratio quia operibus jam factis demum excutiuntur rationes operum. Et hæc de primo capite, ſcilicet de interdictis.

Alterum membrum hujus lib. 8 eſt de pignoribus ac titulis 22. continetur eſtque quadrimembre. I enim agitur de pignore contrahendo & conſtituendo. II. de eo finiendo. III. de eo vendendo. IV de jure novo. Ratio ordinis inter hæc membra exponetur infra, partim ad ff. ubi ferè idem eſt ordo.

Tit. XIII. Ad primum membrum de pignore contrahendo pertinet 12. tituli quorum 1. eſt titulus 13. *de pignor. & hypoth.* Eſt enim generalis, quem ſequitur

Tit. XIV. Tit. XV. *titulus 14. in quibus cauſis pign. &c.* eumque ſequitur *tit. 15. ſi alienare rei pignori, &c.* & hunc *tit. 16. quæ res pign. obligari, &c.* hunc denique *tit. 17. qui potiores in pignore, &c.*

Tit. XVI. Tit. XVII. Ratio ordinis exponetur infra ad ff. Huic adjungitur *titulus 18. de his, qui in prior. cred. &c.* qui pertinet ad titulum priorem, *quam patiar. &c.* Nam & hic de pluribus quæ litem, quis ſit potior. ſed titulus prior eſt de creditoribus principalibus, hic eſt de ſuccedentibus in eorum locum, & proinde eſt poſterior. Huic ſubjicitur *titul. 19. ſi antiquior creditor pignus, &c.* quia pignus vendi non poteſt ante contractum. Eum ſequitur titulus 20. *ſi communis res pignori, &c.* ratione ſimilitudinis ni fallor, quia ſcilicet. ut priores tituli ſunt de communi pignore, ſive de pluribus oppignorata: ita & hic titulus eſt de communi re oppignorata vel uni vel pluribus.

Tit. XVIII.

Tit. XIX.

Tit. XX.

Illud hic admonendum. pignus in jure triplex eſſe, teſtamentarium. conventionale & prætoriū. De teſtamētario & de conventionali ſimul ſub hiſce titulis agi ſolet: ſed tamen in prioribus titulis tantum de conventionali agitur quia teſtamentarium eſt rariſſimum Expoſito eo conventionali proximum eſt, ut de prætorio agatur, de quo eſt titulus 21. *de prætorio pignore.* Cur prius de conventionali? Ratio eſt, quia id eſt ordinarium, & quotidianum prætorium eſt rarius, & extraordinarium: Cujus ſpecies videtur judiciale pignus, quod tamen à prætorio propriè dicto in multis rebus differt.

Tit. XXI.

Tit. XXII. Tit. XXIII. Differentias exponit Cujacius *in Parat.* & de hoc judiciali pignore eſt *titulus 22. ſi in cauſa judicati, &c.* Hunc ſequitur *titulus 23. ſi pig. pig. dat. ſit.* Ratio eſt perſpicua: Prius enim de primo genere, poſterius de ſecundo, quod pignus pignoris dicitur agendum. Ei adjungitur *titulus 24. de partu pignoris & omni cauſa.* Eſt enim hic titulus de acceſſione pignoris, & proinde ultimum locum in hoc primo membro de contractu & actione pignoris tenet.

Tit. XXIV.

Tit. XXV. Tit. XXVI. Nunc de ſecundo membro, quod eſt de finiendo pignore, quo pertinent duo tituli, quorum prior eſt *titulus 25. de remiſſione pignoris*, alter eſt titul. 26. *Etiam ob Chirographariam, &c.* Ratio ordinis, quia ille modum finiendi pignoris

pignoris per pactum continet celeberrimum: hic alium minus celebrem &
infrequentem per novationem. Sunt & alii modi finiendi pignus, de qui-
bus eſt titulus ff. *quib. mod. pign. v. hypoth. ſolv.* Tertium membrum eſt de pi-
gnore vendendo ſive diſtrahendo ad quod accommodari poſſunt 6. tituli
Cujacius *in parat.* diſtractionem ponit inter modos finiendi pignoris, for-
taſſe non malè, quia & venditio finit, ſive tollit pignus, & tum hi tituli ad
diſtractionem pignoris pertinentes, ad membrum ſecundum accommoda-
rentur: quia tamen in ff. perſpicuè diſtinguitur diſtractio pignoris à modis
finiendi, & quia hic articulus de pignore diſtrahendo eſt valde celebris in
tractatu pignoris, rectius fortaſſe facere videbitur, qui hoc membrum de di-
ſtractione diſtinguat à priore de finiendo pignore: Contrario atque in ff or-
dine. ratio hæc eſt, quia in hoc tractatu ſive capite de pignoribus ultimum
membrum de impetrando dominio pignoris, quæ impetratio pignoris ven-
ditioni commodè adjungitur: Nam ſi creditor pignus non poſſit vendere
aliis (ſibi non poteſt) ſolet tandem à Principe dominium pignoris ipſe ſibi
impetrare. Atque ita à venditione fit commoda tranſitio ad impetrationem
dominii, hoc eſt, à tertio membro ad quartum. Alia eſt ratio in ff ubi quar-
tum illud membrum nō habetur. quia eſt ex novo jure Juriſcōnſultis igno-
tum, dico, quoad formam novam ab Imperatore Juſtiniano introductam,
l. 31. de jure dominii impetr. Horum igitur ſex titulorum ad venditionem pi- Tit. XXVII.
gnoris pertinentium primum locum obtinet, *titulus 27. de diſtr. pign.* quia Tit XXIIX.
eſt generalis, huic adjungitur *titulus 28. Deb torem vend. pignoris imped. non* Tit.XXIX.
poſſe; quia eſt velut pars tituli prioris. Hunc ſequitur *titulus 29. ſi vendito pi-*
gnor. ag. Ratio eſt quia modo dictum eſt de pignore vendendo: eo autem
vendito interdum actio datur debitori propter rei ſuæ hoc eſt, pignoris vē- Tit. XXX.
ditionem non rectè factam. Huic adjungitur *titulus 30. de luit. pign.* occaſio-
ne actionis, de qua modo dictum eſt. Nam ut ibi propter venditonem pigno-
ris debitor interdum habet actionem: ita & propter luitionem pignoris de-
bitor actionem habet ad pignus recuperandum. Rectè autē huic titulo 30. Tit.XXXI.
adjungitur ſtatim *titulus 31. ſi unus ex pluribus hered.* Nam & hic titulus eſt de
actione propter luitionem, ſed eſt de heredibus, hoc eſt, de actione, quæ da- Tit. XXXII.
tur heredibus vel debitoris, vel creditoris: debitoris quidem pignoratitia:
creditoris autem hypothecaria. Sic & *titulus 32. ſi pignoris conventionem, &c.*
ad actionem pertinet: ſed priores tituli ſunt de vero pignore. ex quo &
utrinque vera datur actio: ſed hic titulus eſt de pignore irrito, & per men-
dacium accepto, & proinde merito eſt poſterior. Et hæc de tertio mem-
bro, hoc eſt, diſtractione pignoris. Reſtat quartum membrum, quod
quia eſt de jure novo in pignoribus, merito eſt ultimum, quo pertinet Tit.XXXIII.
titulus trigeſimus tertius *de jure dominii impetr.* Ratio ordinis quia impetra-
tio dominii proxima eſt venditioni pignoris. de qua modo fuit dictum Eodē Tit.XXXIV.

Tit. XXXIV. ſtatu pignorum ſit ultimus, eſt quia eſt prohibitorius, & delictum continet ſive captionem & fraudem l. Commiſſoriæ, quam legem ſive pactum Commiſſoriũ ſuſtulit Cõſtantinus omnimodo: ſed hodie tantum in pignoribus ſublata eſt, in venditionibus non item. Et hæc de ſecundo capite hujus libri 8. hoc eſt de pignoribus. Tertio capite diximus, contineri acceſſiones quaſdam actionum & obligationum ex jure prætorio. Nam & pignoratitia ſive hypothecaria actio eſt juris prætorij, *& item Serviana. de actionibus.* Hujus generis ſunt exceptiones, fidejuſſiones, ſtipulationes prætoriæ. Dices, pignora quoq; eſſe acceſſiones quod verũ eſt eaq; de cauſa in Edicto perpetuo tractatio de pignoribus, exceptionibus & ſtipulationibus prætorijs fuerunt conjunctæ, ut dicetur infr. ad ff. ſed nos hunc tractatum de pignoribus diſtinximus à reliquis acceſſionibus ſecuti Tribun. in ff. etiam cõmoditatis gratia, quia hic tractatus de pignoribus alioqui per ſe eſt prolixus & proinde proprio loco dignus. Ad hoc autem caput 3. pertinent 11 titnli, quorum primus eſt tit 35. *de except. & præſcript.* Ratio ordinis, cur pignoribus

Tit. XXXV. proximè ponantur exceptiones, eſt, quia hic ordo erat Edicti, quem ſequitur Tribun. & quidem in C. magis, quam in ff. Cur autẽ inter acceſſiones & hæc prætoria hic fuerit ordo Edicti, dicetur infra ad Edicta perpetua. De exceptionibus igitur erit primus hic titul 35 quia eſt generalis: Nam titul: 36. *de litigioſis* eſt ſpecialis, ſive continet ſpeciem exceptionis, quæ dicitur

Tit. XXXVI. exceptio litigioſi. Huic adjungitur titul. 37. *de cõtrahend. & committ. ſtipulat.*

Tit. XXXVII. Ratio ordinis pendet ex edicto: in quo primum pignora, deinde ſtipulationes prætoriæ planè erant in ultimum locum rejectæ. Sic & hic primò de pignoribus latè, deinde habetur de except. & nunc tandem de ſtipulationibus prætorijs Sed hac occaſione non tantum de prætorijs, ſed etiam de civilibus ſtipulationibus agitur, ut & in ff Quare etiam titul. 37. *de contrahend. & committ. ſtipul.* qui eſt generalis, primo ponitur. Hunc ſequitur titulus 38. *de*

Tit. XXXIIX *inutil. ſtipul.* Ratio eſt nota ex Inſtit Prius enim utilia poſterius inutilia, aut irrita aut prohibita collocantur Huic proximus eſt titul 39. *de duobus reis*

Tit. XXXIX. *ſtip.* & huic tit 40. *de fidejuſſorib.* Ratio ordinis expoſita eſt ad Inſtit. quia ſci-

Tit. LX. licet fidejuſſor (qui etiam acceſſio eſt, ut pignus) fieri ſolet ſtipulatione: ſic & novatio, quæ eſt modus tollendæ obligationis, fit ſtipulatione. & proinde huic quoque ſubjungitur titul. 41. *de novat.* Ei autem adjungitur titul. 42. *de*

Tit. XLI. *ſolut.* quia ut novatio, ita & ſolutio eſt modus tollendæ obligationis. Hunc

Tit. XLII. *Tit.* XLIII. ſequitur tit. 43. *de acceptilationib.* Cur autem inter hos tres modos tollendæ obligationis novatio hic primo ponatur, & in Inſtitut. ultimo. Ratio hæc eſt, quia hic agitur de ſtipulatione. Et hac de cauſa dixi poſitum eſſe titulum *de novation.* quia & ipſa fiat per ſtipulationem. Reliqui duo modi, ſolutio & acceptilatio, tantum hic ſunt poſiti propter novationem, hoc eſt, ut quia unus modus tollendæ obligationis hic ponitur, ponantur & alij. Et hæc de ſtipulationibus in genere, quæ tamen tantum propter ſtipulationes prætorias

torias huc ſunt poſitæ. Nam ut ſupra dictum, tantum prætoria hic ponuntur, ut pignora, ut exceptiones, ut ſtipulationes prætoriæ. Sed hic in C. tantum una ponitur exceptio prætoria, in ff. multæ hæc una dicitur exceptio evictionis, de qua eſt tit 44 *de evict.* Cujus pars eſt tit. 45. *creditorem evictionem, &c.* qui tit. eſt ſpecialis de evictione pignoris. Et hæc de tertio c. lib. 8. Tit. XLIV. Tit. XLV.

Reſtat ultimum caput, quod eſt varium, in quo tamen hæc potiſſimum continentur: de patria poteſtate, de adoptione, de donationibus. Ratio ordinis perobſcura & ad explicandum difficilis. Diximus jam ſæpè Tribun. diligentius in C. quam in ff. tenuiſſe ordinem Edicti perpetui aut certè Interpretũ edicti. Nunc certum eſt aut in edicto ipſo aut certè in libris Juriſconſultorum hunc fuiſſe ordinem; ut poſt tractatum de prætoriis ſtipulationibus, de quo modo eſt dictum alia quædam fuerint poſita, ut de adoptionibus, de legitimis heredibus, & donationib., quod in ff infra latius explicabitur. Quare & hic in C. poſt tractatum de ſtipulationibus ſtatim ponuntur hi varii tractatus. Et primum quidem *de patria poteſt. tit. 46.* hac, ni fallor, ratione, quia jus perſonæ quoad dignitatem prius eſt jure rerum. Cui adjungitur *tit. 47. de adopt.* & ei *tit. 48. de emancip.* qui ordo eſt, & in lib. Inſt. ubi ratio jam eſt expoſita. Hunc ſequitur *tit. 49. de ingratis liber.* Eſt & hic titulus velut pars tituli prioris *de emancip. lib.* quæ emancipationes interdum reſcinduntur, puta, ſi liberi ſint ingrati. Hunc ſequitur *tit. 50. de poſtlim.* Ratio ordinis ex Cod. Theod. & libris prudentũ, quos hic imitatur Tribun peti poteſt. Nam, ut dixi, in illis libris prudentum poſtremum locum tenet tractatus de legitimis heredibus, & in eo tractatu ultimum locum *tit. de bon. & hered. mil.* ut ſup. dictum lib. 6. titulo ultimo id perſpicuum eſt ex Cod. Theod *lib. 5.* Et hac occaſione, hereditatis ſcil & bonorum militarium adjungebatur *tit. de poſtl. m. reverſ.* Nam poſtliminium ad milites maximè pertinet: ac de bonis ac hereditate militum ab hoſte captorum tractatio, rectè priori de bonis militum conjungitur. Dices, cur ergo hic *tit. de poſt. reverſ.* non ponitur ſup. *li. 6.* ubi eſt tit ult. *de hered. mil.* quemadmodum in Cod. Theod. eſt poſitus, ſed ponitur hic in fine lib. 8. Ratio eſt, quia Tribun. ſucceſſionem ſive hereditatem legitimam in Cod. poſuit alio in loco, quam erat in libris prudentum & in C. Theod. puta poſuit eum ſup lib. 6. ut ſcilicet duæ ſpecies hereditatis ex teſtamento & ab inteſtato eodem in loco & libro conjungerentur. hunc autẽ *tit. de poſtlim.* reliquit in loco antiquo: quia propriè non eſt hereditas liberorum, de quibus potiſſimum hic agitur. Pater n filii militis capti ab hoſte, & redeuntis, aut non redeuntis poſt mortem filii occupat non ut hereditatem, ſed ut peculium, *l. bona, de captiv. & poſt l.* & dictum eſt ad §. 1. *Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* Rectè autem hic titulus de poſtliminio conjungitur ſuperioribus, qui ſunt de patre & de liberis, quia & hic titul. maximè agit de liberis ab hoſte captis, & poſtliminio revertentibus: quamvis tamen & de aliis quoq; agat. Hunc titulum ſequitur *tit. 51. de infant. expoſ.* & iſtum *tit. 52.*

Tit. XLVI. Tit. XLVII. Tit. XLVIII. Tit. XLIX. Tit. L. Tit. LI. Tit. LII.

quæ ſit longa conſuet. Et hic quoq; Tribun. Cod Theod. imitatur ut videre eſt *li.5.tit.7.8.& ult.* Ratio ordinis autem ad d. *tit.51. de infant. expoſ.* eſt ſimilitudo inter hunc & priorem de poſtliminio. Nam ut illic militi capto ab hoſte, & poſtea reverſo vel redempto, nõ nocet ad libertatem ſive ingenuitatem captum ſemel fuiſſe, & pro ſervo habitum: ita & hic nõ nocet infanti expoſito, ſi ſit liber, non nocet, inquam, ad libertatem ejus habitũ, & educatum ipſum fuiſſe pro ſervo. Ratio autem ordinis ad *titulum. 52. quæ ſit longa conſuetudo* eſt obſcurior Cujac. *in Parat.* hanc adfert, quia longæ, inquit, conſuetudinis mentio paulo ante facta fuit puta *l.2. tit.48.* & proinde adjungitur jam *titulus 52. quæ ſit longa, &c.* quæ ratio ordinis fortaſſe non eſt contemnenda. Videtur tamen vera ratio altius repetenda, ex libris prudentum, quos Tribun. eſt imitatus Prudentes autem in ultimis ſuis libris ff qui erant accõmodati ad edictũ, ut Julianus, ut Celſus, ut Marcellus videntur in iis libris tractaſſe etiã de longa conſuetudine, ut videre eſt *in l. quib. ff. de legib.* Cur autẽ de cõſuetudine agerent ultimo ferè loco, ratio vix reperiri poteſt propter amiſſos libros, niſi forte dicamus, prius illos egiſſe de jure ſcripto, poſterius de jure
Tit LIII. non ſcripto, hoc eſt, de conſuetudine. Huic proximus eſt *titulus 53. de donatio.* quia eſt generalis, cui adjungitur *tit.54. de donationib. quæ ſub modo, &c.*
Tit. LIV. Ratio enim poſtulat ut prius de donationibus puris, poſtea de cõditionalibus agatur, ut & ſup factum *de Inſt. hered. & legat. lib.6.* Huic proximus eſt *tit.*
Tit. LV. *55. de revoc. donat.* Ratio eſt perſpicua Donatio enim prius fit, poſterius revocatur jam ante facta. Cujus autem donationum duæ præcipuæ ſunt ſpecies, inter vivos & mortis cauſa: Prius agitur de inter vivos, quia eſt perfectior &
Tit. LVI. ad eam pertinent tituli jam expoſiti · quos rectè jam ſequitur *titul. 56. de don. mort. cauſa* quæ eſt altera ſpecies, ſed poſterior. Dices, cur in Inſtit. eſt prior? Ratio hæc eſt, cur inter vivos ibi eſt poſterior, quia de ea ibi multa & nova pleraque explicantur. Nova autem poſteriora eſſe ſolent: Proximus huic eſt
Tit. LVII. *tit.57. de infirm. pœn. cælib. &c.* & tit. ultimus 58 *de jure liberor.* uterq; ſumptus
Tit. LIIX. eſt ex Cod. Theod *li.8* poſt *tit. de dona.* ut & hic ratio ordinis obſcurior, tamẽ cognoſci poteſt ex ordine veteri in libris Juriſconſultorum, in quibus libris poſt tractatum de donationibus & de legitimis heredibus videtur quoq; fuiſſe tractatus de jure fiſci. ut videre licet apud Paul. *lib.5. ſent. tit. 11. & 12.* Jam vero ad jus fiſci pertinebât olim Lex Papia, quæ pœnam irrogabat cœlibi & orbo. Sed hæc Lex, quia hic tollitur, merito in poſteriorem locũ rejecta eſt, Poteſt & alia ratione hic *titulus de infirm. pœn. cœlib.* accommodari prioribus, qui agunt de donationibus, qui tractatus de donationibus maximè propter donationes cauſa mortis olim à Juriſcõſultis poſitus in ultimis libris ff. quia hæc donatio cauſa mortis, eſt ſimilis legato: de quo, ut & legitimis heredibus in illis ultimis ff libris agebatur. Jam igitur Lex Papia, quæ, ut dixi pœnam irrogabat cœlibi & orbo prohibẽs ſcilicet eos capere legata, ut alia teſtamento relicta, etiam locũ habebat in donationibus cauſa mortis, ut rectè

hic ad-

hic admonuit *in P. ra.* Cujacius ex *l.35. Senatus, de mort. cauſ. donat.* Tandem huic titulo adjungitur titulus ultimus *de jure liberor.* Ratio ordinis eſt, quia *Tit. LIX.*
legis Papiæ pœna ceſſabat in quibuſdam caſibus. inter quos eſt jus liberorū, teſte Ulpiano *in lib. reg. tit. 16* Et hæc de libro octavo.

Liber IX. Codicis.

IAm vero liber nonus, qui eſt de criminibus & delictis titulos habet 47. quos licet complecti quatuor capitibus. I Eſt de criminibus ſive publicis judiciis initio inſtituendis. II. Ipſæ judiciorum publicorum ſpecies continentur. III. Judiciorum privatorum, ſed ex delictis, tàm ordinariis, quàm extraordinariis IV Ea continentur, quæ pertinent ad hæc judicia jam cœpta & inſtituta perſequenda & exercenda Ratio ordinis inter hæc capita, tam eſt perſpicua, ut non ſit opus verbis. Et plane eſt idē hic ordo in publicis judiciis, qui explicātur uno hoc libro ordo inquā tractationis qui ferè eſt in judiciis privatis. de quibus dictum eſt *lib. 2. & ſ. ſeqq.* Quod ad primū caput attinet de inſtituendis ſive incipiendis his judiciis criminalibus, id continetur ſex titulis: quorū primum locum obtinet *tit. 1. de his, qui accuſare* *Tit. I.*
non poſſ. Ratio ordinis eſt quia cum accuſatio & inſcriptio ſint neceſſariæ ad hæc judicia primum inſtituenda: accuſatio autem fieri non poſſit niſi à legitimo accuſatore primo loco agitur de eo qui accuſator legitimus eſſe poſſit, qui non? id eſt, prius de perſona accuſantis: deinde de ipſa accuſatione, ſive ejus ordine & forma, *tit. 2. de accuſ. & inſcript.* ut & ſupra *l. 6* prius de perſona teſtatoris, *tit. 22.* deinde de forma teſtamenti, *tit. 23.* Hinc ponitur *tit. 3.* *Tit. II.* *Tit. III.*
de exhib. & transmit. rei: hac ratione: tum quia accuſationem ſequitur exhibitio rei & remiſſio, tum quia prius de accuſatore, *tit 1. & 2.* Poſterius de reo, *tit. 3. 4* agendum Hunc tertium ſequitur *tit. 4. de cuſtod. reorum.* Nam reus *Tit. IV.*
jam exhibitus, ſtatim detineri ſolet in cuſtodia ſive carcere: Cujus occaſione oritur & *titul. de priv. carc. inhib.* qui titulus eſt poſterior quia titul quartus eſt de carcere publico, & de carcere licito, ſed tit. 5. eſt de carcere privato & prohibito, ideoq; merito eſt poſterior. Dictum eſt ſeparatim de accuſatore & de reo: nunc communiter de utroq; eſt *tit. 6. ſi reus vel accuſ. &c.* Ratio *Tit. V.* *Tit. VI.*
ordinis eſt nota, tum quia hic titulus eſt communis, tum quia de morte agit, & proinde ultimus in hoc primo capite. Secūdum caput de ipſis criminibus publicis continetur 25. titulis, quorum primus eſt *tit. 7. ſi quis Imp. maledix.* *Tit. VII.*
Ratio ordinis inter ea crimina per totum hoc ſecundum caput petenda eſt ex criminis magnitudine ut & ſupra dictum ad Inſtitut. *titul. ult.* Quare crimen perduellionis & majeſtatis, cum ſit maximū & graviſſimum, de eo primum agitur puta *tit. 7. & 8. ad Leg. Jul. majeſt.* Inter hos autem titulos ordi- *Tit. VIII.*
nis ratio eſt, quia titulus 7. agit tantum de ipſo Imperio, tit. 8. de iis potiſſimum, quæ fiunt contra Imperium: tum quia tit. 7. eſt de dictis ſive cōviciis,

titulo 8. de factis. Imperator potior eſt Imperio, & plerunq; dicta factis ſunt
Tit. IX. potiora, & priora. Et hic quoq; eſt ordo in Cod. Theod. *lib. 9. tit. 4. & 5.* Cri-
men majeſtatis ſequitur crimen adulterii, de quo eſt *tit. 9. ad leg. Jul. de adul.*
Ratio exponetur ad ff. Ejus pars eſt *tit. 10. ſi quis eam, cujus tutor, &c.* Sed quia
Tit. X. crimen hoc tutoris in pupillam quædam habet ſingularia, merito proprium
Tit. XI. habet titulum, quem ſequitur *tit. 11. de mulierib. quæ ſe propr. ſerv. junx.* Nam
& hic titulus ad idem crimen adulterii aut ſtupri pertinet: ſed quia eſt cum
Tit. XII. ſervo, poſteriorem locum tenet. Tertium crimen eſt vis, de quo eſt *tit. 12. ad*
Tit. XIII. *leg. Jul. de vi publ.* Ratio infra ad ff. Ejus quoque velut pars eſt *tit. 13. de rapt.*
virg. Sed ille eſt generalis, hic eſt ſpecialis, & proinde poſterior. Raptus eſt
ſpecies vis, vim ſequitur homicidium. Ratio infra ad ff. Ad quod crimẽ ho-
Tit. XIV. micidii pertinent tres tituli puta *tit. 14. de emend. ſerv.* & *tit. 15. de emend. pro-*
Tit. XV. Tit. XVI. *ping.* & *tit 16. ad leg. Cornel. de ſicar.* Duo priores ſumpti ſunt ex *lib. 9. tit. 8. &*
tit. 9. C. Theod. Cur autem ſint priores, ratio eſſe videtur, tum quia emenda-
tio tam ſervorum, quam liberorum non ſemper eſt prohibita, tum quia hęc
jura de emendatione ab Imper. ſunt conſtituta. Quæ cauſa quoq; eſt, cur ti-
tulus, *de emendatione propinquorum* ſit poſterior titulo, *de emendat. ſerv.* ra-
tio ſeu cauſa eſt in tempore. Nam auctor legis ſub titulo, *de emend. ſerv.* anti-
quior eſt, ſive prior, puta Conſtantinus: auctores legum ſub titulo, *de emen-*
dat. propinq. ſunt recentiores puta Valentinus & Valens. Et hæc de homici-
dio, quod eſt quartum crimen, cui adjungitur parricidium, quod eſt velut
Tit. XVII. ſpecies homicidii, de quo eſt *titul. 17. de his, qui parentes vel liberos.* Quem ſe-
Tit. XVIII. quitur *tit. 18. de malef. & Mathem.* quod eſt aliud crimen. puta Magiæ, quoni-
am etiam hic homicidii quædam ſpecies, puta per venenum continetur: Et
Tit. XIX. hinc ratio eſt ſumenda. Cui adjungitur *tit. 19. de ſepulch. viol* quod eſt crimen
ſepulchri violati. Ratio ordinis eſt, tum quia maleficio & Magiæ ſæpe con-
junctum eſt Solent enim ſæpenumero Magi & incantatores infeſtare mor-
tuos & ſepulchra, ut videre eſt apud Lucanum *de Appio*, & apud Horat. *in*
Epod. de Canidia. Et idem ait Apuleius *lib. 2. Metam.* tum quia hoc crimen
ſepulchri violati magnitudine & gravitate proximum eſt priori magiæ:
quamvis in ff. hoc crimen ſepulchri violati inter extraordinaria delicta
collocetur, ut infra dicetur. Hunc *de ſepulchro viol.* ſequitur *titulus vigeſimus*
Tit. XX. *ad l. Fabiam de plagiariis*, tum quia crimen plagii magnitudine non eſt im-
par priori tum quia utrumq; & ſepulchri violati, & plagium, eſt velut quæ-
Tit. XXI. dam ſpecies furti. Huic proximus eſt *tit. 21. ad l. Viſelliam.* Nam ut prior ti-
Tit. XXII. tulus eſt de ſtatu perſonæ. ita & iſte. Plagium enim eſt crimen, quo liber ho-
mo venditur, abducitur. Crimen hoc l. Viſelliæ, quod eſt *ἀνώνυμον* eſt cri-
men, quo non ingenuus, hoc eſt, libertinus ſe gerit pro ingenuo, & ita ſta-
tum ſuum ementitur. Atque ita hoc crimen l. Viſelliæ, eſt ſpecies quædam
falſi, itaque ab hoc *titulo 21. ad l. Viſell.* commodè fit tranſititio ad *tit. 22. ad l.*

Cornel.

Corn. de falſ. ꝙ eſt 10. crimẽ, puta falſi, cui adjũgitur *tit. 23. de his qui ſibi adſcribũt, &c.* Ordo ut intelligatur meminiſſe oportet, leg. Cor de falſis fuiſſe bimẽbrẽ, teſtamẽtariã & monetariã. Ad pri⁹ mẽbrũ de teſtamẽtis pertinet tit. 23. quo tit. agitur de eo, qui ſibi quid adſcribit in teſtamẽto, etiam volẽte teſtatore: & hic eo ſcripto cõmittit quaſi falsũ ſed ſi ſcriberet invito teſtatore cõmitteret verè falsũ & punitur leg. Corn. quaſi falsũ punitur SC. Tribun. De hoc SCto eſt h. tit. 23. de verè faſo eſt tit. *24. de falſa mon.* optima rõe, ut expoſito jã l. Corn. membro priore de teſtã. proximè agatur de altero mẽbro, de nũmis ſive moneta. Quæro, cur pti⁹ agatur de teſtam. qua de nũmis? quia pars teſtamẽtaria eſt de univerſitate, pars nũmaria eſt de re ſingulari, hoc eſt nũmo. Ad hoc crimẽ falſi nõ tantũ hi tres tit jã expoſiti 22. & 23. & 24. pertinet, ſed etiã *tit. 25. de mutat. nom.* Unde & ratio ordinis facilè intelligitur. Nã l. Corn. ut eſt. de duob⁹ falſi generibus agebat, teſtamen & nũmis ſed sũt & alia multa falſi genera, quæ poſtea SCtis fuerũt cõmprehẽſa & addita l. Corn. inter quę genera eſt mutatio nominis, de qua h. tit. Hũc ſeq. *tit. 26. ad l. Jul. de amb.* & eũ *tit. 27. ad l. Jul. repet.* Nã hęc duo crimina priorib sũt leviora, & miti⁹ puniũtur. Cur autẽ ambitus prior ſit repet. hæc eſt ratio: quia amb. committitur ante magiſtratum & adminiſtrationem: repetũd. in ipſo magiſtratu & adminiſtratione. In ff. tamẽ ordo eſt paulò ali⁹, nec ſine ratione, quæ ad ff. exponetur. Huic adjũgitur *tit. 28. de crim. pecul.* Ratio ord eſt, q a ut crimẽ repetund. de quo jã eſt quædã ſpecies furti publici, ita & peculat⁹, ſed in eo differũt, ꝙ repetũd fit tãtũ à magiſt, peculat⁹ fit à quolibet: & repetũd. fit tãtũ in provinciis, peculatus fit ẽt Romæ Huic adjũg. *tit. 29 de crim. ſacril.* Nã & hoc crimẽ eſt ſpecies furti, ſed ſacri. Et q a verbo *publ.* sũpto generaliter cõtinẽtur nõ tãtum publ. ſed ẽt ſacra. *l. 1. §. huj⁹. de juſt. & jur.* Inde factũ eſt, ut nõine peculat., ẽt ſacril cõtineatur. & ſub eod tit. in ff utrũq; explicetur. Quia igitur ſacrileg. eſt q̃dã ſpecies peculat. *l. 4. ad l. Jul. pec.* inde eſt ꝙ prius de peculatu tãq̃ de genere, poſteri⁹ de ſacr., ut de ſpecie agatur. Cui proximè adjũg *tit. 30. de ſedit* q tit. eſt sũptus ex C. The. *li. 9. tit. 24.* in quo cõtinetur crimẽ is ſed extraordinariũ & proinde ultimo inter crimina loco h poſitũ. puta crimen ſeditionis & tumult⁹ ꝙ Cuj. ait nõ eſſe abſimile ſacrilegio, de quo modo, ſed hoc crimẽ ẽt punitur l. Jul. Majeſt. & l Julia de vi, & tũ eſt ordinariũ. Hũc ſeq. *tit. 31. quãdo civilis actio cr m &c.* Ratio ord elegãs, nẽpe ꝙ expoſitis jã criminũ ſ. criminalium actionum generibus antequam tranſeat ad maleficia, hoc eſt ad privatas ex maleficiis actiones, interjecit hũc tit. tãq̃ mediũ: q tã de crimin. q̃ de privata ſ. civili actione agit Et hęc de 2 c. li. 9. Tertiũ de privatis crim. ſ. delictis ꝙ continetur 8. tit. Primus eſt *tit. 32. de crim. expil. hered.* Ratio eſt q a inter delicta 1. locũ obtinet furtũ: cuj⁹ ſpecies eſt expilatio hered Ratio autẽ cur furtũ inter delicta 1. loco ponatur, dictũ eſt ad Inſt Sed hic in C. agitur de furto alibi puta *li. 6. tit. 2.* Ratio ibi expoſita. Nũc ponitur h. expilatio velut ſpecies furti ut ordo aliquatẽn⁹ ſervetur inter hæc privata delicta ſeu maleficia Hũc tit. ſeq. *33. vi bon. rap.* Nã rapina eſt furto proxima, ſeu furtũ improbũ. Huic adjũg. *tit. 34. de crim. ſtellio.*, ꝙ videtur hic poſitũ in locũ ejus delicti ꝙ dicitur dãnũ injuria ex l. Aquil. Nã ex ſtellionatu aliꝙ eſt dãnũ. ſed de ipſo dãno injuria jã eſt explicatũ ĩ *li. 3. tit.*

Tit. XXIII. Tit. XXIV. Tit. XXV. Tit. XXVI. Tit. XXVII. Tit. XXVIII. Tit. XXIX. Tit. XXX. Tit. XXXI. Tit. XXXII. Tit. XXXIII. Tit. XXXIV.

35. ad l. Aquil. Eſt & altera ratio cur hoc crimen ſtellio. hic ꝑponatur injuriæ, q̃a ut expilatio & rapina. de q̃b⁹ jã prius, nocẽt rei familiari: ita & ſtellionatus: ſed injuria nũ nocet rei familiari, verũ famę & exiſtimationi, ut & ſup. ad Inſt. dictũ.

Tit. XXXV. Proximũ ergo locũ obtinet injuria, *tit. 35 de injur.*, ut & in Inſt. ubi ratio expoſi-
Tit. XXXVI ta Huj⁹ tit: pars q̃dã eſt *tit. 36. de famoſ. lib.* Sed q̃a prior eſt generalis, & hic ſpeciẽ
Tit. XXXVII tãtũ injuriæ cõtinet merito hic eſt poſterior. Huic tit. adjung. *tit. 37. de abigeis*, &
Tit. XXXVIII huic *tit 38. de Nili agger. nõ rũp.* quæ 2. crimina abigeat⁹, & aggerũ. Nili interruptio ſũt crimina extraordinaria, & ꝑinde poſteriora. Cur autẽ abigeatus crimẽ priori loco hic ponatur, fortaſſe h e ratio. q̃a abigeat⁹ crimẽ eſt generale. h eſt, locũ habet ubiq; ſed interruptio aggerũ tãtum in Ægypto, q̃vis ejus ulᵇ hodie ad alias quoq; regiones porrigi poſſit. Receptio quoq; & occultatio eſt crimen
Tit. XXXIX. extraordinariũ, quare & de eo h. e. *tit. 39. de his qui latro. &c.* Cur h. tit. ult. ſit inter privata crimina, rão eſt, q̃a h. tit. eſt cõmunis omniũ priorũ, tã publicorũ. q̃ privatorũ criminũ ſ. delictorũ Et hæc de 3 c. h e. de generib privatorũ criminũ ſ. delictorũ Nã 2. c. fuit de publicis, & 1. fuit de inſtituẽdo ꝓceſſu, ut vocãt. Reſtãt nunc 4 & ult c q̃ eſt de pſequẽdo & exſequẽdo, & exercẽdo ꝓceſſu crimi-
Tit. XL. nali Et hoc c. 12. tit cõtinetur uſq; ad fin. li. 9. prim⁹ eſt *tit. 40. de re q. r. 1.* . Nam hic eſt judiciorũ publicorum ordo ſ. ꝓceſſus ut 1. accuſetur re⁹: & reus jã factus accuſatione poſtea ſe ſiſtat judicio q̃a autẽ ſæpe latẽt, ꝓpoſitus eſt h. *tit. de req. reis*,
Tit. XLI. q̃ cõmode adhæret priori in quo actũ eſt, de occultatorib. latentiũ reorum, aut ſaltẽ facinoroſ.. Hũc tit ſeq. *tit. 41 de quæſt.* hac ratione. tum q̃a req̃ſitio rei, quo ad nomen ſimilitudinẽ habet cũ q̃ſtione, tũ q̃a h. eſt ordo judiciorũ publicorũ, ut in reũ jã præſẽtẽ ꝓbationes fiãt, quarum loco in criminib ſæpe q̃ſt. interpo-
Tit. XLII. nũtur Eũ tit. ſeq tur *tit. 42. de abolition.* quo pertinẽt & 4. tit. ſeqq. Ratio ordinis eſt, q̃a hęc judicia criminalia ad finẽ nõ perducãtur vel abolitione vel deſertio one Ad abolitionẽ igitur pertinet tit. 42. q̃ eſt tit. generalis & ꝑinde 1: Sed abolitio eſt vel generalis & publica, vel eſt ſpecialis ſeu privata; de privata agitur
Tit. XLIII. *tit. 42.* de publ. eſt tit. *43. de gener. abol.* Ratio a. cur hic tit. de publ ſit poſterior, & ille de privata ſit prior, hæc eſt, tum quia tit 42. etſi propriè agit *de priv. abolit.* tamen generali verbo *de abolit.* conceptus eſt tum quia privata abolitio eſt frequentior: publica eſt rarior & extraordinaria.

Tit. XLIV. Proximus eſt *tit. 44. ut intra cert. tẽp. &c.* Ratio ord eſt, q̃a ut modo dictum judiciũ criminale interdũ nõ ꝓducitur ad finẽ ſ nõ terminatur: idq; 2. modis fit ab olitione & deſertione, ut modo d. De abolitione dictũ eſt jam reſtat deſertio, de
Tit. XLV. qua eſt *tit. 45. ad SC. Turp.* ſed ante eũ ponitur d. *tit. 44. ut intra cert. tẽp.* Ratio ordinis, q̃ judiciũ criminale deſeritur aut negligẽtia quadã & mora, aut cõſilio & deliberato & hic q̃ cõſilio deſerit, propriè deſertor & tergiverſator dicitur, iſque punitur hoc SC. Turpill. qui negligẽtia, morator poti⁹, quã deſertor eſt q̃ nõ punitur, & ꝑinde de moratore pri⁹ agitur, *d. t. 44.* de deſertore. *tit. 45.* ad Turpill. Putat tamẽ Cuj. moratoris nomẽ gravius eſſe quàm deſertoris: q̃a, inquit, gravi⁹ punitur morator. *l. 1. d. tit.* 44. Sed moratoris crimẽ videtur levius q̃a negligẽtia & culpa leviorẽ dolo, ſ. proæreſi & cõſilio, putoq; gravius puniri deſertorẽ, cuj⁹ pœna eſt extraordinaria. *l. 1. tit. 45. l. 5. §. pen. de pœn. l. 3. ǁ t. 1.* Et hęc de mo-

ratore & deſertore, ſ tergiverſatore: qb⁹ nõ abſimiles sũt calumniatores, ſed illi vera crimina, hi falſa intẽtãt. *l. 1. aa turpill.* quare tit. 44 & 45. ſeqtur recte *tit. 46. de cal.* Huic prox. deinde eſt *tit. 47. de pœnis.* Nã h. e. ordo judicii criminalis ſc. Tit. XLVI.
ſi judiciũ nõ deſeratur, ſed legitimè terminetur ſẽtẽtia cõtra reũ lata, ut tandẽ Tit. XLVII.
ad executionẽ veniatur, h. e. ad pœnã ſẽtẽtia cõprehensã. Eodẽ pertinet *tit. 48. ne ſin. juſſ.* Nã cõfiſcatio eſt ſpecies pœnę, ſed prior eſt tit. de pœnis. q a eſt generalis. Huc quoq; pertinet *tit. 49. de bõ. præſ.* Nam & h. tit. eſt de confiſcati. Cur autẽ Tit. XLIX.
ille ſit prior, hic poſterior, ratio ord. eſt q a ille eſt de ipſo judice, ſive magiſt. & ꝓinde prior ꝓpter dignitatẽ, & ꝓpter ordinẽ. h. *tit. 49.* eſt de ipſis bonis cõfiſcandis. Eodẽ pertinet *tit. 50. de bõ. eor. qui mort. ſibi cõſc.* Nã & h. e. de cõfiſcatione. Eſt Tit. L.
autẽ ſpecialis h. tit. (Nã eſt de eo tãtum ſ. de cõfiſcatione ej⁹, q mortẽ ſibi cõſcivit. nõ de cõfiſcatione generali ſive cujuslibet, ut prior) & iccircò eſt poſterior.

Ultim⁹ tit. huj⁹ lib. 9. eſt tit. 51. *de ſẽt. paſſ.* Ratio ord. q a cum adhuc dictũ ſit de Tit. LI.
ord. judicii crim. ab initio h. e., accuſat., uſq; ad finẽ, h. e. uſq; ad ſẽiã & executionem (q eſt ordo legitim⁹ & ꝑpetuus ut ſentẽtiã ſequatur executio, ſi modo ſententia ſit recta & legitima.) Adjungitur h. 1. tit. quo interdum extra ordinẽ reſcinditur ſñia criminalis puta p reſt. in integrũ à principe impetrãdã. Ex quo ratio ord. ſatis intelligitur, tum quia rata & legitima ſunt priora irritis tum quia hęc reſtitut. eſt beneficium princip. extraord.: & ꝓinde ultimum, & hæc de libro 9.

Liber X. Codicis.

Nunc de reliquis 3 lib. C. videam⁹, quib. reſpõdent 2. ultimi lib ff. puta 49 & 50. Ordo eſt difficilis, eo ꝙ hi tit nõ fuerunt in Edicto ꝑpetuo, ſed tãtum in C. The. cuj⁹ ordinẽ tamen Tribun. in his tribus lib. ſæpe mutat. Et h. trib. lib illic 8 continentur, puta li. 6. 7. 8. 10. 11 13. 14. & 15. Quod ad ordinẽ liberor. attinet, is jã ſ expoſitus eſt hic de tit. agimus. Ergo hic liber 10 continetur 77 tit. qui ad 3. c non incommodè revocari poſſunt. I. De jure fiſci. II. De jure civitatum. III. Eſt acceſſorium. I. Cap. de jure fiſci continetur tit. 30. quorum 1. eſt *tit. de jure fiſci*, ratio, quia eſt generalis. Hunc generalẽ tit. ſequuntur alii ſpe Tit. I.
ciales, qui in 4. mẽbra ſecari poſſunt. I. De debitis & cõtractibus fiſci. II. De bonis in fiſcum cadentib. III. De theſauris. IV. De annonis & tributis I. Membrum diximus eſſe de rebus Fiſci contractibus ejus, & debitis. quo pertinet tit. 2 & 7. ſeqq. Ratio ord. quia primum de reb., quę ſunt jã Fiſci, aut quæ ipſi debẽtur ex cõtractu, q a de iis quæ nondum ſunt. quæq; adquiri fiſco aliquando poſſint, agi debebat. Huc igitur pertinet *titul. 2. de cõvenend. fiſci debitorib. & tit. 3. de* Tit. II.
fide & jure haſtæ fiſcal. &c. Uterque eſt ſumptus ex C. The. *lib. 9.* Ratio ord eſt q a Tit. III.
tit. 2. eſt *de cõv. deb. tit. 3. de bonis vend.* Cõventio autem præcedit venditionẽ, ut & ſ dictum ad *tit. de diſtr. pig. lib.* 8. Hos ſequitur *tit. 4. de vẽd. rei. Fiſ. &c.* Nam Tit. IV.
& hic tit pertinet ad venditionem: ſed prior eſt tit. 3. q a eſt de venditione rerum ad ſolum fiſcum pertinentium, tit. 4. eſt de venditione rerum cõmunium h. e. partim ad fiſcum, partim ad privatos pertinẽtium. Ad vẽdition. quoq; pertinet *tit. 5. ne fiſc. rẽ, quã ved. &c.* ſed priores ſunt de venditione cõtrahenda h. e de vẽ- Tit. V.
ditiõe jã contracta retrahenda, & proinde eſt poſterior. Hunc ſeq. *tit. 6. de his qui* Tit. VI.

ex publ. rationib. &c. q tit. ſumptus eſt ex *tit. 44. de his q cũ diſpẽſ. cõtrax. d. lib. 10. C. Th* Ratio ord. eſt q a prius de cõtractib. cum fiſco licitis, poſteri⁹ de illicitis & ꝓ-
Tit. VII. hibitis agitur. ut h. tit eſt de mutuo ꝓhibito, Cui prox. eſt *tit. 7. pœnis fiſc. cred. ꝓferri* Ratio ord. eſt q̇a hactenus d. eſt de jure fiſci ſ. ejus privilegio, & πρωτοπραξία in obligatione ſ. cõtractu principali, h. e. ſorte, nunc de acceſſorio, in quo Fiſc⁹ nõ habet privilegium, ſed alii creditores ei p̃feruntur. Acceſſiones a 2. hic ad-
Tit. VIII. feruntur, pœna & uſura Et de pœna pri⁹ h. agitur tit. 7. de uſuris, poſterius *tit. 8. de Fiſc. uſur* Ratio ord. eſt, tum q a pœna interdum eſt q̄dã principale ut ſi ꝓcurat. fiſci mulctã alicui infligat, tum q a de uſura q̇ritur, an ea tã ſortis q̃ pœnę ex-
Tit. IX. igi poſſit à fiſco, q̄ negatur *in l. 1. hoc tit. 8.* quẽ ſequit̃ *tit 9. de ſẽt. adverſ fiſcũ latis, &c.* q q̇a agit de retract., & reſcind. ſentẽtiis, cõtra fiſc latis, ult. eſt in h. 1. membro. q a inutilia & retractãda & prohibit. in ulti. locum rejici ſolẽt ut & *ĩ lib. 9. tit. ult.* Secundum mẽbrum hujus 1. cap. dixi eſſe de bonis in fiſcum recidentib. Quòd cur ſit pri⁹ 3 & 4. hęc mihi videt̃. rão tum q a hęc bona caduca & vacãtia, cum nullum habeãt Dñum, vidẽt̃ q̄ãmodo ipſo jur eſſe ꝓpria Fiſci. tum q a etſi nõ tm h. 2., ſed & 3 & 4. mẽb. agunt de mod. quib. bona adq rãtur Fiſco tñ hic in 2. mẽb eſt frequẽtior reliquis, puta ſi bona ſine Dño in fiſcum recidãt, quæ eleganter græce ἀδέσποτα dicunt̃, quorum in jure variæ ſunt ſpecies, ut, caduca va-
Tit. X. cãtia &c. Ad h. igit̃ mẽb. 2 ꝑtinet ſ. t quorum 1 eſt t. *10. de bon. vac.* Ratio eſt, tum q h. t eſt generalis, licet ſpecialiter inſcript. nã ſub eo agitur nõ tã de bonis vacant. ſed ẽt de aliis ut ex confiſc, ex tacito fideic. &c. ad fiſc pertinẽtib., tum q a h t agit de ipſa bonorum adquiſit, ſ. ipſo jure, quo bona fiſc adquir. puta, quia vacantia quia publicata, quia cõmiſſa, quia caduca ſunt &c. Eſt autem h. tit. *10.* duplex, puta de bonis vacantib. & de incorporatione, q̃ 2. partes in C. The. duos hẽnt diſtinctos tit nẽpe *lib. 10. tit. 8. 9.* ut cõtra q hic 2. diſtinctis tit. puta tit. 11. 12. ibi continẽt̃ uno, puta *t. 10 lib. 10.* C. Th Bona a ad fiſcũ. qñ redierint, & ꝑtinere cœpint, ſolẽt fiſco nũciari ꝑ delatores. Et h. e. ratio, cur *tit. 10. de bon. vac.* ſubſe-
Tit. XI. quat̃ *tit. 11. de delat* Solent a. ſæpe ea bona peti ꝑ privatos à principe, ſtatim atq; eſſẽt delata & ſæpe ante. Et hæ quaſi petões bonorũ dicunt̃, hi ꝓhibent̃ ac tol-
Tit. XII. lunt̃ *tit. 12. de pet. bon. ſubl.* Et hæc quoq; eſt ratio ad hũc tit. quia bona delata ſtatim ſolent peti, ut jã dictũ eſt, & interdũ ante delõem. Quare & in C. prius ponit̃
Tit. XIII. petitio, ut *tit. 10.* C. Th. *de pet* & ultro datus delator. Ad delatores quoq; ꝑtinet *tit. 13. de his q ſe deferunt.* Ratio ordinis eſt ꝑſpicua, quia *tit. de delat.* eſt generalis, & eſt de iis potiſſimũ, qui deferũt alios, ſed h. tit 13. eſt de delatorib. q ſeipſos de-
Tit. XIV. ferũt. q ꝓpriè nõ ſunt delatores: & ꝓinde priorib. ſunt poſteriores. Hunc tit. ſeq t̃ t. 14. *ſi liber. imp. ſoc. &c.* nã & hic eſt de bonis vacãtib. ſed ſpecialẽ caſũ cõtinet, & ꝓinde diſtinctus & poſterior eſt priorib. tit in illis. n. Fiſc⁹ ſuccedit, in his
Tit. XV. nõ ſuccedit. Et hęc de 2 mẽb. Ad 3. ꝑtinet tm̃ *1. tit. 15. de Theſ.* Ratio ordinis eſt, cur h. mẽbrũ ſit 3. tũ q a ut 2. eſt de bonis vacãtib. h. e. ἀδεσπότοις, ita & theſauri ſunt pecunię ſine dño: ſed vacãtia ſemp ad fiſcũ ꝑtinent, eaq; tota excepto caſu t. 14. theſaurũ, de quib eſt t. 15. nõ ſemp ꝑtinet ad fiſcũ, ut & in Inſt. *§. theſaur. de rer. diviſ.* IV. Hujus cap. mẽbrũ diximus eſſe de tributis. Ratio, cur h. ſit ult. eſt, tũ q a tributa nõ ſunt fiſci, ita ut priora bona (nã tributa nõ ſolẽt eſſe, niſi judicãt̃) tũ

q a tributa magis videātur extraord q̄ vis hodie pleraq; facta ſint Canon. & ordina
ria atq; cōſueta. ¶ Ad h. membrū ptinent 15. t. quorū 1. eſt *t. 16. de ann. & trib.* q a eſt Tit. XVI.
generalis. cui adjūgitur *tit. 17. de vid.* &c. t. *18. de ſuperind.* q tit. plerūq; ſunt ſumti Tit. XVII.
ex C. Th. *lib. 11.* Ratio ordinis eſt quia 1. de ipſis tributis qui & quatenus ſolvi de Tit. XVIII.
beāt: deinde q̄n ferè fieri ſolet p indictōes, h. e initio 7b. & hic eſt *t. de ind.* Nā in-
dictōes nihil ſunt aliud, q̄ tributa ſed certo tēpore ſolvenda. Unde indictōum
uſus ad tēpora annor traduci cœpit. Initium a. indictōum erat 7b. menſe: quos
inſtituit nō Th. ut putat Cedrenus, nō Auguſt. Imp. ut vulgo putāt Aſtrologi &
& Notarij, ſed Conſt. M. Imp. q confirmari pōt 1. ex Græcorum faſtis, quos ad-
ducit Onuphrius in quib. initium & origo indictōum diſertè refertur ad Con-
ſulatum 2 Imp Conſt. & Licinij: 2. ex ll. C. & Synodis veteribus, in quib. nusq̄
fit mentio indictonum ante Conſt ſed ſæpè fit mentio earum ſtatim poſt, ét diu
ante. Th. VI. indictionis 4. ſub Conſtant. & Conſtante Impp. fit mentio in ſyno
do Hieroſolym. apud Athanaſ. Sic 15. indictionis fit mentio ſub Impp. Valentin.
& Valente *in l. 14. C. Th. lib. 13. tit. de navic.* ſed hæc παρέργως ſunt d. titul. a 17. rectè
ſeq. tit 18. *de ſuperind.* q nihil eſt aliud q̄ augmētum indict. ſive tributi. Eum ſeq.
tit. 19 *de exact. tribut.* Ratio n. poſtulat, ut prius de ipſis tributis, q̄ & q̄n ſint ſol- Tit. XIX.
venda. q̄ de ijs exigendis & de eorum exactorib. agatur Cui adjungitur tit. 20. *de* Tit. XX.
ſuperexact exemplo indictionum & ſuperindict. hic prius exactiones deinde ſu-
perexact ponuntur. Exactio eſt licita, ſuperexactio illicita, & proinde poſterior
Hunc ſeq. tit. 21. *de capien. & diſtrah. pign. &c.* Nam exactioni ſi collator ſive tri- Tit. XXI.
butarius nō paret. ſolet exactor bona collatorum pignori capere eaq; diſtrahe-
re. Sequ. tit. 22 *de apoch. publ.* Ratio ordinis, quia priores ſunt de tributis ſolven Tit. XXII.
dis & exigēdis: hic eſt de jam ſolutis & exactis: quorum jam ſolutorum apochas,
collator ſi oſtendat novo exactori, tutus ērit à nova exactione & hæc dicuntur
apochæ publicæ: quia ſunt apochæ tribut publicorum Hunc ſeq. tit. 23. *de Can.* Tit. XXIII.
largit. tit. Ratio ordinis, quia hactenus generaliter d. eſt de tributis. nunc ſpeci-
es q̄dam tribut. ſive collationum exponuntur, q̄ vis hæc ſpecies potius eſt uſus
ſpecialis, q̄ propria ſpecies tributi Priores n. pertinent ad gener. uſum tributo-
rum: hic ad privatum principis ærarium. ex quo Pr & dona dat (vocat hic largi-
tionales tit h. e tributa ac dona principis) & neceſſaria ad rem famil. comparat;
l. 2. ʒ. de metal. Hunc ſeq. tit. 24. *ne opera a collat. exig.* Ratio ordinis, quia hactenus Tit. XXIV.
d q̄ ſint licita, h. e q̄ exigi poſſint tributa, ut ſunt ſpecies, puta frumentum, hor-
deum. ſal, caro, lardum, eq, aur. & arg. veſtes, &c. Nunc de ijs q̄ ſunt illicita q̄q;
exigi à ſubditis nō poſsūt, ut ſunt opę. Illicita & ꝓhibita ſunt poſteriora. Sequ.
t. 25. *de immun. nem. cōce.* Ratio ordinis, q a ut t. 24. eſt ꝓhibitorius de operis, ita & Tit. XXV.
h. e. ꝓhib. de immunitate. Cur ille ſit prior, h. e. ratio, q a operarū q̄. ad genera tri
buti ptineat, de quib. generib. antea fuerat actū. Et hoc ferè generaliter de tri-
butis. Nunc verò ſpecies collationum ſ. tributorum exponuntur. multa ſiq̄ dē
in C. Th. li. 11. Sed hoc in C. ex illis decerptæ, quarum collatiōum 1. eſt coem-
ptio ſ. συνωνητον. Eſt a. hęc ſpecies collationis, cum frumētum. hordeum. vinum,
avena, panis, caro, lardum &c. ad us⁹ militares juſſu principis coëmuntur, quę

uno nomine ſpecies dicuntur, quas coguntur provinciales & ſubditi pendere
Tit.XXVI. principi, ſed juſto precio ſoluto. Et huc pertinet *tit. 26. de cōd. in publ. horr.* & *tit.*
Tit. XXVII *27. ut nem. ni liceat in coēpt. ſpec.* Maximè ad hāc coemptionē pertinet tit. 27. Nam
tit. 26. nō eſt ꝓpriè de coemptione ſpecierum, ſed de cōditis ſpeciebus i. de iis,
quę jā ſunt recōditę in horreis publicis. ¶ Ea a. cōdita, q̄ a prius expēdi & ab-
ſumi debent, quā nova coēmi, ꝓpter *tit. de cōd. &c.* prior eſt tit. de coempt. Hos 2.
ſequitur *tit. 28 de collat. don. &c.* & hunc *tit. 29. de collat. aris, &c.* & tandem *tit. 30. de*
Tit. XXVIII *diſcuſſ.* q̄ tit. ſunt ſumpti ex C. The. *d. li. 11.* Ratio ord. q̄ a ut modo dictum ſpecies
Tit. XXIX.
Tit.XXX. quędā collationum hic ordine exponuntur Prim' eſt coemptio de qua ja d. *tit.*
26. & 27 altera eſt collatio donatorum, de qua eſt *tit. 28.* prior fit in ſpecieb. ut fru
mēto oleo &c. Hęc altera fiebat ferè in auro & arg. *l. 1. C. The. hujus tit.* Cui rectè
adjung. 3. quæ eſt collatio æris ꝙ eſt auro & arg vili', & proinde poſterius, *d. tit.*
29. Cui adjungitur *tit. 30. de diſcuſſ.* q̄ eſt ult. in h. art de tributis, & collationib,
hac rōe q̄ a priores oēs sūt de tribut. ſolvēdis, & præſtādis: h. e. de tributis jā ſo-
lutis. Nā diſcuſſor, cuj' mun' eſt rōes tributorias i. collationum diſcutere & ex-
aminare, demum facta collatione intervenire ſolet. Et hęc de primo capite hu-
jus libri *10.* quod eſt de Jure fiſci, ut ſupra dictum.

Alterum c. ut diximus, eſt de jure civitatum, ꝙ illo eſt poſterius optima rōe: q̄ a
civitates ſunt privatorum loco: fiſcus eſt principis: & proinde prior dignitate.
Hoc a. caput de jure civitatum eſt bimēbre. Nā prius membr. eſt de Decur.on.
poſterius de munerib. Ratio ordinis ad hæc duo membra exponetur ad ſt. ubi
Tit.XXXI. idem eſt ordo. Ad prius igitur memb ꝑtinēt tit. 7. ex iis 1. eſt tit. *31. de Decur. & fi-
liis eorū, &c.* q̄ a eſt generalis omnia fere jura Decurionum cōplectitur, maximè
Tit.XXXII. de pſonis, q̄ Decuriones eſſe poſſint q̄ nō poſſint. Hunc ſeq̄tur tit. *32. ſi ſerv. aut
libert. ad Decur. &c.* Nā & hic tit eſt de pſonis, q̄ non poſſunt eſſe Decuriones de
quib. ſeparatim & poſterius agitur q̄ a ſunt viliores, & q̄ a delictum hic tit cōti-
net, puta quia hi adſpirant eo, quo nō denti, ideoq; puniuntur. Et hęc de pſo-
Tit. XXXIII. nis potiſſimum Decurionum. Nunc de reb. & bonis eorum ad q̄ pertinet tit. *33.*
de præd. Decur. &c. Nā prius de pſonis, q̄ de reb. agi ſolet. Ad eā quoq; ꝑtinet tit.
34. quan. & quib. deb. &c. ſed tit *33.* eſt de actu inter vivos, ut de vend. bonor. titu.
Tit.XXXIV. *34.* eſt de teſtam aut ſucceſſione ab inteſt & ꝓinde eſt poſterior. Cuj' velut pars
Tit.XXXV. eſt tit. *35. de impon. lucr. deſc.* Nā ut tit. 34. ita & hic 35. ad ſucceſſiones ꝑtinet ¶ Hoc
.n. tit. imponitur heredi Decurionis onus q̄dā, aut ēt aliis, q̄ bona Decurionis
nacti fuerint, ex cauſa lucrativa, ut legato donōe, &c. Et h onus hic dicit deſcri
Tit. XXXVI. ptio lucrativorū Hi quoq; tit. ſunt ex C. Th. Sed ex li. 12. ex quo eſt et ti. *36. de pb.*
ſal. qui tit. q̄ a eſt ꝓhibitorius, nā prohibētur ſalaria dare decuriones ſine mand.
Tit.XXXVII. principis, ꝓpterea poſteriorē locū tenet, ut & tit. *37. ſi curial. rel. civ. &c.* Nā & hic
eſt ꝓhibitorius, ſed prior eſt t.n ex parte ꝓhibitori', & ꝑtinet ad bona: ideoq; pri
or eſt tit 37. q̄ eſt omninò ꝓhibitor. ideoq; planè ult in h. i mēbro, c. 1. ꝙ mēbrū
eſſe diximus de Decurionib. ſive curialib. Alterū hujus cap. membrū, ꝙ de mu-
Tit.XXXVIII. nerib & honorib diximus cōtinet 32. tit. quorū 1. eſt tit. *38. de mun. &c.* & alter
Tit. XXXIX. eſt tit. *39. de incolis, & ubi qs domi. &c.* q̄ 2. tit. ſunt 1. tū q̄ a ſunt de pſonis ipſis ad
munera gerēdā vocādis ſint aptis: tū q̄ a eas cōtinēt, ex quib. intelligatur, q̄ s &

ubi debeat fungi munere & honore. Rectè a. municipes incolis ꝑferunt̃: q a mu
nicipes ſunt cives, incolæ nõ itẽ His jã ꝓximus eſt tit 40. *de mun. & hon. &c.* Nã Tit. XL.
& hic tit ad pſon is ptinet P. & P. ſed priores ſunt de munerib. primũ incipien-
dis hic decõtinuãdis: & ꝓinde poſterior. Huic additur jã tit. *41. de mun. pat.* Ra- Tit. XLI.
tio ordinis. q a pſonarũ tractõem ordine ſeq̃t̃ tractatio de re ipſa, h. e. de mune-
rib. ſed munera q a partim ſunt pſonalia, partim patrimonialia, omiſſo priore
mẽbro (fortaſſe quia & in ff. & C. ſub ti. ꝓlixo *de Decur.* ſatis actũ) de munerib. pa-
trimoniorũ hic agitur: reliqui tñ tit. ut & priores ptinẽt nõ tm̃ ad patrimonialia
ſed ẽt ad pſonalia munera, ut eſt tit. 42. *quemad. civ. mun. &c.* Ratio ordinis ad Tit. XLII.
hunc tit. eſt, tũ q a prius agẽdũ de re aut munere ipſo, ut *tit 41.* poſterius de modo,
ut hic, tũ q a hic tit. 42. agit potiſſimũ de munerib. his iteratis at 2. aut iterata,
ſunt poſteriora Hunc tit ſequit̃ tit. 43. *de his qui ſpont. &c.* Ratio ordinis hæc eſt Tit. XLIII.
q munera publica alij cogãtur ſubire de quib. hactenus alii nõ cogãtur ſubire
ſed tn̄ ſubeũt ſua ſpõte de quib eſt hic tit. alij neq; cogũtur ſubire, neq; ẽt ſube-
unt, puta quia ſunt immunes quo ptinẽt ẽt ij qui ꝓhibẽt̃, ut infames, rei. exu-
les, mulieres, de quib 7. Et hic ordo minime cõſentaneus eſt ut prius de admini
ſtrãtib poſterius de nõ adminiſtrantib. agatur. Adminiſtrantiũ aũt ut dictũ duo
sũt genera: partim q coacti & neceſſario partim q ſponte: adminiſtrãtiũ item 2.
sũt genera: partim q immunitatẽ & excuſationẽ habẽt. partim q prohibentur.
Qui a. immunitatẽ habẽt, eã vel à principe impetrãt, quæ videt̃ vacatio mune-
ris, vel excuſationis aliq̃ causã habẽt. De vacatione prius agit̃, ꝓpter dignitatẽ
principis, à quo impetrat̃. Et huc (ad vacationẽ inq̃ munerũ) ptinet tit. *44. de his* Tit. XLIV.
à princip. &c. & tit 45. *de vac. publ. mun.* prior tit exponit, à quo ſit impetranda, Tit. XLV.
& quib ex cauſis. poſterior exponit, q dnã ei vacatione cõtineat̃ h. e, agit de ef-
feectu & ꝓinde eſt poſterior. Ad q̃ rõem quoq; ptinet tit *46. de dec. decur.*. prio- Tit. XLVI.
res 2. sũt de vacatione à principe, ſed h. de vacatiõe à Decurionib. impetranda,
quę ꝓhibetur exceptis ꝓfeſſorib. bonarũ artiũ. Impetrationẽ immunitatis jam
ſeq̃tur excuſatio à muerib. quo ptinent 14. tit. quorũ 1. eſt tit. 47 *de excuſ. mun.* Tit. XLVII.
q̃ a generalis eſt, cujus tit velut pars eſt, tit 48. *de quib. munerib. vel præſtationib. &c.* Tit. XLIIX.
nã & h. e. generalis, ſed eſt poſterior: q a munera alia ſunt. de q b. licet ſe excuſare,
de q b. eſt prior: alia de quib. nõ licet, ad quę ptinet h tit. Hos generales tit. ſeq.
jã ſpeciales, in q bus cauſæ excuſationũ à munerib exponunt̃. Cõmuniter a-
liæ ſunt juſtæ aliæ injuſtæ. De juſtis prius agit̃ juſta rõne. Inter has 1. locum obti-
net ætas, de qua eſt tit. 49 *q etate, &c.* Ratio ord. eſt hæc fortaſſe, q a hæc cauſa eſt Tit. XLIX.
maximè generalis, & freqẽtior. ¶ Altera cauſa eſt morbus, de qua eſt tit *50. q mor-*
bo, &c. Nã & hæc cauſa eſt ſatis cõmunis ſive generalis: ſed odioſior & ad mortẽ Tit. L.
ꝓpior, ac ꝓinde poſterior 3 4. cãæ ſunt num. liber. & paupertas tit. *51. de iis qui* Tit. LI.
nu. lib. paup. &c Ratio ordinis tum quia hæ cãę nõ ſunt ita generales & frequen-
tes, tũ quia ſpeciali privil. cãa hæc de num. liberor. eſt inducta. Hunc ſequit̃ tit.
52. de profeſſ. & med, q̃ 5 cãa liberal. artium in paucis. cadit, eoq; ut valde ſpecialis Tit. LII.
poſterior eſt. Hujus tit. velut pars eſt tit prox *53. de Athl.* Nã & Athletar eſt ars,
ſed eſt corporis: at priores ſunt animi, quare hęc 6 cãa artis Athleticæ à reliquis Tit. LIII.
diſtingui põt. VII. cãa eſt militia, ad q̃ pertinent 2 tit. puta t. *54. de his, qui nõ impl.* Tit. LIV.

Tit. LV. &c.& tit. 55. *qvib. mun. cau.* R. ordinis eſt, quia priores 6. cāę ſunt civiles: & hęc 1. eſt militaris. Civilia a. militarib. ſunt priora ut ſuprad. Cur a. tit. 54. prior ſit tit. 55 ratio eſt, quia tit 54. eſt de militia durante, tit: 55 eſt de militia expleta & finita.
Tit. LVI. Prox. iis eſt tit. 56. *de cond. vect fiſc.* qui vulgò omiſſus nuper à Cõt. & Cuj. reſtitutus eſt ex libris veterib & cõtinet excuſationis cāam 8 puta conductionem vectigal. Cur a. hæc cāa omnium ſit ult. hæc eſt ratio, tū quia hęc cāa eſt valde ſpecialis, tum quia lex hunc t. nõ tantū de ipſis conductorib. vectigal principalib. ſed etiam de acceſſoriis, h e. q̧ à 1. conductorib, poſtea rurſum conduxerint. Et hæc de juſtis cauſis, quas ſeqq injuſtæ. 7 libertinitatis, infamiæ, reat⁹, exilii, remotionis ab ordine pat. poteſt., & ſexᵘ muliebris: quæ tamé cauſæ interdum excuſant, & quædā ex iis etiā prohibent ut excuſat. non ſit opus. I. locum obtinet
Tit. LVII. libertinitas: ad quam pertinet *tit. 57. de libert.* Ratio eſt, quia h. cauſa ēt ſi nõ excuſat, tamen non ꝓhibet: & libertinorum cõditio etſi vilior eſt, tamen melior
Tit. LVIII. eſt infamib. *tit. 58. de infam.* Nā hi prohibentur ab honorib. licet à munerib curialibus & patrimonialibus non prohibeātur, ut nec excuſantur Libertini igitur ſunt infamibus tanquam honeſtiores, priores infames reis. Nam infames
Tit. LIX. à muneribus non prohibentur, & huc pertinet *tit. 59. de reis poſtul.* Hos ſequun-
Tit. LX tur in exilium dati, & ab ord. remoti, de quib. eſt *tit. 60. de his qui in exil. dat. &c.* Ratio ord. eſt, q̧ prior tit. de reis eſt de nõdum dānatis: hic de dānatis & ꝓinde poſterior. Et hi quoq; omninò prohibentur. Nunc de 6. cauſa, hoc eſt, de patria
Tit. LXI. poteſt. ad quem pertinet *tit. 61. de filiisf. &c.* & *tit. 62. de pericul. ſucceſſ. &c.* Ratio
Tit. LXII. ordinis, cur hæc cauſa ſit 6. eſt, quia priores omnes ſunt de patribfam. ad quos propriè ꝑtinet honores & mun. hæc eſt de filiofa. de quo dubitari poteſt, an ad honores & munera ſit aptus ꝓpter imper. paternum, cui paret. Cur a. tit. 61. ſit prior t. 62. rat. eſt, quia filijf. à muneribus non prohib., ſed tamen ex ſua adminiſtratione non tenentur, tantum parentes eorum, ſi modo in id conſenſerit invito n. patre honorem nacto filio periculum adminiſtrationis non ad patrē. ſed ad creatorem ſive nominatorem pertinet, *l. 1. §. ult. h. tit.* Periculum igitur eſt patris ſi conſentiat, de quo eſt t. 62 ſucceſ eſt patre poſt. ult. cauſa eſt ſexus de quo
Tit. LXIII. eſt *tit. 63. de mul. in quo loco.* Nā mulieres ꝓpter ſexum plerunq; ꝓhibentur à munerib. perſõ., paucis exc. Ratio eſt ꝑſpicua, cur hæc cauſa ſit ult. q̧ a priores ſunt de viris, quorum major eſt dignitas q̄ mulierum, *l. in omnib. de ſtat. hom* Prox. eſt
Tit. LXIV. *t. 64. de legat.* q̧ tit. non h tātum. ſed ēt in C. Th & in ipſis ff. diſtinctè & ſeparatim eſt à reliquis munerib. hac fortaſſe de cauſa. quia munus legationis non eſt ordinarium, ut priora, ſed extraordinarium, neceſſitatibus ſcilicet poſtulantibus. Interjicitur autem hic inter excuſationes, quia & hoc legationis munus à reliquis ordinarijs muneribus excuſat. Huic adjungitur *titulus 65. de ex-*
Tit. LXV. *cuſ. art fic.* Sed ordinis ratio eſt obſcurior. Hic n tit. de artificib. videri poſſit adjungendus *tit. 52. de profeſſ.* ſupra & ita in Cod. Theodoſ. *lib. 13. h. tit.* de artificibus adjungitur *titulus de profeſſoribus.* Videtur tamen hoc loco hęc ratio ordinis eſſe, quia priores tituli excuſationum ſunt communes & generales, hoc eſt, qui continetur cauſas excuſat., & immunitatis ab omnibus muneribus tam

perſona-

perſonalibus: quam patrimonialibus, ſed hic tãtum pertinet ad immunitatem perſonalium, *l.3.ſup.de muner.patrim.* Hunc ſequitur tit. *66.de potiorib. ad mun.nominan.* Tit.LXVI. Cur autem de hac nominatione ad extremum agatur, eſt hæc ratio, quia priores cauſæ excuſationum valent per ſe, hæc valet propter alium. Ea enim quæ per ſe potiora ſunt illis, quæ propter aliud. Cui titulo adjungitur tit. *67.ſi propter inimicit.creat.&c.* Tit.LXVII. Nam & hęc cauſa excuſationis non eſt propter ſe, ſed propter alterius quaſi delictum, qui ſuam inimicitiã & odium explere velit, & non conſulere Reip. in munere alicui deferendo, quod quia quaſi delictum eſt, poſteriorem locum obtinet hic tit. 67. quem ſequitur tit *68.de ſumpt.recuper.* Tit.LXVIII. Ratio ordinis eſt, quià excuſatione indicata & non accepta, poteſt quis appellare, & ſumptibus in eam appellationẽ factis ſi juſtè appellaverit nominatur ad munus, à quo ſe excuſaverat, recuperabit à nominatore, qui excuſationem accipere noluerat. Ultimum locum obtinet tit *69.ſi poſt creationem, &c.* Tit. LXIX. quia ſcilicet de morte agat hic tit. nominati ad munus & quidem de ea morte, quæ poſt creationem accidit. Et hæc de ſecundo c. hujus libri. Tertium & ultimum caput acceſſorium vocavi, quia de miniſtris ſive officiis, hoc eſt officiarijs agit qui operam pręſtãt fiſco in vectigalibus & curijs, & civitatibus de quibus ſupra dictum Cõtinetur hoc c.8 titulis, quorum 1. eſt tit. 70. *de tabulariis* Tit.LXX. Ratio eſt quia hic titulus eſt de ijs officijs, quæ ſerviunt partim fiſco partim civitatibus ſed tit. proximus eſt 71. *de ſuſcep.præpoſ* ad ea pertinet officia quæ tantum fiſco ſerviunt: proinde tit 70 eſt prior & communior, tit. 71. eſt poſterior, ut ſpecialis. Tit.LXXI. Cui adjungitur tit 72. *de ponderat. & auri illatione.* Tit.LXXII. Nam & hi fiſco ſerviunt in vectigalibus maximè tamen in una vectigalium ſpecie, puta in pecunia, ſolidis ſive aureis. Et hæc quoq; eſt ratio, cur hic tit *de ponderat.* ſtatim ſequatur priorem titulum 71. Sub eo titulo 71. *in l.ult.* agitur de auro & argento & de ponderum iniquitate, ut rectè ſtatim adjungatur de ponderatoribus, tit. 72. quem ſequitur tit. *73.de auri publ.perſecut.* Tit.LXXIII. Ratio ordinis eſt perſpicua prius enim aurum ſive ſolidi vectigales ponderantur, poſterius ad fiſcũ & principem deportantur per perſecutores. Huic tit. adjungitur *titulus 74. de his, quæ ex publ.&c.* Tit.LXXIV. & hunc ſequitur *tit. 75.de auro coronario.* Tit.LXXV. Ratio ordinis videtur obſcurior. Nam prioribus titulis de auro videatur potius hic *tit. de auro coronario*, adjungendus ſtatim, quam ille, *de his, quæ ex publ &c.* & tamen hic prior eſt *titulus de auro coronar.* etiam in Cod. Theod. id quod hac de cauſa, quia ſub *titul. 73. de auri publ. perſec.* id maximè agitur, ut perſecutores, qui aurum collatum à Provincialibus & jam ponderatum, quaſi interdum retinebant, in poſterum prohibeantur id diutius retinere. Cui prohibitioni de non retinendo auro adjungitur alia prohibitio, de non uſurpando vectigali, vel etiam alio quolibet tributi genere. Uſurpare inquam, hoc eſt, vel mutuo ſumere, vel in ſuos uſus convertere. Poſtea redit Tribun. ad aurũ, de quo jam egerat in fine *tit. 71. & tit. 72. & 73.* atque adjungit jam *titul. 75. de auro co-*

titulo 8. de factis. Imperator potior eſt Imperio, & plerunq; dicta factis ſunt
Tit. IX. potiora, & priora. Et hic quoq; eſt ordo in Cod. Theod. *lib. 9. tit. 4. & 5.* Crimen majeſtatis ſequitur crimen adulterii, de quo eſt *tit. 9. ad leg. Jul. de adul.* Ratio exponetur ad ff. Ejus pars eſt *tit. 10. ſi quis eam, cujus tutor, &c.* Sed quia
Tit. X. crimen hoc tutoris in pupillam quædam habet ſingularia, merito proprium
Tit. XI. habet titulum, quem ſequitur *tit. 11. de mulierib. quæ ſe propr. ſerv. junx.* Nam & hic titulus ad idem crimen adulterii aut ſtupri pertinet: ſed quia eſt cum
Tit. XII. ſervo, poſteriorem locum tenet. Tertium crimen eſt vis, de quo eſt *tit. 12. ad*
Tit. XIII. *leg. Jul. de vi publ.* Ratio infra ad ff. Ejus quoque velut pars eſt *tit. 13. de rapt. virg.* Sed ille eſt generalis, hic eſt ſpecialis, & proinde poſterior. Raptus eſt ſpecies vis, vim ſequitur homicidium. Ratio infra ad ff. Ad quod crimẽ ho-
Tit. XIV. micidii pertinent tres tituli puta *tit. 14. de emend. ſerv.* & *tit. 15. de emend. pro-*
Tit. XV. Tit. XVI. *pinq.* & *tit. 16. ad leg. Cornel. de ſicar.* Duo priores ſumpti ſunt ex *lib. 9. tit. 8. & tit. 9. C. Theod.* Cur autem ſint priores, ratio eſſe videtur, tum quia emendatio tam ſervorum, quam liberorum non ſemper eſt prohibita, tum quia hęc jura de emendatione ab Imper. ſunt conſtituta. Quæ cauſa quoq; eſt, cur titulus, *de emendatione propinquorum* ſit poſterior titulo, *de emendat. ſerv.* ratio ſeu cauſa eſt in tempore. Nam auctor legis ſub titulo, *de emend. ſerv.* antiquior eſt, ſive prior, puta Conſtantinus: auctores legum ſub titulo, *de emendat. propinq.* ſunt recentiores puta Valentinus & Valens. Et hæc de homicidio, quod eſt quartum crimen, cui adjungitur parricidium, quod eſt velut
Tit. XVII. ſpecies homicidii, de quo eſt *titul. 17. de his, qui parentes vel liberos.* Quem ſe-
Tit. XVIII. quitur *tit. 18. de malef. & Mathem.* quod eſt aliud crimen. puta Magiæ, quoniam etiam hic homicidii quædam ſpecies, puta per venenum continetur: Et
Tit. XIX. hinc ratio eſt ſumenda. Cui adjungitur *tit. 19. de ſepulch. viol* quod eſt crimen ſepulchri violati. Ratio ordinis eſt, tum quia maleficio & Magiæ ſæpe conjunctum eſt. Solent enim ſæpenumero Magi & incantatores infeſtare mortuos & ſepulchra, ut videre eſt apud Lucanum *de Appio,* & apud Horat. *in Epod. de Canidia.* Et idem ait Apuleius *lib. 2. Metam.* tum quia hoc crimen ſepulchri violati magnitudine & gravitate proximum eſt priori magiæ: quamvis in ff. hoc crimen ſepulchri violati inter extraordinaria delicta collocetur, ut infra dicetur. Hunc *de ſepulchro viol.* ſequitur *titulus vigeſimus*
Tit. XX. *ad l. Fabiam de plagiariis,* tum quia crimen plagii magnitudine non eſt impar priori tum quia utrumq; & ſepulchri violati, & plagium, eſt velut quæ-
Tit. XXI. dam ſpecies furti. Huic proximus eſt *tit. 21. ad l. Viſelliam.* Nam ut prior ti-
Tit. XXII. tulus eſt de ſtatu perſonæ. ita & iſte. Plagium enim eſt crimen, quo liber homo venditur, abducitur. Crimen hoc l. Viſelliæ, quod eſt ἀνώνυμον eſt crimen, quo non ingenuus, hoc eſt, libertinus ſe gerit pro ingenuo, & ita ſtatum ſuum ementitur. Atque ita hoc crimen l. Viſelliæ, eſt ſpecies quædam falſi, itaque ab hoc *titulo 21. ad l. Viſell.* commodè fit tranſitio ad *tit. 22. ad l.*

Cornel.

Corn. de falſ. ꝙ eſt 10. crimẽ, puta falſi, cui adjũgitur *tit. 23. de his qui ſibi adſcribũt, &c.* Ordo ut intelligatur meminiſſe oportet, leg. Cor de falſis fuiſſe bimẽbrẽ, teſtamẽtariã & monetariã. Ad pri⁹ mẽbrũ de teſtamẽtis pertinet tit. 23. quo tit. agitur de eo, qui ſibi quid adſcribit in teſtamẽto, etiam volẽte teſtatore: & hic eo ſcripto cõmittit quaſi falsũ. ſed ſi ſcriberet invito teſtatore cõmitteret verè falsũ & punitur leg. Corn. quaſi falsũ punitur SC. Tribun. De hoc SCto eſt h. tit. Tit. XXIII.
23 de verè falſo eſt tit. *24. de falſa mon.* optima rõe, ut expoſito jã l. Corn membro Tit. XXIV.
priore de teſtã. proximè agatur de altero mẽbro, de nũmis ſive moneta. Quæro, cur pri⁹ agatur de teſtam. quã de nũmis? quia pars teſtamẽtaria eſt de univerſitate, pars nũmaria eſt de re ſingulari, hoc eſt nũmo. Ad hoc crimẽ falſi nõ tantũ hi
tres tit. jã expoſiti 22. & 23. & 24. pertinet, ſed etiã *tit. 25. de mutat. nom.* Unde & Tit. XXV.
ratio ordinis facilè intelligitur. Nã l. Corn. ut eſt, de duob⁹ falſi generibus agebat, teſtamen & nũmis ſed sũt & alia multa falſi genera, quæ poſtea SCtis fuerũt cõmprehẽſa & addita l. Corn. inter quę genera eſt mutatio nominis, de qua
h. tit. Hũc ſeq. *tit. 26. ad l. Jul. de amb.* & eũ *tit. 27. ad l. Jul. repet.* Nã hęc duo crimi- Tit. XXVI.
na priorib sũt leviora, & miti⁹ puniũtur. Cur autẽ ambitus prior ſit repet. hæc Tit. XXVII.
eſt ratio: quia amb. committitur ante magiſtratum & adminiſtrationem: repetũd. in ipſo magiſtratu & adminiſtratione. In ff. tamẽ ordo eſt paulò ali⁹, nec ſine
ratione, quæ ad ff. exponetur Huic adjũgitur *tit. 28. de crim. pecul.* Ratio ord eſt, Tit. XXVIII.
qa ut crimẽ repetund. de quo jã eſt quædã ſpecies furti publici, ita & peculat⁹, ſed in eo differũt, ꝙ repetũd fit tãtũ à magiſt, peculat⁹ fit à quolibet: & repetũd.
fit tãtũ in provinciis, peculatus fit ẽt. Romæ Huic adjũg. *tit. 29 de crim. ſacril.* Nã Tit. XXIX.
& hoc crimẽ eſt ſpecies furti, ſed ſacri. Et qa verbo *publ.* sũpto generaliter cõtinẽtur nõ tãtum publ. ſed ẽt ſacra. *l. 1. §. huj⁹. de juſt. & jur.* Inde factũ eſt, ut nõine peculat., ẽt ſacril. cõtineatur. & ſub eod tit. in ff utrũq; explicetur. Quia igitur ſacrileg. eſt q̃dã ſpecies peculat. *l. 4. ad l. Jul. pec.* inde eſt, ꝙ prius de peculatu, tã-
q̃ de genere, poſteri⁹ de ſacr., ut de ſpecie agatur. Cui proximè adjũg *tit. 30. de ſe-* Tit. XXX.
dit q tit. eſt sũptus ex C. The. *li. 9. tit. 24.* in quo cõtinetur crimẽ 15 ſed extraordinariũ & proinde ultimo inter crimina loco h poſitũ, puta crimen ſeditionis & tumult⁹ ꝙ Cuj. ait nõ eſſe abſimile ſacrilegio, de quo modo, ſed hoc crimẽ ẽt
punitur l. Jul. Majeſt. & l Julia de vi, & tũ eſt ordinariũ. Hũc ſeq *tit. 31. quãdo ci-* Tit. XXXI.
vilis actio cr m &c. Ratio ord elegãs, nẽpe ꝙ expoſitis jã criminũ ſ. criminalium actionum generibus antequam tranſeat ad maleficia, hoc eſt ad privatas ex maleficiis actiones, interjecit hũc tit. tãq̃ mediũ: q tã de crimin. q̃ de privata ſ.
civili actione agit Et hęc de 2 c. li. 9. Tertiũ de privatis crim. ſ. delictis. ꝙ conti- Tit. XXXII.
netur 8. tit. Primus eſt *tit. 32. de crim. expil. hered.* Ratio eſt qa inter delicta 1. locũ obtinet furtũ: cuj⁹ ſpecies eſt expilatio hered Ratio autẽ cur furtũ inter delicta 1. loco ponatur, dictũ eſt ad Inſt Sed hic in C. agitur de furto alibi puta *li. 6. tit.*
2. Ratio ibi expoſita. Nũc ponitur h. expilatio velut ſpecies furti ut ordo aliqua Tit. XXXIII.
ten⁹ ſervetur inter hæc privata delicta ſeu malefic: a Hũc tit. ſeq. *33. vi bon. r. pr.* Tit. XXXIV.
Nã rapina eſt furto proxima, ſeu furtũ improbũ. Huic adjũg. *tit. 34. de crim. ſtellio.*, ꝙ videtur hic poſitũ in locũ ejus delicti ꝙ dicitur dãnũ injuria ex l. Aquil. Nã ex ſtellionatu aliq eſt dãnũ. ſed de ipſo dãno injuria jã eſt explicatũ ĩ *li. 3. tit.*

M

35.ad l. Aquil. Eſt & altera ratio cur hoc crimen ſtellio. hic ꝓponatur injuriæ, ꝗa
ut expilatio & rapina, de ꝗb⁹ jã prius, nocẽt rei familiari: ita & ſtellionatus: ſed
injuria nũ nocet rei familiari, verũ famę & exiſtimationi, ut & ſup. ad Inſt. dictũ.
Tit. XXXV. Tit. XXXVI Proximũ ergo locũ obtinet injuria, *tit. 35 de injur.*, ut & in Inſt. ubi ratio expoſi-
Tit. XXXVII ta Huj⁹ tit: pars q̃dã eſt *tit. 36. de famoſ. lib.* Sed ꝗa prior eſt generalis, & hic ſpeciẽ
Tit. XXXIIX tãtũ injuriæ cõtinet merito hic eſt poſterior. Huic tit. adjung. *tit. 37. de abigeis*, &
huic *tit. 38. de Nili agger. nõ rũp.* quæ 2. crimina abigeat⁹, & aggerũ. Nili interru-
ptio sũt crimina extraordinaria, & ꝓinde poſteriora. Cur autẽ abigeatus crimẽ
priori loco hic ponatur, fortaſſe h e ratio. ꝗa abigeat⁹ crimẽ eſt generale. h eſt,
locũ habet ubiq; ſed interruptio aggerũ tãtum in Ægypto, q̃ vis ejus ul⁹ hodie
ad alias quoq; regiones porrigi poſſit. Receptio quoq; & occultatio eſt crimen
Tit. XXXIX. extraordinariũ, quare & de eo h.e. *tit. 39. de his qui latro., &c.* Cur h. tit. ult. ſit in-
ter privata crimina, rão eſt, ꝗa h. tit. eſt cõmunis omniũ priorũ, tã publicorũ, q̃
privatorũ criminũ ſ. delictorũ Et hæc de 3 c. h e. de generib privatorũ criminũ
ſ. delictorũ Nã 2. c. fuit de publicis, & 1. fuit de inſtituẽdo ꝓceſſu, ut vocãt. Re-
ſtãt nunc 4 & ult c ꝙ eſt de ꝑſequẽdo & exſequẽdo, & exercẽdo ꝓceſſu crimi-
Tit. XL. nali Et hoc c. 12. tit cõtinetur uſq; ad fin. li. 9. prim⁹ eſt *tit. 40. de re j. r. a.* Nam hic
eſt judiciorũ publicorum ordo ſ. ꝓceſſus ut 1. accuſetur re⁹: & reus jã factus ac-
cuſatione poſtea ſe ſiſtat judicio ꝗa autẽ ſæpe latẽt, ꝓpoſitus eſt h. *tit. de req. reis*,
Tit. XLI. ꝗ cõmode adhæret priori in quo actũ eſt, de occultatorib. latentiũ reorum, aut
ſaltẽ facinoroſ.. Hũc tit ſeq. *tit. 41 de quæſt.* hac ratione. tum ꝗa reꝗſitio rei, quo
ad nomen. ſimilitudinẽ habet cũ q̃ſtione, tũ ꝗa h. eſt ordo judiciorũ publicorũ,
ut in reũ jã præsẽtẽ ꝓbationes fiãt, quarum loco in criminib ſæpe q̃ſt. interpo-
Tit. XLII. nũtur Eũ tit. ſeqtur *tit. 42. de abolition.* quo pertinẽt & 4. tit. ſeqq. Ratio ordinis
eſt, ꝗa hęc judicia criminalia ad finẽ nõ perducãtur vel abolitione vel deſertio
one Ad abolitionẽ igitur pertinet tit. 42. ꝗ eſt tit. generalis & ꝓinde 1: Sed ab-
olitio eſt vel generalis & publica, vel eſt ſpecialis ſeu privata; de privata agitur
Tit. XLIII. *tit. 42.* de publ. eſt tit. *43. de gener. abol.* Ratio a. cur hic tit. de publ ſit poſterior, &
ille de privata ſit prior. hæc eſt, tum quia tit 42. etſi propriè agit *de priv. abolit.*
tamen generali verbo *de abolit.* conceptus eſt. tum quia privata abolitio eſt fre-
quentior: publica eſt rarior & extraordinaria.

Tit. XLIV. Proximus eſt *tit. 44. ut intra cert. tẽp. &c.* Ratio ord eſt, ꝗa ut modo dictum ju-
diciũ criminale interdũ nõ ꝓducitur ad finẽ ſ nõ terminatur: idq; 2. modis fit ab
olitione & deſertione, ut modo d. De abolitione dictũ eſt jam reſtat deſertio, de
Tit. XLV. qua eſt *tit. 45. ad SC. Turp.* ſed ante eũ ponitur d. *tit. 44. ut intra cert. tẽp.* Ratio or-
dinis, q̃ judiciũ criminale deſeritur aut negligẽtia quadã & mora, aut cõſilio &
deliberato & hic ꝗ cõſilio deſerit, propriè deſertor & tergiverſator dicitur, is-
q́ue punitur hoc SC. Turpill. qui negligẽtia, morator poti⁹, quã deſertor eſt ꝗ
nõ punitur, & ꝓinde de moratore pri⁹ agitur, *d. t. 44.* de deſertore. *tit. 45.* ad Tur-
pill. Putat tamẽ Cuj. moratoris nomẽ graviùs eſſe quàm deſertoris⁹ ꝗa, inquit,
gravi⁹ punitur morator. *l. 1. d. tit.* 44. Sed moratoris crimẽ videtur levius ꝗa ne-
gligẽtia & culpa leviorẽ dolo, ſ. proæreſi & cõſilio, putoq; gravius puniri deſer-
torẽ, cuj⁹ pœna eſt extraordinaria. *l. 1. tit. 45. l. 5. §. pen. de pœn. l. 3. C t. 1.* Et hęc de mo-

ratore & deſertore,ſ tergiverſatore:qb⁹ nõ abſimiles ſũt calumniatores,ſed illi vera crimina,hi falſa intẽtãt.*L.1.aa Turpill.*quare tit. 44 & 45.ſeq tur recte *tit. 46.de cal.*Huic prox.deinde eſt *tit.47.de pœnis.*Nã h e.ordo judicii criminalis ſc. ſi judiciũ nõ deſeratur,ſed legitimè terminetur ſẽtẽtia cõtra reũ lata, ut tandẽ ad executionẽ veniatur,h e ,ad pœnã ſẽtẽtia cõprehenſã. Eodẽ pertinet *tit.48. ne ſin.juſſ.*Nã cõfiſcatio eſt ſpecies pœnę,ſed prior eſt tit de pœnis q a eſt generalis.Huc quoq;pertinet *tit.49.de bõ.pra/.*Nam & h.tit.eſt de confiſcati. Cur autẽ ille ſit prior,hic poſterior,ratio ord eſt q a ille eſt de ipſo judice,ſive magiſt & ꝓ inde prior ꝓpter dignitatẽ,& ꝓpter ordinẽ.h.*tit.49.*eſt de ipſis bonis cõfiſcandis.Eodẽ pertinet *tit.50. de bõ.cor.qui mort.ſibi cõſc.* Nã & h e de cõfiſcatione. Eſt autẽ ſpecialis h.tit(Nã eſt de eo tãtum ſ.de cõfiſcatione ej⁹,q mortẽ ſibi cõſcivit.nõ de cõfiſcatione generali ſive cujuslibet,ut prior)& iccircò eſt poſterior. *Tit.XLVI.* *Tit.XLVII.* *Tit.XLVIII.* *Tit.XLIX.* *Tit.L.*

Ultim⁹ tit.huj⁹lib.9.eſt tit.51.*de ſẽt.paſſ* Ratio ord. q a cum adhuc dictũ ſit de ord.judicii crim..ab initio h.e.,accuſat.,uſq;ad finẽ,h.e.uſq;ad ſẽiã & executionem(q eſt ordo legitim⁹ & ꝑpetuus ut ſentẽtiã ſequatur executio,ſi modo ſentẽtia ſit recta & legitima.)Adjungitur h.1.tit.quo interdum extra ordinẽ reſcinditur ſñia criminalis puta p reſt. in integrũ à principe impetrãdã Ex quo ratio ord.ſatis intelligitur,tum quia rata & legitima ſunt priora irritis tum quia hęc reſtitut. eſt beneficium princip.extraord.:& ꝓinde ultimum, & hæc de libro 9. *Tit. LI.*

Liber X. Codicis.

Nunc de reliquis 3 lib.C.videam⁹,quib.reſpõdent 2.ultimi lib ff. puta 49 & 50. Ordo eſt difficilis,eo ꝙ hi tit nõ fuerunt in Edicto ꝑpetuo, ſed tãtum in C. The. cuj⁹ ordinẽ tamen Tribun.in his tribus lib.ſæpe mutat. Et h.trib.lib illic 8 continentur,puta li.6.7.8.10.11.13.14.& 15.Quod ad ordinẽ liberor.attinet,is jã ſ expoſitus eſt hic de tit.agimus.Ergo hic liber 10 continetur 77 tit.qui ad 3.c non incommodè revocari poſſunt.I.De jure fiſci.II. De jure civitatum.III.Eſt acceſſorium. I. Cap.de jure fiſci continetur tit.30.quorum 1.eſt *tit.de jure fiſci*,ratio,quia eſt generalis.Hunc generalẽ tit.ſequuntur alii ſpeciales,qui in 4.mẽbra ſecari poſſunt.I.De debitis & cõtractibus fiſci.II.De bonis in fiſcum cadentib.III. De theſauris.IV. De annonis & tributis I. Membrum diximus eſſe de rebus Fiſci contractibus ejus,& debitis.quo pertinet tit. 2 & 7.ſeqq.Ratio ord.quia primum de reb.,quę ſunt jã Fiſci,aut quæ ipſi debẽtur ex cõtractu,q a de iis quæ nondum ſunt.quæq;adquiri fiſco aliquando poſſint,agi debebat.Huc igitur pertinet *titul.2.de cõvenend fiſci debi or.b & tit.3.de fide & jure haſtæ fiſcal.&c.* Uterque eſt ſumptus ex C.The.*lib.9.*Ratio ord eſt q a *tit.2.*eſt *de cõv.deb.tit.3.de bonis cum ad.* Cõventio autem præcedit venditionẽ, ut & ſ dictum ad *tit.de diſtr.pig.lib.*8.Hos ſequitur *tit.4.de vẽd.re'.F.ſ.&c.* Nam & hic tit pertinet ad venditionem:ſed prior eſt tit.3.q a eſt de venditione rerum ad ſolum fiſcum pertinentium, tit.4.eſt de venditione rerum cõmunium h. e. partim ad fiſcum,partim ad privatos pertinẽtium.Ad vẽdition.quoq; pertinet *tit.5.ne fiſc.rẽ.quã vẽd.&c.*ſed priores ſunt de venditione cõtrahenda h.e de vẽditiõe jã contracta retrahenda,& proinde eſt poſterior.Hunc ſeq.*tit.6.de his qui* *Tit.I.* *Tit.II.* *Tit.III.* *Tit.IV.* *Tit.V.* *Tit.VI.*

*ex publ.rationib.&c.*q tit.ſumptus eſt ex *tit.44.de his q cũ diſpẽſ.cõtrax.d.lib.10.C.*
Th Ratio ord.eſt q a prius de cõtractib.cum fiſco licitis, posteri' de illicitis & p
Tit.VII. hibitis agitur, ut h.tit eſt de mutuo phibito, Cui prox.eſt *tit.7.pœnis fiſc.cred.p-*
ferri Ratio ord.eſt q̃a hactenus d.eſt de jure fiſci ſ.ejus privilegio, & *πρωτοπραξία* in obligatione ſ.cõtractu principali, h.e.ſorte, nunc de acceſſorio, in quo Fiſ
c' nõ habet privilegium.ſed alii creditores ei pferuntur. Acceſſiones a.2.hic ad-
Tit.VIII. feruntur, pœna & uſura Et de pœna pri' h.agitur.tit.7.de uſuris, poſterius *tit.8.*
de Fiſc.uſur Ratio ord eſt, tum q a pœna interdum eſt q̃dã principale ut ſi pcu-
rat.fiſci mulctã alicui infligat tum q a de uſura q̃ritur, an ea tã ſortis q̃ pœnę ex
Tit.IX. igi poſſit à fiſco, q negatur *in l.1. hoc tit.8.* quẽ ſequit̃ *tit 9.de sẽt.adverſ fiſcũ latis,*
&c. q q̃a agit de retract., & reſcind. ſentẽtiis, cõtra fiſc.latis, ult.eſt in h.1.mem-
bro. q a inutilia & retractãda & prohibit. in ulti.locum rejici ſolẽt ut & *ĩ lib.9.*
tit.ult Secundum mẽbrum hujus 1.cap. dixi eſſe de bonis in fiſcum recidentib.
Quod cur ſit pri' 3 & 4.hęc mihi videt̃ rão tum q a hęc bona caduca & vacãtia,
cum nullum habeãt Dñum, vidẽt̃ q̃amodo ipſo jur eſſe ppria Fiſci: tum q a etſi
nõ tn h.2., ſed & 3 & 4.mẽb.agunt de mod. quib. bona adq rãtur Fiſco tn hic in
2 mẽb eſt frequẽtior reliquis, puta ſi bona ſine Dno in fiſcum recidãt, quæ ele-
gãter græce *ἀδέσποτα* dicunt̃, quorum in jure variæ ſunt ſpecies, ut, caduca va-
Tit.X. cãtia &c. Ad h.igit̃ mẽb.2 ptinet 5.t quorum 1 eſt *t.10.de bon.vac.* Ratio eſt, tum
q h.t eſt generalis, licet ſpecialiter inſcript. (nã ſub eo agitur nõ tã de bonis va-
cant.ſed ẽt de aliis ut ex confiſc, ex tacito fideic. &c. ad fiſc pertinẽtib.) tum q a
h t agit de ipſa bonorum adquiſit, ſ.ipſo jure, quo bona fiſc adquir.puta, quia
vacantia quia publicata, quia cõmiſſa. quia caduca ſunt &c. Eſt autem h.tit.*10.*
duplex.puta de bonis vacantib.& de incorporatione, q̃ 2. partes in C.The. duos
hẽnt diſtinctos tit nẽpe *lib.10.tit.8.9.* ut cõtra q hic 2.diſtinctis tit.puta tit.11.12.
ibi continẽt̃ uno, puta *t.10 lib.10.*C.Th Bona a ad fiſcũ.qn redierint, & ptinere
cœpint, ſolẽt fiſco nũciari p delatores. Et h.e.ratio, cur *tit.10.de bon.vac* ſubſe-
Tit.XI. quat̃ *tit.11.de delat* Solent a.ſæpe ea bona peti p privatos à principe, ſtatim atq;
eſsẽt delata & ſæpe ante. Et hæ quaſi petões bonorũ dicunt̃, hi phibent̃ ac tol
Tit.XII. lunt̃ *tit.12.de pet.bon.ſubl.* Et hæc quoq; eſt ratio ad hũc tit.quia bona delata ſta-
tim ſolent peti, ut jã dictũ eſt, & interdũ ante delõem. Quare & in C.prius ponit̃
Tit.XIII. petitio, ut *tit.10.*C.Th.*de pet* & ultro datus delator. Ad delatores quoq; ptinet
tit.13. de his q ſe deferunt. Ratio ordinis eſt pſpicua, quia *tit.de delat.* eſt generalis,
& eſt de iis potiſſimũ, qui deſerũt alios, ſed h.tit 13.eſt de delatorib.q ſeipſos de-
Tit.XIV. ferũt.q pprie nõ ſunt delatores: & pinde priorib.ſunt poſteriores. Hunc tit.ſe-
q t̃ t.14.*ſi liber.imp.ſoc.&c.* nã & hic eſt de bonis vacãtib.ſed ſpecialẽ casũ cõti-
net, & pinde diſtinctus & poſterior eſt priorib.tit in illis.n.Fiſc' ſuccedit, in his
Tit.XV. nõ ſuccedit. Et hęc de 2 mẽb. Ad 3.ptinet tm 1.*tit.15.de Theſ.* Ratio ordinis eſt, cur
h.mẽbrũ ſit 3.tũ q a ut 2.eſt de bonis vacãtib: h.e. *ἀδεσπότοις*, ita & theſauri ſunt
pecunię ſine dño: ſed vacãtia ſemp ad fiſcũ ptinent, eaq; tota excepto caſu t.14.
theſaurũ, de quib eſt t.15.nõ ſemp ptinet ad fiſcũ, ut & in Inſt.*§.theſaur.de rer.di-*
viſ. IV. Hujus cap. mẽbrũ diximus eſſe de tributis. Ratio, cur h.ſit ult, eſt, tũ q a
tributa nõ ſunt fiſci, ita ut priora bona (nã tributa nõ ſolẽt eſſe, niſi judicãt̃) tũ

q a tributa magis videāť extraord q̃ vis hodie pleraq; facta ſint Canon. & ordina-
ria atq; cōſueta. ¶ Ad h. membrũ ptinent 15. t. quorũ 1. eſt *t. 16. de ann. & trib.* q a eſt Tit. XVI.
generalis. cui adjũgitur *tit. 17. de ind.* & c. t *18. de ſuperind.* q tit. plerũq; ſunt ſumti Tit. XVII.
ex C. Th. *lib. 11.* Ratio ordinis eſt quia 1. de ipſis tributis qui & quatenus ſolvi de- Tit. XVIII.
beāt: deinde q̄n ferè fieri ſolet p indictões, h. e initio 7b. & hic eſt *t. de ind.* Nã in-
dictões nihil ſunt aliud, q̃ tributa ſed certo tẽpore ſolvenda. Unde indictõum
uſus ad tẽpora annor traduci cœpit Initium a. indictõum erat 7b. menſe: quos
inſtituit nõ Th ut putat Cedrenus, nõ Auguſt. Imp. ut vulgo putāt Aſtrologi &
& Notarij, ſed Conſt. M. Imp. q confirmari pōt 1. ex Græcorum faſtis, quos ad-
ducit Onuphrius in quib initium & origo indictõum diſertè refertur ad Con-
ſulatum 2 Imp Conſt. & Licinij: 2. ex ll. C. & Synodis veteribus, in quib. nusq̃
fit mentio indictonum ante Conſt ſed ſæpè fit mentio earum ſtatim poſt, ẽt diu
ante. Th. VI. indictionis 4. ſub Conſtant. & Conſtante Impp. fit mentio in ſyno
do Hieroſolym. apud Athanaſ. Sic 15. indictionis fit mentio ſub Impp. Valentin.
& Valente *in l. 14. C. Th. lib. 13. tit. de navic.* ſed hæc παρέργως ſunt d. titul. a 17. rectè
ſeq. tit 18. *de ſuperind.* q nihil eſt aliud q̃ augmẽtum indict. ſive tributi. Eum ſeq.
tit. 19 *de exact. tribut.* Ration. poſtulat, ut prius de ipſis tributis, q̃ & q^n ſint ſol- Tit. XIX.
venda q̃ de ijs exigendis & de eorum exactorib. agatur Cui adjungitur tit. 20. *de* Tit. XX.
ſuperexact exemplo indictionum & ſuperindict. hic prius exactiones deinde ſu-
perexact ponuntur. Exactio eſt licita, ſuperexactio illicita, & proinde poſterior
Hunc ſeq. tit. 21. *de capien. & diſtrah. pign. &c.* Nam exactioni ſi collator ſive tri- Tit. XXI.
butarius nõ paret. ſolet exactor bona collatorum pignori capere eaq; diſtrahe-
re. Sequ. tit 22 *de apoch. publ.* Ratio ordinis, quia priores ſunt de tributis ſolven Tit. XXII.
dis & exigẽdis: hic eſt de jam ſolutis & exactis: quorum jam ſolutorum apochas,
collator ſi oſtendat novo exactori, tutus erit à nova exactione & hæc dicuntur
apochæ publicæ: quia ſunt apochæ tribut publicorum Hunc ſeq tit. 23. *de Can.* Tit. XXIII.
largit. tit. Ratio ordinis, quia hactenus generaliter d. eſt de tributis. nunc ſpeci-
es q̃dam tribut. ſive collationum exponuntur, q̃ vis hæc ſpecies potius eſt uſus
ſpecialis, q̃ propria ſpecies tributi Priores n. pertinent ad gener. uſum tributo-
rum: hic ad privatum principis ærarium, ex quo Pr & dona dat (vocat hic largi-
tionales tit h. e tributa ac dona principis) & neceſſaria ad rem famil. comparat.
l. 2. ſ. de metal. Hunc ſeq. tit. 24. *ne operæ a collat. exig.* Ratio ordinis, quia hactenus Tit. XXIV.
d. q̃ ſint licita, h. e q̃ exigi poſſint tributa, ut ſunt ſpecies, puta frumentum, hor-
deum. ſal, caro, lardum, eq, aur. & arg. veſtes, &c. Nunc de ijs q̃ ſunt illicita q̃q;
exigi à ſubditis nõ poſsũt, ut ſunt opę. Illicita & ꝓhibita ſunt poſteriora. Sequ.
t. 25. *de immun. nem. cõce.* Ratio ordinis, q a ut t. 24. eſt ꝓhibitorius de operis, ita & Tit. XXV.
h. e. ꝓhib. de immunitate. Cur ille ſit prior, h. e. ratio, q a operarũ q̃. ad genera tri
buti ptineat, de quib. generib. antea fuerat actũ. Et hoc ferè generaliter de tri-
butis. Nunc verò ſpecies collationum ſ. tributorum exponuntur, multa ſiq̃ dẽ
in C. The. li. 11. Sed hoc in C. ex illis decerptæ, quarum collatiõum 1. eſt coem-
ptio ſ. συνωνητον. Eſt a. hęc ſpecies collationis, cum frumẽtum. hordeum. vinum,
avena, panis, caro, lardum &c. ad us' militares juſſu principis coëmuntur, quę

uno nomine ſpecies dicuntur, quas coguntur provinciales & ſubditi pendere
Tit. XXVI. principi, ſed juſto precio ſoluto. Et huc pertinet *tit. 26. de cōd. in publ. horr.* & *tit.*
Tit. XXVII *27. ut nem. ni liceat in coēpt. ſpec.* Maximè ad hāc coemptionē pertinet tit. 27. Nam
tit. 26. nō eſt ꝓpriè de coemptione ſpecierum, ſed de cōditis ſpeciebus i. de iis,
quę jā ſunt recōditę in horreis publicis. ¶. Ea a. cōdita, q̃a prius expèdi & ab-
ſumi debent, quā nova coëmi, ꝓpter *tit. de cod. &c.* prior eſt tit. de coempt. Hos 2.
Tit. XXVIII ſequitur *tit. 28 de collat. don. &c.* & hunc *tit. 29. de collat. æris, &c.* & tandem *tit. 30. de*
Tit. [illegible]X. *diſcuſ.* q̃ tit. ſunt ſumpti ex C. The. *d. li. 11.* Ratio ord. q̃a ut modo dictum ſpecies
Tit. XXX. quędā collationum hic ordine exponuntur Prim⁹ eſt coemptio. de qua ja d. *tit.*
26. & 27 altera eſt collatio donatorum, de qua eſt *tit. 28.* prior fit in ſpecieb. ut fru
mēto oleo &c. Hęc altera fiebat ferè in auro & arg. *l. 1. C. The. hujus tit.* Cui rectè
adjung. 3. quæ eſt collatio æris ꝙ eſt auro & arg vili⁹, & proinde poſterius, *d. tit.*
29. Cui adjungitur *tit. 30. de diſcuſſ.* q̃ eſt ult. in h. art de tributis, & collationib,
hac rōe q̃a priores oēs ſūt de tribut. ſolvēdis, & præſtādis: h.e. de tributis jā ſo-
lutis. Nā diſcuſſor, cuj⁹ mun⁹ eſt rōes tributorias i. collationum diſcutere & ex-
aminare, demum facta collatione intervenire ſolet. Et hęc de primo capite hu-
jus libri *10.* quod eſt de Jure fiſci, ut ſupra dictum.

Alterum c. ut dixim⁹, eſt de jure civitatum, ꝙ illo eſt poſterius optima rōe: q̃a
civitates ſunt privatorum loco: fiſcus eſt principis: & proinde prior dignitate.
Hoc a. caput de jure civitatum eſt bimēbre. Nā prius membr. eſt de Decurion.
poſterius de munerib. Ratio ordinis ad hæc duo membra exponetur ad tt. ubi
Tit. XXXI. idem eſt ordo. Ad prius igitur memb ꝑtinēt tit. 7. ex iis 1. eſt tit. *31. de Decur. & fi-*
liis eorū, &c. q̃a eſt generalis omnia fere jura Decurionum cōplectitur, maximè
Tit. XXXII. de ꝑſonis, q̃ Decuriones eſſe poſſint q̃ nō poſſint. Hunc ſeq̃tur tit. *32. ſi ſerv. aut*
[illegible] *libert. ad Decur. &c.* Nā & hic tit eſt de ꝑſonis, q̃ non poſſunt eſſe Decuriones de
quib. ſeparatim & poſterius agitur q̃a ſunt viliores, & q̃a delictum hic tit cōti-
net, puta quia hi adſpirant eo, quo nō denut, ideoq; puniuntur. Et hęc de ꝑſo-
Tit. XXXIII. nis potiſſimum Decurionum. Nunc de reb. & bonis eorum ad q̃ pertinet tit. *33.*
de præd. Decur. &c. Nā prius de ꝑſonis, q̃ de reb. agi ſolet. Ad ea quoq; ꝑtinet tit.
34. quan. & quib. deb. &c. ſed tit *33.* eſt de actu inter vivos, ut de vend. bonor. titu.
Tit. XXXIV. 34. eſt de teſtam aut ſucceſſione ab inteſt & ꝓinde eſt poſterior. Cuj⁹ velut pars
Tit. XXXV. eſt tit. *35. de impon. lucr. deſc.* Nā ut tit. 34. ita & hic 35. ad ſucceſſiones ꝑtinet ¶ Hoc
.n. tit. imponitur heredi Decurionis onus ꝗdā, aut ēt aliis. q̃ bona Decurionis
nacti fuerint, ex cauſa lucrativa, ut legato donōe, &c. Et h onus hic dicit deſcri
Tit. XXXVI. ptio lucrativorū Hi quoq; tit. ſunt ex C. Th. Sed ex li. 12. ex quo eſt ēt ti. *36. ac pb.*
ſal. qui tit. q̃a eſt ꝓhibitorius nā prohibētur ſalaria dare decuriones ſine mand.
Tit. XXXVII. principis, ꝓpterea poſteriorē lōcū tenet, ut & tit. 57. *ſi curial. rel. civ. &c.* Nā & hic
eſt ꝓhibitorius, ſed prior eſt t. n ex parte ꝓhibitori⁹, & ꝑtinet ad bona: ideoq; ꝑti
or eſt tit 57. q̃ eſt omninò ꝓhibitor. ideoq; planè ult in h. i mēbro, c. 2. ꝙ mēbrū
eſſe diximus de Decurionib. ſive curialib. Alterū hujus cap. membrū, ꝙ de mu-
Tit. XXXVIII. nerib & honorib diximus cōtinet 32. tit. quorū 1. eſt tit. 38. *de mun. &c.* & alter
Tit. XXXIX. eſt tit. 59. *de incolis, & ubi q̃s domi, &c.* q̃ 2 tit. ſunt t. tū q̃a ſunt de ꝑſonis ipſis ad
munera gerēda vocādis ſint aptis: tū q̃a eas cōtinēt, ex quib. intelligatur, q̃s &

ubi debeat fungi munere & honore. Rectè à municipes incolis pferunt: q a municipes ſunt cives, incolæ nō itē. His jā pximus eſt tit. 40. *de mun. & hon. &c.* Nā & hic tit ad pſonas ptinet P. & P. ſed priores ſunt de munerib. primū incipiendis hic decōtinuādis: & pinde poſterior. Huic additur jā tit. 41. *de mun. pat.* Ratio ordinis. q a pſonarū tractōem ordine ſeqt tractatio de re ipſa, h e. de munerib. ſed munera q a partim ſunt pſonalia, partim patrimonialia, omiſſo priore mēbro (fortaſſe quia & in ff. & i. ſub ti plixo *de Decur.* ſatis actū) de munerib. patrimoniorū hic agitur: reliqui tn tit. ut & priores ptinēt nō tm ad patrimonialia ſed ēt ad pſonalia munera, ut eſt tit. 42. *quemad. civ. mun. &c.* Ratio ordinis ad hunc tit. eſt, tū q a prius agēdū de re aut munere ipſo, ut *tit 41.* poſterius de modo, ut hic, tū q a hic tit. 42. agit potiſſimū de munerib. his iteratis at 2. aut iterata, ſunt poſteriora Hunc tit ſequit tit. 43. *de hu qui ſpont. &c.* Ratio ordinis hæc eſt q munera publica alij cogātur ſubire de quib. hactenus alii nō cogātur ſubire ſed tn ſubeūt ſua ſpōte de quib eſt hic tit. alij neq; cogūtur ſubire, neq; ēt ſubeunt, puta quia ſunt immunes quo ptinēt ēt ij qui phibēt, ut infames, rei. exules, mulieres, de quib j. Et hic ordo minime cōſentaneus eſt ut prius de adminiſtrātib poſterius de nō adminiſtrantib. agatur. Adminiſtrantiūaūt ut dictū duo ſūt genera: partim q coacti & neceſſario partim q ſponte: adminiſtrātiū item 2. ſūt genera: partim q immunitatē & excuſationē habēt. partim q prohibentur. Qui a. immunitatē habēt, eā vel à principe impetrāt, quæ videt vacatio muneris, vel excuſationis aliq causā habēt. De vacatione prius agit, ppter dignitatē principis, à quo impetrat. Et huc (ad vacationē inq munerū) ptinet tit. 44. *de his a princip. &c.* & tit 45. *de vac. publ. mun.* prior tit exponit, à quo ſit impetranda, & quib ex cauſis. poſterior exponit, q dnā ea vacatione cōtineat h. e, agit de effectu & pinde eſt poſterior. Ad q rōem quoq; ptinet tit 46. *de dec. decur.*. priores 2. ſūt de vacatione à principe, ſed h. de vacatiōe à Decurionib. impetranda, quę phibetur exceptis pfeſſorib. bonarū artiū. Impetrationē immunitatis jam ſeqtur excuſatio à muerib. quo ptinent 14. tit. quorū 1. eſt tit. 47. *de excuſ. mun.* q a generalis eſt, cuj⁹ tit velut pars eſt, tit 48. *de quib. munerib. vel præſtationib. &c.* nā & h. e. generalis, ſed eſt poſterior: q a muneraalia ſunt. de q b. licet ſe excuſare, de q b. eſt prior: alia de quib. nō licet, ad quę ptinet h tit. Hos generales tit ſeq. jā ſpeciales, in q bus cauſæ excuſationū à munerib exponunt. Cōmuniter a aliæ ſunt juſtæ aliæ injuſtæ. De juſtis pri⁹ agit juſta rōne. Inter has 1. locum obtinet ætas, de qua eſt tit. 49 *q ætate, &c.* Ratio ord. eſt hæc fortaſſe, q a hæc cauſa eſt maximè generalis. & freqētior. ¶ Altera cauſa eſt morb⁹, de qua eſt tit 50. *q morbo, &c.* Nā & hæc cauſa eſt ſatis cōmunis ſive generalis: ſed odioſior & ad mortē ppior, ac pinde poſterior 3 4. cāæ ſunt num. liber. & paupertas tit. 51. *de iis qui nu. lib. paup. &c* Ratio ordinis tum quia hæ cāę nō ſunt ita generales & frequentes. tū quia ſpeciali privil. cāa hæc de num. liberor eſt inducta. Hunc ſequit tit. 52. *de profeſ. & med.* q r cāa liberal. artium in paucis. cadit, eoq; ut valde ſpecialis poſterior eſt. Hujus tit. velut pars eſt tit prox 53. *de Athl.* Nā & Athletar eſt ars, ſed eſt corporis: at priores ſunt animi, quare hęc 6 cāa artis Athleticæ à reliquis diſtingui pōt. VII. cāa eſt militia, ad q pertinent 2 tit. puta t. 54. *de his, qui nō impl.*

Tit. XL. Tit. XLI. Tit. XLII. Tit. XLIII. Tit. XLIV. Tit. XLV. Tit. XLVI. Tit. XLVII. Tit. XLIIX. Tit. XLIX. Tit. L. Tit. LI. Tit. LII. Tit. LIII. Tit. LIV.

perſonalibus: quam patrimonialibus, ſed hic tãtum pertinet ad immunita-
tem perſonalium, *l.3. ſup. de muner. patrim.* Hunc ſequitur tit. 66. *de potiorib.* Tit. LXVI.
ad mun. nominan. Cur autem de hac nominatione ad extremum agatur, eſt
hæc ratio, quia priores cauſæ excuſationum valent per ſe, hæc valet propter
alium. Ea enim quæ per ſe potiora ſunt illis, quæ propter aliud. Cui titulo
adjungitur tit. 67. *ſi propter inimicit. creat. &c.* Nam & hęc cauſa excuſationis Tit. LXVII.
non eſt propter ſe, ſed propter alterius quaſi delictum, qui ſuam inimicitiã
& odium explere velit, & non conſulere Reip. in munere alicui deferendo,
quod quia quaſi delictum eſt, poſteriorem locum obtinet hic tit. 67. quem
ſequitur tit 68. *de ſumpt. recuper.* Ratio ordinis eſt, quia excuſatione indicata Tit. LXVIII.
& non accepta, poteſt quis appellare, & ſumptibus in eam appellationẽ fa-
ctis ſi juſtè appellaverit nominatur ad munus, à quo ſe excuſaverat, recupe-
rabit à nominatore, qui excuſationem accipere noluerat. Ultimum locum
obtinet tit 69. *ſi poſt creationem, &c.* quia ſcilicet de morte agat hic tit. nomi- Tit. LXIX.
nati ad munus & quidem de ea morte quæ poſt creationem accidit. Et hæc
de ſecundo c. hujus libri. Tertium & ultimum caput acceſſorium vocavĩ,
quia de miniſtris ſive officiis, hoc eſt officiarijs agit qui operam prę̃ſtãt fiſco
in vectigalibus & curijs, & civitatibus de quibus ſupra dictum Cõtinetur
hoc c. 8 titulis, quorum 1. eſt tit. 70. *de tabulariis* Ratio eſt quia hic titulus Tit. LXX.
eſt de ijs officijs, quæ ſerviunt partim fiſco partim civitatibus ſed tit. proxi-
mus eſt 71. *de ſuſcep. prepoſ.* ad ea pertinet officia quæ tantum fiſco ſerviunt:
proinde tit 70 eſt prior & communior, tit. 71. eſt poſterior, ut ſpecialis. Cui Tit. LXXI.
adjungitur tit 72. *de ponderat. & auri illatione.* Nam & hi fiſco ſerviunt in ve- Tit. LXXII.
ctigalibus maximè tamen in una vectigalium ſpecie, puta in pecunia, ſoli-
dis ſive aureis. Et hæc quoq; eſt ratio, cur hic tit *de ponderat.* ſtatim ſequatur
priorem titulum 71. Sub eo titulo 71. *in l. ult.* agitur de auro & argento & de
ponderum iniquitate, ut rectè ſtatim adjungatur de ponderatoribus, tit. 72.
quem ſequitur tit. 73. *de auri publ. perſecut.* Ratio ordinis eſt perſpicua pri- Tit. LXXIII.
us enim aurum ſive ſolidi vectigales ponderantur, poſterius ad fiſcũ & prin-
cipem deportantur per perſecutores. Huic tit. adjungitur *titulus 74. de his,* Tit. LXXIV.
quæ ex publ. &c. & hunc ſequitur *tit. 75. de auro coronario.* Ratio ordinis vide- Tit. LXXV.
tur obſcurior. Nam prioribus titulis de auro videatur potius hic *tit. de auro*
coronario, adjungendus ſtatim, quam ille, *de his, quæ ex publ &c.* & tamen hic
prior eſt *titulus de auro coronar.* etiam in Cod. Theod. id quod hac de cauſa,
quia ſub *titul. 73. de auri publ. perſec.* id maximè agitur, ut perſecutores, qui
aurum collatum à Provincialibus & jam ponderatum, quaſi interdum reti-
nebant, in poſterum prohibeantur id diutius retinere. Cui prohibitioni de
non retinendo auro adjungitur alia prohibitio, de non uſurpando vectiga-
li, vel etiam alio quolibet tributi genere. Uſurpare inquam, hoc eſt, vel mu-
tuo ſumere, vel in ſuos uſus convertere. Poſtea redit Tribun. ad aurũ, de quo
jam egerat in fine *tit. 71. & tit. 72. & 73.* atque adjungit jam *titul. 75. de auro co-*

Theod. tit. *de argenti pretio, &c.* Sed eum titulum Tribun. ex Cod. Theod. in hunc noſtrum Cod. tranſtulit, ante hunc *tit. de aur. luſtral. &c.* eumque poſuit ultimum in libro priori; Hac, ni fallor, de cauſa, ut non longè abſit ab hoc ipſo titulo & etiam, quia ille titulus, *de argenti pretio, &c.* non pertinet ad collegia, & proinde remotus eſt ab hoc libro 11. qui initio agit de collegijs. Itaq; ſecundus jam titulus hujus lib. 11. eſt *de navicularijs ſive naucleriis publ. &c.* quo ti. continetur alterũ corpus generale puta naviculariorum. Et ad hoc caput pertinet tit. 2 & 4 ſeqq. Titulus 2. ut generalis eſt idcirco inter hos titulos de navicularijs, primum locum tenet: quem ſequitur ſtatim *titul. 3. de prædiis, & omnib. reb. navic.* Ratio ordinis eſt quia prius de perſonis, poſterius de rebus & prædijs ſit agendum Utenim ipſi navicularij, ita & prædia eorum ſunt obnoxia ad hoc onus & functionem naviculariorum ſuſtinendum. Hunc ſequitur *titul. 4. de navib. non excuſ.* qui titulus eſt prohibitorius, ut & *tit. 5. ne quid oneri publ. impon.* idcirco ſunt poſteriores. Cur autem titulus, *de navib,* ſit prior titulo, *ne quid, &c.* ratio eſt, quia titul. 2. & 3. ſunt de navibus publicis, quos ſequitur rectè tit. 4. qui eſt de *navibus priv.* Nam ut naves collegij naviculariorum ſunt obnoxiæ, tanquam publicæ, ad ſpecies & onera publica deportanda, ita & naves privatorum poſtulante neceſſitate non excuſantur ab ijſdẽ oneribus deportandis Jam *tit. 6. de naufrag.* inter hos titul. nauticos, ultimum locum tenet, quia naufragium eſt velut mors, hoc eſt, interitus navium & ſæpe naviculariorũ. Et hæc de primo membro, quod eſt corporum valde generalium duorum. Secundo membro diximus, contineri corpora magis ſpecialia, ut Principi & fiſco magis addicta, atq; conditionalia, hoc eſt quæ non omnino libera ſunt. Et hinc intelligitur ratio, cur hoc membrum priore illo eſt poſterius, quia ſcilicet ſpeciale eſt. Multa autem Principi deſervientia fuerunt, ut murilegulorum & gymeciar. &c. metallarios quoque eò refero. Nam metalla ſunt Principis, ſaltem ea, de quibus hic agitur. Et ad hoc membrum pertinet *titul. 7. de metallariis & metallis, & Procuratoribus metallorum,* & reliqui uſque ad titul 14. Cur autem tit *de metallariis,* ſit primus in hoc ſecundo membro, ratio hæc eſt tum quia metallarij ſunt honeſtiores interdum quam reliquorum collegiorum ſocij, qui ſemper ſunt ſervi aut ſemiſervi, cum metallici ſæpe ſint liberi tum quia metalla ſunt res valde caræ & pretioſa.

Tit. II. · Tit. III. · Tit. IV. · Tit. V. · Tit. VI. · Tit. VII.

Huic titulo 7 proximus eſt *tit. 8. De murilegulis & Gynaeciariis,* qui titulus continet varia collegia ſeu corpora artificiorum, quæ ad Principis domum & uſum propriè pertinent, quæ omnia rectè ſub unum titulum ſunt redacta: ut & ad unum præfectum P. aut comitem largitionum pertinebant. Huic titulo adjungitur titul *9. de veſtib. holoberis, &c.* qui titulus eſt velut pars prioris. Nam prior titulus eſt de infectoribus & textoribus veſtium. Et hic titulus eſt ferè prohibitorius, ideoque poſterior, quem ſequitur titul. *10. de fabricenſibus.* Ratio ordinis eſt, quia hoc corpus fabricenſium, hoc eſt

Tit. VIII. · Tit. IX. · Tit. X.

[library stamp: LYON]

in fabricis publicis laborantium opificum & armis fabricandis deputatum
ad uſum militarem pertinet priora corpora ad uſum civilem. At civilia mi-
litaribus, ut urbana Provincialib. ſunt priora ut dictum ſæpè. Huic tit. ad-
Tit.XI. jungitur *tit.11. de vet. numiſm. poteſt.* & ei *tit. 12. nulli licere in frenis & equeſtrib.*
Tit.XII. Huic tandem adjicitur *tit.13. de Claſſicis,* in C Theod. *lib.10. tit.22. de fabr.* ſta-
Tit.XIII. tim adjungitur *tit. de Claſſic.* Sed in noſtro C. duo tit. interponuntur, ut jam
dictum. Ratio ordinis & cauſa hujus interpoſitionis ſatis obſcura videtur,
nam *tit.11. de vet. num.* potius pertinere videtur ad corpus monetariorum,
de quo ſupra, *tit. 8.* quod ad corpus fabricenſium, de quo *tit. 10.* Fortaſſe ta-
men hæc eſt ratio ad d. *tit. de vet. numiſm. &c.* Cur ille ſcilicet adjungatur *tit.
10.* ubi de armis, quod arma interdum ſoleant deaurari, ut indicat *l. 1. C Theod. de fabr.* ad deaurationem verò vetera numiſmata hoc eſt aurei potius an-
tiqui, quam novi adhibentur. Cui rationi non malè congruit titul. proxim.
nulli licere, &c. ubi prohibetur margaritarum aptatio, & accommodatio in
frenis, in Baltheis militaribus & alia id genus ad arma & militiam pertinen-
tibus. Atq; ita deauratio & margaritarum accommodatio, nō malè hic con-
jungitur, ubi de armis agitur. Ad militiam quoque pertinet *tit. 13. de claſſi-
cis,* qui ſunt milites deputati purgandis fluminibus & proinde viliores. Hūc
Tit.XIV. titulum ſequitur *tit. 14. de Decurialib. urbis Romæ,* quod collegium decurali-
um Rom. decuralia & alia id genus acta publica ſcribebat & conſervabat, *l.
1. Codice Theodoſ. hoc titul.* Ratio ordinis perſpicua, quia ſcilicet adhuc ex-
poſitis collegiis, quæ toti imperio aut Principi ſerviūt, adjungantur ſpecia-
lia quædam & unius propria collegia, ut urbis Romæ, quorum Romā. Col-
legiorum primum hic ponitur decuralium propter dignitatem, quæ certè
Tit.XV. major eſt in eo, quam in iis, quæ adjunguntur Hunc titulum ſequitur *tit.15.
de privilegiis corporatorum, &c.* quod eſt velut commune quoddam collegia-
Tit.XVI. torum corpus, quamvis propriè corporati dicūtur, ſpecialibus addicti cor-
poribus, ad quos hic tit. propriè pertinere videtur. Cui adjungitur *tit. 16. de
Tit.XVII. piſtorib.* Horum in urbe corpus fuit valdè celebre, qui interdum mancipes
dici ſolent. Huic proximus eſt *tit. 17. de ſuariis & ſusceptorib. &c.* Ratio ordi-
Tit.XVIII. nis ex dignitate ſingulorum ſatis patet. Tandem eſt *tit.18. de collegiatis, &c* Ra-
tio ordinis eſt, quia collegiati propriè dicebantur, quidam collecti ex variis
collegiis & corporibus, erantque deputati ad varios uſus maxime incen-
diorum numerus eorum erat 563. *l.3. ſupra de commerc. & merc.* Rectè igitur
& ordine collegia ſingula prius ſunt expoſita, ex quibus velut colluvies
quædam collectitia collegatorum ſumatur, quos & *lib. 9. Ethymolog. capi-
te 4.* Iſidorus vocat ſordidiſſimum genus hominum. Cur autem huic colle-
giatorum collegio adjungatur collegium Chartopratarum, hoc eſt, Char-
tam conficientium in Chartopratiis, ratio eſt quia conſtitutio h. tit. Char-
topratarum mentionem facit in fine. Et hoc d[illegible]mo cap. quod eſt de colle-
giorum privilegiis Proximum eſt cap. 2. de [illegible] ad urbem Romam & alias
nonnullas

nonnullas pertinẽt privilegiis. Ratio ordinis eſt tum quia priores tituli proximi agũt de corporibus urbis Romæ, tũ etiam propter dignitatem hujus urbis. Continetur hoc ſecundum cap. 11. tit. 15. inter quos primus eſt hic tit. 19. *de ſtudiis lib. urbis Rom.* Quod ad ordinis rationem attinet, videri poſſit, hunc titulũ pertinere ad c. 1. de collegiis, quia & literarũ ſive magiſtrorũ & diſcipulorũ quoddam collegium videtur: id quod hic ultimo loco ſit poſitũ, hac fortaſſe de cauſa. vel quia tum non eſſet propriè collegium, vel quia nõ pertineat ad onera Reip. ut priora collegia. Verũ cum in jure noſtro hujus collegii nulla fiat mentio. malim hunc tit. *de ſtud. liberal.* diſtinguere & referre ad cap. 2. de privilegijs Rom. Nam & hoc erat ejus privilegium, ut ſtudia liberalia omnia tum Romæ & poſtea etiam Conſtantinopoli docerẽtur. Cur autem in hoc ſecundo cap. hic tit. *19.* ſit primus, ratio. propter eorum ſtudiorum dignitatem & favorem, quem titulum ſequitur *titul. 20. de honoratorum vehiculis,* honoratorum, hoc eſt, magiſtratuum vehiculis, quod jus vehiculi propter dignitatem eorũ, quibus id conceſſum eſt, proximũ eſt ſtudiis liberalibus. Huic adjungitur *tit. 21. de priv. urb. Conſt* priores tit. ſunt potiſſimum de Roma, hic eſt de Cõſtantinopoli, quæ dici ſolet nova Roma, altera vetus, cui novæ hic dantur omnia privilegia veteris Romę. & proinde hic tit. priorib rectè adjungitur Huic adjungitur *tit. 22. de Metrop.* hac ratione, quia ut Conſtantinopoli dãtur privilegia nova, ita & huic Berytodarũ novum privilegiũ ſeu jus Metropoleos. Hunc ſequitur *tit. 23. de Canone frumentario, & annonis civ.* Credo, quia priora, ut jus ſcholæ. jus vehiculi, jus metropoleos sũt præſtãtiora: jus canonis & annonę eſt vilius ac inferius, ac proinde inferiori loco explicatur. Ad hoc caput pertinet *tit. 23. de canone frumẽt. urb. Rom.* & deinde *tit. 24. de frum. urb. Conſt.* Ac cur prius de canone urbis Romæ. quã de urbis Conſtantinopolitanæ agatur, cum hæ duæ urbes ſint pares, ut ſupra dictum Ratio eſt? quia Roma propter antiquitatem loco prior eſt Conſtantinopoli, jure & poteſtate par eſt. Eodem pertinet *tit. 25. de annonis civilib.* Annonas vocat panem gradilem oleũ carnem. quæ populo dividi ſolent in urbe: ideoq; & civiles dicuntur, ut differant à militaribus. Duo priores tituli, *de can. frum.* puta 23. & 24. agunt ferè de modo canonis ſive annonæ, atq; de ratione coëmendi:: ſed hic tit. 25. agit de ratione dividendi, & de iis, quibus dividi debeat canon & annona, ideoq; illis eſt poſterior. Quẽ rectè ſequitur. *tit. 26. de mend. validis,* hac ratione. quia publicæ annonæ ad ſublevandã paupernm civium inopiam dividuntur non ad mendicantes validos alẽdos, qui hic prohibentur. Eum titulũ ſequitur *tit. 27. ne nautis Tyberinis.* Ratio ordinis, ut intelligatur, breviter admonendum, hos titulos ex Cod. Theod. ſumptos *lib. 14.* ut eſt & *tit. de precio pan. Oſtienſ. tit. de naut. Tyber. tit. de ſacrariis portus Rom. tit. de pronis horeor. potuenſ.* ex quibus unũ duntaxat hunc *tit. de naut. Tyber.* retinuit hic Tribun Nam cum de frumento Romam deportãdo, & de pane Oſtienſi agatur, rectè poſitus quoque fuit *titul. de naut. Tyber.* qui

Tit. XIX.
Tit. XX.
Tit. XXI.
Tit. XXII.
Tit. XXIII.
Tit. XXIV.
Tit. XXV.
Tit. XXVI.
Tit. XXVII.

ex portu Oſtienſi pleraq; onera, frumentum, cōmeatum, &c. per Tyberim ſubvehebant in urbem Rom. Hunc ſequitur *tit. 28. de frum. Al.x.* Nam &
Tit. XXVIII. in ea urbe erat canon frumētarius: quæ urbs erat velut Roma in Africa. Prius autem de canone urbis Rom. & Conſtāt. agitur propter dignitatem. Hu-
Tit. XXIX. ic adjungitur *tit. 29. de Alex. prim.* Occaſione enim canonis Alexandriæ aliquid etiam de corporatorum ejus urbis privilegiis adjungitur, ut & in Cod. Theod. Et hæc de 2 capite hujus lib. 11. quod eſt de jure & privilegiis urbis Rom potiſſimum. Tertium cap. eſt de jure aliarum civitatum. Ratio ordinis perquam facilis, ut prius de Roma quam de civitatibus, quę ut jam alias dictum, privatorum loco habentur. Et hoc cap. continetur 11. tit quorum
Tit. XXX. primus eſt *tit. 30. de jure Reip.* quia eſt generalis Sic & tit. 31. *de adminiſtratio-*
Tit. XXXI. *ne rerump.* eſt generalis, quoad rerum adminiſtrationem: ſed ille eſt de ipſo jure. Nam prius de re, h. e de ipſo jure, quam de accidente, h. e. adminiſtra-
Tit. XXXII. tione agitur. Hunc ſequitur *tit. 32. de vend. reb. civ.* venditio enim eſt pars ad-
Tit. XXXIII. miniſtrationis rerumpubl cui adjungitur *tit. 33. debit. civ. t.* hac ratione: quia ex adminiſtratione ſępe fit, ut adminiſtrator h.e. curator Reip. ſive magiſtra-
Tit. XXXIV. tus debitor fiat Reip. & eo pertinet h. *tit. de debit. civit.* Quem ſequitur *tit. 34. de periculo nominatorum.* Dictum eſt modo, curatorē interdū fieri debitorem civitatis: hujus debiti ſive obligationis periculum ptinet primum ad ipſum curatorem, ſed pertinet quoq; ad alios, ſi forte curator non eſſet ſolvendo, puta ad nominatores h.e. eos qui crearint curatorē aut magiſtratū, aut etiā interdū ad fidejuſſores. Curator enim civitatis ſtatim initio cogitur dare fidejuſſores civitati. Et hinc eſt, quod de hoc periculo primum eſt tit. 33. qui
Tit. XXXV. ad ipſos curatores, deinde eſt tit. 34. qui ad nominatores: III eſt *tit. 35. de periculo eorum. qui pro magiſtratib. intervenerūt:* q pertinent ad fidejuſſores. Huic
Tit. XXXVI. adjungitur *tit 36. quo quiſq; ordine conveniatur.* qui etiā pertinet ad periculum hujus debiti, ſed ut ſępè jam dictum, ut in ſtipulationib prius agitur de uno, poſterius de duob. reis ſtipulandi & promittendi: ita & hic prius agitur de uno curatore ſive unius periculo & obligatione. poſterius de duobus ſimul ſcil. creatis & collegiis in magiſtratu, de quib. quæritur, quo ordine conve-
Tit. XXXVII. niātur illi. An ſimul ambo in ſolidū teneantur nec ne. Hunc ſequitur *tit. 37. Ne quis liber invitus, &c.* qui tit. eſt de actore, h.e. ſervo diſpenſatore Reip. Nā hic actor plerunq; eſt ſervus. Poteſt tamē eſſe & liber, ſed cogi non poteſt ex hoc tit. Hinc ratio ordinis intelligitur, quia actor curatore eſt vilior, & quia ei ſubſervit tanquam adjutor in rationib & pecuniis exigēdis ac fœnerādis.
Tit. XXXVIII Cui proximus eſt *tit 38. ſumptuum injuſti muneri, &c.* Ratio ordinis eſt, quia de ſumptibus plerunq; ultimo agitur poſt finitū officiū, & quia ſumptus viliores, & nō tantū ab ipſis curatoribus ſive magiſtratibus ſed & ab actoribus illis interdum fiunt & exiguntur. Idcirco poſt utroſq; agitur demum de ſumptibus quamvis curatio Reip. plerunq; eſt ſine ſumptu. *l. 1. ſupra quemadmo-*
Tit. XXXIX. *dum civ. mun. indic.* Hunc titulum ſequitur, *tit. 39. de his qui ex officio quod adminiſtr.*

miniſtr. &c. qui etſi generaliter conceptus tamen ſpecialiter intelligendus
eſt de uſuris, ut ipſa lex indicat, qua curator Reip. ad ſortem quidē tenetur,
ſed non ad uſuras, ſi q damnum ejus culpa accipiat reſp. in reip. pecunia fœ-
neranda. Uſuræ enim ſunt acceſſiones & proinde in poſteriorem locum hîc
ſunt rejectæ Sed poſtremum locum in hoc 3 cap. tenet *tit. 40. de ſolut. & libe-* Tit. XL.
rat. deb civ. Nam ut prius de obligatione quatenentur curatores, ita nunc
de ſolutione poſtremum agitur. quæ ſolutio eſt finis obligationis. Cap. 4. di-
ximus de ludis & ſpectaculis Ratio ordinis eſt facilis: quia rerum ludicra-
rum & vilium tractatio in poſteriorem locum rejici debeat. Ad hoc cap. per-
tinent tit. 7. primus eſt *tit. 41. de ſpectac. & ſcenic. &c.* Ratio ordinis eſt facilis. Tit. XLI.
Ut tamen intelligatur admonendum eſt hic adfert quinq; genera ludorum:
Circenſes, ſcenicos, gladiatorios. venationem & majumam De duobus agi-
tur primo, hoc eſt, *h. tit. 41.* quia illi fiunt in ipſis urbibus, & quia ſunt favora-
biliores ac minus crudeles. Cur autem lenones ſub eodem ti. ponantur, hæc
eſt ratio quia ſcenicæ mulieres plerunq; erant turpes & infames: Huc per-
tinet *tit. 42 de expenſ lud publ.* Nam tametſi hic tit generaliter conceptus eſt, Tit. XLII.
tamen de expenſis ludorum Circenſium propriè agit cui adjungitur *tit. 43.* Tit. XLIII.
de aquaductu. qui tit. ad ludos non pertinet, & tamen hic interjectus eſt tan-
tum occaſione legis tit. prioris, in qua fit mentio præſidis, qui impenſas lu-
dorum tranſtulerat in refectionem murorum. Hac igitur ratione adjūgitur
tit hic de impenſis quæ fiunt in aquæductū publicorum refectionibus. quæ
impenſæ olim erant ingentes. Poſt hunc tit. redit. Tribun. ad ludos puta gla-
diatores, de quibus eſt *tit. 44. de gladiator. pen. toll.* Ratio ordinis tum quia hi
ludi cruenti & minus favorabiles, tum quia hic tit. eſt prohibitorius, & pro- Tit. XLIV.
inde poſterior Cui adjungitur *tit. 45. de venat. ferar.* Nam hic ludus vena- Tit. XLV.
tionis ſive arenæ, erat olim gladiatorio non abſimilis. nimirū quod in gla-
diatorio homines inter ſe, in venatione homines cum beluis pugnabāt. Sed
videtur hic titulus pertinere tam ad venationem ferarum in ſylvis (ita enim
hæc lex poſita ſonat) quàm ad ludum arenæ ſive Circi Ultimum locum in-
ter ludos tenet Majuma *tit. 46. de Majuma,* quia priores tit. & in urbe & in Tit. XLVI.
provinciis, ſed maximè in urbe Romæ at Majuma nunquam in urbe, ſed tā-
tum extra urbem, & in provinciis fiebat. Hunc ſequitur *tit. 47. ut armorum* Tit. XLVII.
uſus inſcio principe, &c. quia tit. & in Cod. Theod. *li. 15.* eſt ultimus ex quo Co-
dice ratio ordinis eſt petenda ad hunc titulum. Nam & in eodem libro deci-
moquinto. ſunt tituli priores de ludis & alij quidem ut *tit. de uſu ſellar.* & *tit.*
de arm. uſu. ſed inter eos eſt tit. *de infirm. his quæ ſub Tyrannis geſta ſunt.* Ex his
tribus retinuit tantum unum Tribun. puta *de uſu armor.* Ratio autem cur in
Cod Theod. eſſet *tit. de uſu ſellar. &c.* eſt, quia ad ſcenicos ludos uſus ſellarum
pertineat, & hac occaſione etiam de uſu armorum adjunctum eſt. Atque ita
in exemplo Cod. Theodoſ hic *tit. de uſu arm.* interdicto hic remanſit. Et hæc
de 4. capitibus hujus libri 11.

Ultimum ſeu quintum caput eſt de Agricolis & agris. Ratio ordinis, quia
hactenus dictum eſt de urbe, & de civitatibus. ut bono jam ordine agatur de
agris. Eſt autē hoc caput bimēbre: prius enim de agricolis, poſterius agitur
de ipſis agris ſive prædijs, eorumq; oneribus ſive tributis. Agricolarū tribu-
ta, quia in ſingula capita erant ſtatuta dicūtur propriè capitationes & inter-
dū capita: agrorum & jugerum tributa, dicuntur propriè cenſus Ratio ordi-
nis ut prius de agricolis agatur, eſt perſpicua, quia de perſonis primo, poſtea
de rebus agendum. Prius membrum continetur decem tit., quorum primus
Tit. XLVIII. eſt tit. *48. de agr. & cenſit.* quia hic tit. eſt generalis, agricolarū ſunt variæ cōdi-
tiones, ſed duæ propriæ. propter quas agricolæ dividūtur in cenſitos & non
cenſitos. Cēſiti cenſum & capitationē pręſtant fiſco, & erant verè ſervi, pro-
prièq; dicuntur adſcriptitii, & interdū tributarii. Nam cēſiti fiſco nihil præ-
ſtāt: ſed tātū domino reditū aliquē. dant & hi propriè dicūtur coloni, erātq;
liberi. Et hoc eſt, quod ait hic *tit. de agris & cenſ & colon.* hoc eſt, non cenſitis.
Tit. XLIX. Hunc ſequitur *tit. 49. de capit. civ. cenſ. exim.* Ratio ordinis eſt, quia prius de
iis, qui præſtant capitationem. ut ſunt ruſtici, cenſiti poſterius de iis, qui ca-
pitationē non præſtant, ut privatio habitu eſt poſterior. Huic ſubjicitur *tit.*
Tit. L. *50 in quib. cauſ. coloni cenſiti dominos accuſare poſſint* qui quia tantū eſt de cen-
ſitis, cū priores ſint generales, meritò hic ut ſpecialis poſtponitur. Quę ſe-
Tit. LI. Tit. LII. quuntur 3. tit. planè ſpeciales, ut *tit. 51. de Colon. Palæſt.* & *tit. 52. de Colō. Thrac.*
Tit. LIII. & *titul. 53. de Colon. Illyricianis.* Ratio ordinis inter hos videtur partim ex ſitu,
hoc eſt, prius de oriente dicendū, deinde progrediendum occidētem verſus,
ut à Palęſtinis ac Thracenſib. ad Illyricanos, partim quia ſub tit. 52. ac 53. a-
gatur de delicto & pœna receptatoris. Hos ſequūtur quatuor tit. prohibito-
Tit. LIV. rii & proinde poſtremi hujus membri prioris: quorum primus eſt *tit. 54. ut
nemo ad ſuū patrocinium, &c.* Ratio eſt, quia ut tit 52. & 53 receptatores Colo-
norum puniuntur, ita & hic ſuſceptatores eorum prohibentur: quo caſu iſti
Tit. LV. ruſtici propriè dicuntur ſuſcepti ſic & *tit. 55. ut ruſticani ad nullū, &c.* quo tit.
etiam prohibetur vexatio ruſticorum ex angariis (Germanicè fronen) Hunc
Tit. LVI. ſequitur *tit. 56. non licere habitatorib. &c.* Ratio ordinis eſt quia priores tituli
prohibitorii de omnibus ſunt ruſticis: ſed hìc tantum de ruſticis metroco-
mice, & proinde ut ſpecialior ita poſterior. Cui adjungitur *tit. 57. ut nullus ex
Tit. LVII. vicaneis, &c.* Ratio ordinis eſt, tum quia ut prior eſt de cōvicaneis, ita & iſte,
tū quia priores tit. ſunt de oneribus propriis ſingulorum ruſticorum, hic de
onere ſive debito alieno, hujus rei ut iniquiſſimæ prohibitio merito ultimū
locum tenet. Alterum membrum eſt de ipſis agris eorumq; jure, & tributis.
Continetur 21. tit. Poteſt autem hoc membrū in duas partes ſecari. Nam pri-
mo agitur de ipſis cōſortibus & inſpectoribus prędiorū: deinde de ipſis prę-
Tit. LVIII. diis ſeu fundis. Ad cenſitores igitur pertinet 1. *tit. 58 de cenſib. & cenſit.* Ratio
ordinis quia cum hoc totum mēbrum ſecundum ſit de jure tributis prædio-
rum ruſticorum potiſſimum (nam tributa tantum in ruſticis prædiis hoc eſt
fundis.

fundis non urbanis, hoc eſt, ædibus jure civili imponuntur) ſciri autem nō poſſit quæ prædia, quæ non, & quantum illa tributi fiſco præſtare debeant, niſi prius illorum conditio, fertilitas aut ſterilitas per inſpectores & peræquatores fuerit diligenter inquiſita: meritò hic titulus de inſpectoribus prædiorum ponitur ante prædia. Hunc ſequitur tit. *59. de omni agro deſerto.* ubi eſt altera pars eaque præcipua hujus ſecundi membri, de ipſis agris & prædiis. Quæ pars altera videtur item bimembris, generalis & ſpecialis. Nā in hac tota parte, cum fundorum genera, decē exponantur, ſteriles, limitrophi, limitanei, caſtellanei patrimoniales, rei privatæ, rei dominicæ, ſive dominici, tamiaci templorū & civitatū: Ex his 4 primi fundi ad generales pertinent titulos: reliqui ſunt magis ſpeciales. Et primum quidem de agris deſertis & ſterilibus eſt d. titul. *59. de omni agro, &c.* Ratio eſt, tum quia hic titulus eſt generalis ut & verba ejus, *de omni agro, &c.* indicant: poſuit tamen & hic ſpeciem fundi, puta ſteriles & deſertos agros: ſed impropriè: tum quia *in l. ult. tituli priorū.* puta 58. agitur de agris deſertis à peræquatore traditis alii: & proinde ſtatim adjungitur titul. *de agr. deſert.* Pars autem hujus tituli his verb. *& quando ſteriles fertilibus imponuntur.* intelligenda eſt de adjectionibus quæ Græcè ἐπιβολαὶ dicuntur, de quibus eſt *Nov. 166.* Eſt autem ἐπιβολὴ ſive adjectio prædii deſerti aut ſterilis attributio & aſſignatio facta conſorti cum onere tributi. Videatur Haloand. *in præfat. Novell.* & Cujac. *lib. 4. obſ. c. 20.* Hunc ſequitur tit. *60. de fundis limitroph. &c.* quo tria fundorum genera continentur: limitrophi ſunt fundi, ex quibus aluntur milites limitanei. Fundi limitanei ſunt illi, qui militibus ſunt aſſignati, & eorum proprii. Caſtellanei fundi ſunt iidem illi, qui proprie ſunt militum caſtellaneorum, hoc eſt eorum qui caſtella tuentur. Ratio ordinis ad hunc titulum eſt: tum quia & hic titulus ex parte eſt generalis (nam limitrophi erant varii, hoc eſt tam privati quam publici & fiſcales & civitatum) tum quia ut prior titulus 59. eſt de fundis ſterilibus quorum tributa ſunt exigua, ita & hic titulus eſt de fundis, quorum nulla ſunt tributa, hoc eſt, qui ſunt immunes, utpote militares aut certè militaribus ſervientes. Huic adjungitur titulus *61. de paſc. publ. & priv.* Ratio ordinis eſt quia hic titulus eſt generalis, ſed priores ſunt de fundis, hic eſt de pratis & paſcuis, quæ ut fundis ſunt minora & viliora ita ordine poſteriora. Hunc ſequitur tit. *62. de fundis patrimonialib.* Ratio ordinis eſt quia expoſitis jam titulis generalibus fundorum, ordo poſtulat ut ſpeciales jam tituli collocentur: inter quos primū locum obtinet hic titulus 62. propter dignitatē principis, ad cujus patrimonium pertinent. Sunt aūt hic fundorum principis 4. genera: patrimoniales, rei privatæ, rei dominicæ, & tamiaci, quæ genera ordine ac deinceps explicantur. Cur aūt patrimoniales primo ordine ponantur hæc eſt ratio, quia hi nunquam mutant dominium, hoc eſt, venduntur tantum à principe. Ad eūdem fundum pertinet titulus proximus, puta tit. *63. de mancip. & colonis patr.*

Tit. LIX.
Tit. LX.
Tit. LXI.
Tit. LXII.
Tit. LXIII.

Nam mancipia & coloni, ſunt velut partes fundorum, ut & ſervi ruſtici inter res mobiles prædiorum numerantur: *l.4. de divers. temp. præſcr. &c.* Huic
Tit.LXIV. adjungitur tit. 64. *de fugitivis col. patrim.* Nam ut prior tit eſt de colonis frugalibus & bonis, ita hic eſt de colonis nequam, hoc eſt fugitivis, & proinde
Tit.LXV. poſterior. Ad eundem titulum pertinet tit. 65. *de collat. fund. patrim.* Ratio ordinis, quia priores tituli ſunt de jure & proprietate fundorum patrimonialium: hic autem eſt de eorum onere ac tributo quod ut eſt odioſius ita eſt poſterius. Et hæc de primo genere fundorum principis. Alterũ diximus fun-
Tit.LXVI. dos rei privatæ, de quibus eſt tit. 66. *de fund. rei priv.* Ratio ordinis, cur inter 4. fundorum principis genera, hi rei privatæ ſecundum locum obtineant, eſt hæc: quia duo genera ſunt generalia, hoc eſt, ſerviunt principi ad omnẽ uſum: puta patrimoniales & rei privatæ: reliqua duo ſunt ſpecialia quæ ſc. non ad omnem ſed ad certum uſum pertinent, ſpecialia autem generalibus
Tit.LXVII. ſunt poſteriora. Hunc ſequitur tit 67. *de fund. & ſaltib. rei domin. &c.* quod eſt tertium genus fundorum principis. Putat Cujacius *in comment. ad hunc tit.* fundos rei dominicæ eſſe prorſus eosdem, qui ſunt rei privatæ, eaq; de cauſa hunc titulum de rebus dominicis eſſe ſupervacaneum. Sed eſt tamen aliqua differentia inter rem privatam principis, & inter dominicam: hæc nimirum, quod privata res ſit velut totum & dominica ſit velut pars rei privatæ maximè poſita in cubiculo & cellario principis. Fundi igitur rei privatæ ſunt generaliores, & fundi rei dominicæ magis ſpeciales. Hunc ſequi-
Tit.LXVIII. tur tit. 68. *de agricol. & mancip. dom. &c.* Ratio jam expoſita eſt ſupra ad tit. 63. Nam ut ibi titulo *de fund. patrim.* adjungitur titulus de mancipiis quæ ſunt fundorum velut partes: ita & hic fundis rei privatæ, & fundis rei dominicæ adjungitur titulus de mancipiis utriusque generis fundorum: Hactenus de 1. 2. & 3. genere fundorum principis dictum. Reſtat quartum, de quo tit.
Tit.LXIX. 69. *de prædiis Tamiacis* quod genus eſt maximè ſpeciale & proinde ultimum: pertinet hoc genus fundi tantum ad uſum Tamii hoc eſt, cellarii & culinæ
Tit.LXX. principis. De tamiacis videatur *Nov. 20. & 30.* Hũc ſequitur tit. 70. *de divers. præd. &c.* Ratio ordinis eſt, quia civitatum & templorum prædia prædiis principis, ut dignitate ita & ordine ſunt poſteriora: & hæc duo prædiorum genera, puta templorum & civitatum, ex 10. prædiorum generibus ſunt ultima. Ratio jam eſt expoſita. Hunc autem titulum *de divers. præd. &c.* ſequi-
Tit.LXXI. tur tit. 71. *de locatione præd. civil. &c.* qui eſt communis prædiorum ſive fundorum tàm principis quàm templorum & civitatum, & etiam privatorum, & proinde eſt poſterior: quia communia propriis ſunt poſteriora, ut ſæpe dictum. Duo autem capita communia hic ponuntur: locatio prædiorũ quorumlibet & collatio prædiorum. De locatione prius agitur, puta *tit. 71. 72. & 73.* de collatione poſterius, puta *tit. 74. & 75.* Ratio ordinis cur prius de locatione, & poſterius de collatione ſive tributis agatur, eſt, quia locatio eſt magis favorabilis: collatio magis odioſa: tũ quia collatio præſtari ſolet & ſolui tributum.

tributum ab iis,quibus prædia fuerunt locata, hoc eſt, à conductoribus & idcirco conductores prius eſſe debent,quam tributum ab iis exigi. Ad locationem igitur pertinet hic titulus 71. pertinet & eodem tit. 72. *de conductor.* Tit. LXXII.
& procurat. qui titulus agit quidem de locatione non cujuslibet prædii, verum prædii fiſcalis ſive principis & proinde eſt ſpecialior, atque ita priore generali poſterior Eſt & altera ratio: quia hic titulus eſt prohibitorius, quo ſcilicet prædiorum principis conductor vel actor prohibetur cauſas agere aliorum, & jubetur tantum curare cauſas & prædia principis. Sic & tit. proximus 73. *quib. ad conduct. onem præ.ior. &c.* pertinet ad locationem, ſed prædiorum quoque fiſcalium duntaxat & idem quoque eſt prohibitorius, quo Tit. LXXIII.
ſcilicet milites Palatini prohibentur conducere prædia principis. Et hi igitur tituli 72. & 73. ſunt prohibitorii. Cur autem hic titulus 73. ſit poſterior, ratio eſt quia prior eſt de iis, qui conducere poſſunt: hic eſt de iis, qui conducere non poſſunt. Et hæc de locatione Nunc de collatione. Ad quam pertinet tit. 74. *de collat. fund. fiſc.* quem titulum dixi quoque eſſe communem Tit. LXXIV.
fundorum principis templorum & civitatum. Ratio ordinis ſupra expoſita. Huic adjungitur tit. 75. *de privil. g. domus Aug. &c.* Ratio ordinis eſt, quia, hic titulus ut & prior ad collationem pertinet: ſed prior eſt de præſtatione, hic de excuſatione & rectè in tit. 74. *l. ult.* dicitur prædia principis non excuſari à muneribus & collationibus ordinariis Excuſantur autem ab extraordinariis & ſordidis de quibus agitur *h. tit. 75.* quem ſequitur tit. 76. *de grege dominico* Nam ut mancipia ita & greges ſunt veluti partes fundorum aut Tit. LXXV. Tit. LXXVI.
certè acceſſiones, & idcirco tractatione de fundis jam abſoluta, adjungitur hic titulus *de greg. domin. co.* Huic quoque adjungitur titul. 77. *de palat. is & domib. dominicis.* Nam prædia ſunt vel ruſtica ut fundi de quibus hactenus Tit. LXXVII.
eſt dictum vel urbana, ut ædes & domus, de quibus hic eſt titulus cui tandem adjungitur ultimus hujus libri 11. titu 78. *de cupreſſi. ex luco Daphnenſi.* Tit. LXXVIII.
qui planè eſt ſpecialis: agit enim de proprio & certo loco, eoque celeberrimo in ſuburbiis Antiochiæ qui Daphne dicitur. Et hæc de titulis libri 11. qui ſunt 78. quod ſupra initio hujus libri prætermiſſum eſt.

Liber XII. Codicis.

NUnc de libro 12. & ultimo hujus Cod. videamus, qui continet titulos 61. & conflatus eſt ex 3. libris Cod. Theo. puta *lib. 6. 7. & 8. dimid. o.* Ut autem hic liber 12. conflatus eſt ex illis 3. libris, ita & in tria capita poteſt diſtribui. I. Namque agitur de dignitatibus II. de re militari. III. de miniſtris & apparitoribus magiſtratuum. Ordinis ratio inter hæc tria capita eſt facilis. Nam civilia hujus generis ſunt priora militaribus juſta quoque & perſpicua ratione miniſtri dignitatum & magiſtratuum, ultimum locum obtinent. Ergo de capite primo illud admonendum, quod & ſupra jam di-

ctum eſt *libr.10.* duobus libris in Cod agi de magiſtratibus ſcil. *lib.1.& hoc lib. ult.* ſed alia de cauſa ac ratione. Nam hoc libro 12. agitur de dignitatibus, quatenus & principi inſerviant & præſtò ſint & quatenus ad eorum, qui ſunt in his dignitatibus honores, immunitates & privilegia pertinent ſed lib.1. agitur de magiſtratibus, quatenus ſerviunt jurisdictioni. Dignitatum autem ſummæ ſpecies tres hic adferuntur, ſenatoria, equeſtris. & perfectiſſimatus, quæ tria hic ordine ac deinceps explicantur. primo ſenatoria *titul.1.& 30. ſequentib.* Secundo equeſtris *titul.32.* Tertio perfectiſſimatus *tit.33.* Ratio ordinis inter has ſpecies eſt perſpicua: quia ſenatoria eſt prima, & equeſtris eſt ſecunda. *d.t.t.31.l.1.* quod ad ſenatoriam attinet, hunc in ea explicanda tenuit Tribunianus ordinem, ut primo generaliter de ea dignitate, ſecundo ſpecialiter de ſingulis ejus membris: prius de majoribus, poſterius de minoribus, & tandem eorum velut adjutoribus explicetur.

Tit.I. Quare titulus primus hujus libri *de dignit.* quia eſt generalis, primum locum obtinet. Sed tamen ita eſt generalis, ut propriè & perſpicuè de ſpecie ſenatoria ſub eo agatur, quemadmodum & *in inſtit. t.t.1. lib.4. de obliga. qua ex del.* eſt generaliter cōceptus ſed ſub eo perſpicuè agitur de ſpecie delicti, furto, ut & aliàs admonuimus. Huic adjungitur titulus ſecundus, *de prætor.*

Tit.II. *& honore præturæ, &c.* Ratio ordinis, hoc eſt, cur poſt generalem titulum inter ſpeciales hic ſit primus: & de Conſule (qui tamen ut & alii, prætorem dignitate ſuperat) ſic ſecundus & poſterior: ratio inquam, eſt, quia prætura quatenus de ea hic agitur, erat illo tempore quoddam velut onus ſenatoriæ dignitatis, puta in ludis Circenſibus & ſcenicis exhibendis, ad quos ſoliti erant ſumptus facere prætores. Cogebantur quoque prætores facti ordini ſenatorio inferre quædam tributa, ſive collationes aut functiones, puta glebæ follis. & 7. ſolidorum: Sed eæ hic tolluntur, ludorum onera non tolluntur. Gleba autem interdum dicitur aurum glebale: quia erat ſpecies tributi, quod in auro prætores ratione ſuorum bonorum immobilium ſive prædiorum, hoc eſt, glebarum ſolvebant ſenatui. Follis autem nummorum ſed minutorum ſpecies ut ſolidi majorum. Hunc titulum ſequitur ti-

Tit.III. tulus tertius *de conſulib.& non ſpargendis, &c.* qui titulus etſi de plurib concipitur. tamen tantùm de duobus tractat cōſulatu & patriciatu: de reliquis tractatur infra, titulo proximo. Cur autem in ipſo titulo ſive inſcriptione eorum fiat mentio, hæc eſt ratio: quia patricii eam dignitatem non conſequuntur, niſi prius aut fuerint Coſſ. aut præfecti. aut magiſtratus. Et hæc quoque eſt ratio, cur in hoc titulo ſive inſcriptione primum conſul, & poſtremo patricius ponatur, cum tamen patriciatus dignitas major ſit dignitate conſulari. Cur autem de Coſſ. ſtatim agatur poſt prætores, & ante præfectos prętorio & urbi, qui tamen primum in conſeſſu ſenatus locum tenet, ut ſupra dictum lib.1. ratio hæc eſt, tum quia de prætoribus modo dictū eſt, eos ad ludos & tributa ſenatui prędſtanda ſumptus & pecuniam conferre ſolitos.

litos (qua in re Coſſ prætoribus quadantenus ſunt ſimiles: nam & Coſſ pecuniam aliaq; miſſilia cogebantur ſpargere vulgo, ut notum ex §. *pen. Inſtit. de rer. diviſ.* quorum miſſilium uſus hic interdicitur Coſſ. & jubentur eam pecuniam conferre ad refectionem aquæductuum publicorum) tum quia conſulatus eſt antiquiſſima dignitas, & proinde primo ponitur tam hic quã in ff Hunc ſequitur tit. 4. *de præfect. prætor. ſive urbi, &c.* quæ tres dignitates continentur: præfectura prætorii, præfectura urbis, & magiſtrorum militum quæ ſingulæ ſuos habent titulos ſupra *in lib. 1.* Huic adjungitur tit. 5. *de præpoſ. ſac. cubic.* Recte de præpoſitis: ſunt enim duo cubicula Auguſti & Auguſtæ: ſic & præfecti prætorio ſunt plures, & magiſtri militum ſunt duo; prætores ſunt 3. Coſſ. 2. præfectus urbi unus. Sed hæc diſputatio huc non pertinet. Quod ad ordinis rationem attinet, ea hæc eſt ad titulum quintum hunc, quod ut priores puta Coſſ præfecti &c. ſunt illuſtres (qui inter tres dignitates gradus eſt primus) ita & hi præpoſiti, *l. ult. infra h. tit.* quẽ ſequitur tit 6. *de quæſtorib. & magiſt. offic. &c.* quo titulo quarto, dignitates continentur quæ ſuum quoq; habent diſtinctũ titulum ſupra *lib. 1.* Et ſunt hæ quoque omnes illuſtres: ſed prioribus minores, ut dictum eſt libro primo. Unde ratio ordinis intelligitur. Illud mirari quis poſſit præpoſitos cubiculi præferri quæſtoribus & magiſtris officiorum ſed ſæpe ordo dignitatum pendet ex voluntate principis, & non ratione. Hactenus de dignitatibus illuſtribus: nunc de minoribus quæ dicuntur ſpectabiles. Clariſſimæ autem dicũtur tam de illuſtribus quam de ſpectabilibus. Spectabilium igitur primum locum obtinent primicerii: tit 7. *de prim certis, &c.* tum quia magna horum erat dignitas, (ſunt enim primi ſecretarii principis qui ſæpe tribuni & notarii dicuntur) tum quia hi ſummi notarii erant velut adjutores quæſtoris, hoc eſt, cancellarii de quibus proximè dictum. Huic adjicitur titulus octavus, *ut dignit. ordo ſervetur*: imo potius hic interjicitur tantum, occaſione *l. ult. tit. 7.* arrepta, ut perſpicuum eſt ex verbis *d. l.* in qua Imperator graviter vetat conturbari ſeriem graduum public. qua, ut dixi, occaſione generaliter ſtatim jubentur ſervari ordo dignitatum in hoc titulo 8. Alioqui hic titulus ut generalis poterat poni initio hujus libri, ut eſt poſitus *in Cod. Theod. lib. 6.* Inter ſpectabiles ſecundo loco ponuntur magiſtri ſacrorum ſcriniorũ, tit 9. *de mag. ſcrin.* Ratio ordinis eſt quia ut priores puta ſecretarii ita & hi magiſtri ſcriniorum tractabant ſcripta, ut epiſtolas, edicta, reſcripta, annotationes principis. Hunc ſequitur titulus decimus *de comit. conſiſtorianis*, qui itẽ ſunt ſpectabiles, *lege ſecunda, hoc titulo.* Ut autem ratio ordinis melius intelligatur, admonendum eſt comitivá dignitatem eſſe primi ordinis ſpectabiliũ, cujus multæ ſunt ſpecies; quæ hic ordine aliquot exponuntur, ut hoc titulo decimo. Ratio autem cur comites conſiſtoriani ponantur poſt magiſtros ſcriniorum eſt, quia magiſtrorũ erat major dignitas, quod ex eo intelligitur, quod hi comites ſtabant, cum priores, ni fallor, ſederent in conſiſtorio prin-

Tit. IV. Tit. V. Tit. VI. Tit. VII. Tit. VIII. Tit. IX. Tit. X.

cipis. Cur autem inter comites primi ordinis ponantur primo hi conſiſtoriani, ratio videtur quia major eorum eſſet dignitas, utputa quibus pateret aditus ad conſiſtorium principis Proximus huic eſt titulus undecimus, *de*
Tit.XI. *comitib. & tribunis ſcholarum.* Erant olim undecim ſcholæ. hoc eſt, corpora ſive collegia militum & miniſtrorum quorundam principis Ratio ordinis, quia ut priores comites interſunt conſiſtorio ita iſti epulis principis, quæ non levis erat dignitas. & facultas, ſive gratia Eadem & comitibus ſtabuli, & quibus erat cura palatii, dabatur: idcirco hic tres dignitates conjungun-
Tit. XII. tur in hoc titulo. Hunc ſequitur titulus duodecimus, *de comit. rei mili.* Sem-
Tit.XIII. per enim civilibus militaria poſtponuntur. Cui adjungitur titulus 13. *de comitibus & Archiatris ſacri palatii:* Ratio ordinis, cur Archiatri comitiva honorati poſtponantur comitibus rei militaris. hæc eſſe videtur, tum quia comites rei militaris interdum vicem gererent illuſtrium magiſtrorum militum, tum quia archiatri non ſemper comitiva primi ordinis, ſed inter-
Tit.XIV. dum ſecundi donantur. *l. 1. ſupra de profeſſ. & medic.* Hunc ſequitur tit. 14. *de comit. qui provinc regunt.* Ratio ordinis eſt, quia principalia civilibus ſunt poſteriora cui adjungitur titul. 15 *de profeſſ. in urbe Conſt.* Ratio ordinis vide-
Tit.XV. tur, cur hi inquam prioribus ſint poſteriores, tum quia iſti non niſi tarde & ſero, hoc eſt, poſt 20. demum annos profeſſionis: ſed priores ſtatim, aut certe citius comitivam conſequuntur nullo tempore præſcripto: tum quia priorum dignitas ſive comitiva eſt actu, hæc profeſſorum tantum eſt codicillaris illi inquam aliquid agunt. vel apud principem vel nomine principis, hi nihil tale agunt, ſed tantum artes profitentur. Codicillaris autem dignitas poſterior eſt ea quæ eſt actu, *l. 5. C. Th. de honorar. codicill.* Dictum eſt hactenus de dignitatibus ſenatoriis majoribus & minoribus. hoc eſt, illuſtrium & ſpectabilium, quæ ſunt duæ partes in hoc primo membro quod diximus de dignitate ſenatoria Reſtat tertia pars, qua continentur aliæ dignitates, quas minimas vocare licet: quæ potius adminiſtræ ſunt, & adjutrices priorum, quarum minimarum dignitatem aliæ ipſi principi, aliæ majoribus dignitatibus ſive magiſtratibus aderant, & quodammodo ſerviebant quæ or-
Tit.XVI. dine pro dignitatum ſerie hic exponuntur. Primum igitur eſt tit 16. *de ſilentiariis, &c.* qui ſunt excubitores ad conſiſtorium & cubiculum principis, atque ita proximi ei, & intimi in comitatu ſive palatio. eaque de cauſa primi
Tit.XVII. hic ponuntur. Huic proximus eſt titulus 17. *de domeſticis & protectorib.* qui ſilentiariis ſunt poſteriores, tum quia horum dignitas ſive militia erat magis armata tum quia iſti non tantum domi, ſed etiam foris hoc eſt in acie aut bello principi adeſſent. Protectores enim vel domi & in palatio (qui proprie domeſtici) vel in bello (qui generali nomine dicuntur hic protectores)
Tit XVIII. principis latus tuentur, vulgo ſtipatores Hunc ſequitur tit. 18. *de præpoſ. labor* quia hi ſunt ſpecies protectorum. Erat autem vexillum Cæſaris, quod laborum dicitur, & unter [illegible] cui deferendo, deportando, & cu-

ſtodiendo

ſtodiendo aliquot ex comitatu Cæſaris præerant. Hunc ſequitur tit. 19. *de proximis ſacror. ſcrinior.* Ratio ordinis quia hi ſunt prioribus dignitate proximi, quod intelligi poteſt ex eo ordine, quem hic Tribun. tenet. Nam hæ dignitates ut ita dicam ſervientes componuntur ordine, quo dominantes dignitates verbi gratia, præfectus prætorio eſt primus dominantium, eoque longe poſterior præpoſitus cubiculo: Jam magiſtri ſacrorum ſcriniorum, ut & priores puta præpoſiti laborum &c pertinent potiſſimum ad præfectos prætorio Et hi magiſtri ſcriniorum ad eos pertinent ad præfectos inquam prætorio, & præpoſitos cubiculo Sed hi proximi ſcriniorum pertinent potiſſimum ad quæſtorem palatii, qui quæſtor præfecto & præpoſito cubiculi eſt inferior. Sic quæſtore inferiore eſt magiſter officiorum, & hinc eſt, quod proximos ſcriniorum qui ad quæſtorem proximè ſequantur agentes in rebus qui ad magiſtrum officiorum propriè pertinent de quibus eſt titul. 20. *de agent. in rebus* qui & inde dicuntur magiſtriani. Ad has autem agentes in rebus pertinent quoq; tit. 21. *de præpoſ. agent. in reb.* & tit. 22. *de princ. agent. in reb.* qui duo tituli differunt hoc eſt, differt præpoſitus à principe: nam præpoſitus erat ipſorum caput, quod tamen caput ſuberat ſuperiori capiti, puta magiſtro officiorum. Sed principis ſive principatus agentium in rebus tantum erat honos, ſeu titulus, qui dari ſolet his agentibus officio defunctis tanquam præmii loco, quemadmodum veterani dicuntur functi militia: plus igitur præpoſitura & munus erat principatus: idcirco titulus, *de præpoſitis* prior eſt, tit. *de princip. &c.* Ad hos agentes in rebus pertinet quoq; tit. 23. *de curioſ. & ſtation.* Nam & hi ſunt ex numero agentium in rebus, & velut ſpecies eorum Curabant enim iſti tantum curſum publicum Hos 4. titulos de agentibus in rebus ſequitur tit. 24. *de palat. ſacrar. largit.* Ratio eſt, quia ut comites ſacrarum largitionum & comites rei privatæ ſunt poſteriores dignitate quæſtore & magiſtro officiorum, ut ſupra dictum *lib. 1. tit. 30. & 41. ſeqq.* ita & paulatim iſti, puta ſacrarum largitionum, hoc eſt, illi qui comitib. illis inſerviunt, quodammodo ſunt poſteriores illis qui pertinent ad curam quæſtoris & magiſtri. Rectè autem hic dicuntur Palatini ſacrarum largitionum. Nam ſunt & alii Palatini, hoc eſt, nomen Palatini interdum eſt generale & commune omnium dignitatum ſervientium in palatio principis Hunc titulum ſequitur tit. 25. *de ſtratorib.* Ratio ordinis eſt, quia hactenus dictum eſt de illis officiis, quæ ſunt civilia & urbana: nunc de iis, quæ ſunt provincialia, ut eſt officiũ ſtratorum qui pertinent ad præſides provinciæ & gerebant curam equorum. Huic adjungitur tit. 26. *de Caſtrenſianis & miniſt. riani.* Ratio ordinis eſt; quia priores omnes pertinent & ſerviunt dignitatib. illuſtribus & ſuperioribus ſed hi ſerviunt inferiorib. puta cuidã qui dicitur Caſtrenſis ſacri palatii: & erat tantum ſpectabilis hic Caſtrenſis: unde & Caſtrẽſiani dicũtur, qui quia varia miniſteria in palatio principis obibãt, & miniſteriani sũt dicti, ut pincernæ piſtores, coqui, veſtitores, pæ-

Tit. XIX.
Tit. XX.
Tit. XXI.
Tit. XXII.
Tit. XXIII.
Tit. XXIV.
Tit. XXV.
Tit. XXVI.

res pædagogia, ſive pueri pædagogiani. Horum quoque miniſteriorum in numero erant decaui hoc eſt fuerunt curatores qui alias latinè Veſpillones,
Tit.XXVII. & interdum Græco vocabulo *κοπιάται* dicuntur, ad quos pertinet tit. 27. *de Decanis.* Menſores quoque agrorum erant in numero miniſterianorum, de
Tit.XXVIII. quibus hic eſt tit. 28. *de menſorib.* Cur autem de decanis & menſoribus agatur ultimo loco, & generaliter de miniſterianis, ratio eſt quia miniſteriani erant ferè viliores, & decani curabant funera & mortuos, propterea & ſunt poſteriores. Ultimi autem ſunt menſores, quia menſorum officium ad agros pertinet: ruſtica autem urbanis ſunt poſteriora. Hactenus expoſiti ſunt tituli de ſingulis dignitatibus, maximis, mediis & minimis, dico ad ſenatoriam dignitatem pertinentibus, ſpecies inquam illarum ſingulatim ſunt expoſitæ. Eos igitur titulos ſpeciales ſequuntur 3. tituli omnium illarum dignitatum communes. Specialibus enim & propriis communia ſunt poſteriora ut ſæpè dictum eſt. Ex his titulis communibus primum locum tenet
Tit.XXIX. tit. 29. *de privileg. eor. qui in ſacro palat. mil.* Ratio eſt quia hic titulus eſt planè generalis planeq; communis omnium, puta officiorum palatinorum. Quē
Tit.XXX. ſequitur tit 30. *de privilegiis ſcholarum.* Ratio ordinis eſt maximè propter ſimilitudinem, videlicet de privilegiis: ut enim prior titulus, ita & hic agit de privilegiis: ſed prior eſt de privilegiis palatinorum, hoc eſt eorum qui in officiis dignitatum ſunt: hic titulus 30. eſt de privilegiis ſcholarum. Differunt autem ſcholares à palatinis, *l. 2. ſupra tit. 28.* Communis quoque eſt tit.
Tit.XXXI. 31. *de Caſtrenſi omnium palat. pecul.* Ratio ordinis eſt, quia ut titulus 29. eſt maximè generalis puta de omnibus palatinis, & de omnibus eorum privilegiis, ita & hic titulus 31. eſt generalis quidem de omnibus Palatinis, ſed tantum de uno privilegio, puta de eorum peculio caſtrenſi: alioqui peculiū caſtrenſe proprium eſt militum: ſed hoc privilegium datur etiam palatinis: quia & ipſi ſunt milites. Eſt enim duplex militia: armata, quæ propriè: & urbana ſive palatina, quæ minus propriè. Et hæc eſt ratio ordinis, cur hic titulus 31. inter communes ſit ultimus, quia de una ſpecie privilegii agat: tum quia agat de peculio. At peculium eſt acceſſio quædam, & proinde poſteriori loco poni ſolet. Hactenus de primo membro hujus primi capitis (quod membrū de ſenatoria dignitate tributum in dignitates majores, minores & minimas) explicatum eſt. Alterum hujus primi capitis membrum diximus
Tit.XXXII. de equeſtri dignitate, quo pertinet tit. 32. *de equeſtri dignit.* quem ſequitur ti.
Tit.XXXIII 33. *de perfectiſſimatus dignitate,* qui titulus dignitatis ut & alii (puta egregiatus *l. 1. C. Th. de murilegulis*) priorib. dignitatib. (puta ſenatoria & equeſtri) & dignitate & gradu & origine. (Nam à Conſtantino hic titulus introductus videtur) eſt poſterior: & proinde in hoc capite primo ultimum locum tenet. Proximum nunc eſt alterum caput de arte militari quod 16. titulis con-
Tit.XXXIV tinetur. Eorum I. eſt tit. 34. *qui militare poſſunt vel non.* Ratio ordinis eſt, quia prius de perſonis quam de re ſit agendum, ut & alias dictum ad titulum 22.

ſupra

ſupra libri 6. Ad perſonas quoq; pertinet tit. 35. *Negotiatores ne militent.* qui titulus eſt ſpecialis hoc eſt, negociatorum proprius. & quia eſt prohibitorius, merito eſt poſterior illo. Quem ſequitur tit. 36. *de re milit.* Perſonarum enim tractatione, ſequitur jam altera de re ipſa, & hic titulus eſt planè generalis, quē ſequitur tit. 37. *de Caſtrenſ. pecul. mil. & præfectianorū.* (ita apparitores præfecti prætorio & præfecti urbi dicūtur.) Ratio ordinis eſt, quia peculium Caſtrenſe colligitur ex ſtipendiis & donativis de quibus ſtipendiis dictum eſt titulo priori. 36. Hunc titulum 37. ſequūtur ſex tituli, de his, quę militibus præter ſtipendia ſolent deberi aut dari, ut ſunt annonæ militares, veſtes, hoſpitiū ſalgamū & commeatus. De annonis primū agitur, puta tit. 38. *de roga. mil annonæ* Ratio eſt, quia alimentorum (annonæ enim hic ſunt panis, vinum, acetū, caro, lardū & aliæ id genus ſpecies) uſus militi ad vitā maximè eſt neceſſarius & primus. Ad annonas quoq; pertinet tit. 39. *de excoction. & translation. milit. annonar.* ſed prior eſt generalis, hic eſt ſpecialis, tantū de excoctione & proinde poſterior. Altera ſeq tur veſtis tit. 40. *de milit. veſte* quia ejus proxima eſt neceſſitas. Inde hoſpitium *tit. 41. de metatis & Epidemeticis.* Metata ſunt hoſpitia, quæ metatores die Furirer militibus adſignant. Sed quidā provinciales, ne milites in domos ſuas reciperent, ſolent ſæpe ſe pecunia redimere, data clam pecunia metatoribus quam pecuniam hic Epidemetica, quaſi hoſpitalē dicas, ſed ea Epidemetica hic prohibetur *l. ult.* Ad hoſpitium quodammodo etiā pertinet tit. 42. *de ſalgamo hoſpitib. non præſtando, &c.* Salgami nomine continentur herbę conditæ ut braſſica, beta enula, &c. ſed milites eo nomine non herbas, ſed alia ab hoſpitibus exigebant puta culcitras oleum &c. quod hic prohibetur. Atq; hic titulus eſt ꝓhibitorius. & proinde poſterior. Tandem agitur *de commeatu* tit. 43 Ratio ordinis eſt quia commeatus eſt quaſi finis & dimiſſio militiæ. Dico quaſi, quia verus finis dicitur miſſio ſed cōmeatu miles tantum ad tempus dimittitur. & poteſtatem accipit viſendi ſuos, curandi ſua, &c. Hunc titulum ſeqtur tit. *44. de Tyronib.* Ratio ordinis eſt quia in ſcholis militū ſemper Tyrones poſteriore loco ponūtur. inquit *l. ult. hoc ti* . Cui adjungitur tit. 45. *de littor. & itin. cuſtod.* Ratio eſt quia cuſtodia littorum per milites fiebat, ſed hoc titulo ꝓhibetur delictum quoddā quo merces illicitæ ad barbaros deferuntur, de quo delicto ſupra *lib. 4 t. 63. & t. 41.* Quare cū ſit ꝓhibitorius, & agat de militib⁹ littorū cuſtodibus (q ſunt inferiores militibus in acie verſantibus, de qb⁹ ſup.) merito illis poſtponuntur. Huic adjungitur tit 46 *de deſert. & occult. eor.* q de militibus agunt. Ad rem tamē militarem etiā pertinet tit. *47. de veteranis* Ratio eſt, quia priores tituli ſunt de his qui militāt hic eſt de iis qui militarūt. Cui adjungitur tit 48. *de filiis officialium militarium, &c.* Ratio ordinis eſt perſpicua priores enim tituli ſunt de militibus & veteranis. hi de eorum jam defunctorum filiis, ut parentūm prædia & officia, ſive militias aſſequantur. Eſt & altera ratio, quia hic titulus agit de

Tit. XXXV. Tit. XXXVI. Tit. XXXVII. Tit. XXXVIII. Tit. XXXIX. Tit. XL. Tit. XLI. Tit. XLII. Tit. XLIII. Tit. XLIV. Tit. XLV. Tit. XLVI. Tit. XLVII. Tit. XLVIII.

mortuis & proinde eſt plane ultimus. Additur tamen *tit. 49. de oblatione votorum* Cujus ordinis ratio intelligi non poteſt niſi ex C. The. *lib. 7.* qui liber totus eſt de re militari, & in fine duo ſunt tit., unus *de oblatione equorum*, alter *de oblatione votorum*. ſed Tribun. hunc ultimum retinuit, alterũ reliquit. Hæc de ſecundo c hujus libri Reſtat tertium & ultimum cap quod diximus de apparitoribus & miniſtris magiſtratuum. Obſervanda autem eſt elegans Codicis Oeconomia. Nam ut dignitates (quarũ minimæ in jure ſæpè dicũtur militiæ civilis) & militiæ tã civiles, q̃ armatæ ad principẽ potiſſimũ pertinẽt, eiq; ſunt adjutrices, atq; idcirco priori loco ponuntur: ita nũc poſteriùs agitur de iis, qui ſunt adminiſtri & ſerviũt ipſis dignitatib. ſive magiſtratibus. Continetur autem hoc cap. 15. tit., in quib. idem ordo tenetur apparitorũ qui eſt ipſorum quibus apparent, magiſtratuũ ſuorum. Quare cum inter dignitates & magiſtratus primus ſit præfectus prætorio, ut ſupra dictũ *lib. 1.* rectè hic primum agitur de iis, qui huic præfecto apparẽt de quib. agi-

Tit. L. tur *h. tit. 50. 51. 52. & 53.* Nam *tit. 50. de numerariis actuariis, &c.* eſt potiſſimũ, & principaliter agit de, excelſæ ſedis hoc eſt, præfecti prætorio numerariis, cõſequenter tamen & de aliorum magiſtratuum numerariis. Cur autem de his numerariis inter præfectiones & apparitores præfecti, primum agatur ratio eſt quia iſti aliis præferuntur, propterea quod ſunt ſcribæ quorum honeſtior eſt ordo (inquit Cic. *in Verr.*) quam aliorũ apparitorum Numerarii enim rationes & chartas in officio magiſtratuum tractabant: actuarii item, quorũ erant velut adminiſtri quidam & adjutores chartularii, ſcriniarii, exceptores., Eſt & altera ratio cur de his primo agatur quia ſunt communes omniũ

Tit. LI. magiſtratuum, ſive quia hic tit ad cõmunes magiſtratus pertinet. Huic adjungitur *tit. 51. de curſu publ. & angariis &c.* Ratio ordinis eſt, quia ut numerarii, de quibus modo dictum ita & curſus publici miniſtri pertinent ad curam præfecti prætorio. Olim enim curſus publici poteſtas tantũ à principe petebatur vel à præfecto prætorio tanquam principe, & interdũ à magiſtro officiorũ: ab aliis magiſtratibus concedi nõ poterat. *9. h. tit.* Ad curſum publicũ angariæ, & parãgariæ de quib. hic tit. 51 cõcipitur. Nã angariæ froncn, ſunt miniſteria principalia ad publicã Imperii neceſſitatẽ & curſum publicum: parangariæ ſunt eadem miniſteria, ſed extra viam regiã & per loca deſerta, ſive non ordinaria. Ita Græci diſtinguunt ad librũ ſextũ, βασιλικῶν. Ad

Tit. LII. hunc curſũ pertinet quoque titulus proximus puta *52. de tractoriis & ſtativis.* Tractatoricæ enim quæ à veterib. Cicerone, Plinio ſecundo, &c. diplomata dicũtur ſunt epiſtolæ ſive reſcripta principis aut præfecti prætorio quibus vectionis ſive curſus publ clabularis poteſtas alii datur Stativa ſunt diverſoria ſive manſiones, in quib. utẽtes curſu publico divertũt per viã Hũc tit.

Tit. LIII. ſequitur *53. de apparitor. præfect. præt. &c.* Priores tres ti. pertinẽt etiam ad hos præfectos, ſed tamẽ & ad alios quoſdã, & p inde ſunt magis cõmunes, ſed hic

Tit. LIV. tantũ ad perfectionẽ ptinet. Quẽ ſequitur *tit. 54. de apparit. præfect. urb.* Nam hic præ-

hic præfectus priori proximus eſt dignitate ut dict eſt *l.1.t.28.* Atq; hi ꝓpriè Urbaniciani, ut illi propriè præfectiani in jure dicũtur. Hũc ſequitur *tit. de opp. magiſt. mil.* Ratio ord. eſt, q a h.t ad militares apparitores: priores ad civiles ſẽper ptinẽt. Jã civilia militarib. sũt priora: poſtrema ſunt a. ꝓvincialia. Et hinc eſt, ꝙ hũc tit. ſequit *tit.56. de appar. proc. & leg.* & *tit.57. de appar. com. oriẽt.* q a hi magiſtratus ſunt ꝓvinciales Procõſul prior eſt comite oriẽtis, ut dictũ eſt ſupra *t.53. & ſeqq. li.1.* Inter ꝓvinciales apparitores ultimi sũt ſub *tit. 58. de cohortal. b: princip. b &c.* Ratio eſt, quia iſti ſunt apparitores magiſtratuũ ꝓvincialiũ priorib.. (ut proconſule & comite oriẽtis) dignitate aut origine poſteriorũ, ut ſunt præſides, cõſulares, correctores, &c Quia ſint cohortales videantur Lexicographi, juris maximè Briſſonius & Cuj. ad hos 3 lib. C. poſtremos, & ad Novell inter apparitores ult. locũ tenẽt apparitores p̄fecti annonæ, *tit. 59 de appar præfecti annonæ.* Ratio eſt, q a & hic ipſe magiſtrat. ultimũ locũ inter magiſtratus obtineat, ut dictũ ſupra. Quẽ ſequitur *tit. 60. de div. off. & appar. &c.* q a & omniũ priorũ apparitorũ cõmunis, & velut ſuppletorius eſt in ultimu locũ eſt rejectus. Eſt & altera ratio ordinis, ꝙ hic tit. ferè totus vitia q̃dã & delicta apparitorũ ꝓhibeat. Priorib. igitur tit. ſingulæ ſpecies apparitorũ ſunt expoſitæ, quos tandẽ h tit. ſequitur, tũ q a cõis tũ q a ferè ꝓhibitorius delictorũ. Sic & huic ꝓximus *tit. 61. de executor. & exactor.* ferè eſt totus ꝓhibitorius ob vitia & delicta executorũ & exactorũ. Eſt & alia ratio: q a & hic quoq; tit. eſt cõis, nã ad exigendũ & exſequendũ mitti ſolẽt omnis generis apparitores, & palatini. Hunc ſequitur *tit. 62. de lucris advocatorũ, &c.* qui ejuſdẽ cũ priorib⁹ eſt argumẽti. Continet. n. delictũ: ſed unũ dũtaxat puta cõcuſſionis. Quare cũ ſit ſpecialis. meritò illis duob. eſt poſterior. Huic adjungitur hoc loco, & velut interjicitur. (Nã in C. Theod. nõ eſt, unde tamẽ reliqui omnes tit ſunt ſumpti) *tit. 63. de primipilo.* Ratio ordinis eſt tantũ ꝓpter ſimilitudinẽ lucri. Nã ut tit. 62 eſt de lucris advocatorũ, & cõmodis interdũ injuſtis, & apparitorib., ita & hic ſpeciem quandã lucri, ſive cõmodi militaris cõtinet & ꝓinde ut ſpecialis poſterior eſt. Primipilus duo ſignificat. Primũ eſt ipſe Cẽturio, omnium in exercitu Rom. primus cẽturionũ. q initio prim⁹ cẽturio, poſtea primipil⁹ dici cœpit, & præerat 60. co hortib, teſte Liv. *li.7.* & Dioniſ. li. 9. itẽq; merita & cõmoda toti⁹ legiõis cõſequebat, teſte Vegetio *li.2.c.8. & 21* q̃ cõmoda & lucra quoq; interdũ, ut & h. & alibi primipili nomine appellãtur Quare & ipſe cẽturio, & cõmoda ejus uno nomine dicũtur. Sed poſterior ſignificatio eſt recẽtior, & minus elegãs. Officium autẽ dicitur primipilatus, *l.1.h.tit.* ut primipilaris, & primipilarius q fuit primipilus. Ultimus tit li. 12. eſt *tit. 64. publica læ titia &c.* q a ad idẽ illud argumẽtũ de delictis & onerib & injuſtis in ꝓvinciales exactionib pertinet. Ipſeq; delicti cõtinet ſimilẽ cõcuſſioni, ſed graviorẽ quãq̃ nõ tãtum in apparitores, ſed interdũ in ipſos judices ſ. rectores ꝓvinciarũ cadat. Quare cũ hoc delictũ ſit gravi⁹ & odioſius, meritò ultimũ in locũ fuit rejectum. Et hæc de ordine tit. Codicis.

Tit. LV. Tit. LVI. Tit. LVII. Tit. LVIII. Tit. LIX. Tit. LX. Tit. LXI. Tit. LXII. Tit. LXIII. Tit. LXIV.

TERTIA PARS DE ORDINE *Legum Codicis.*

RESTAT tertius & ultimus ordo, quem diximus legum ſive capitum ſingulorum ſub titulis Codicis. quæ res breviter confici poteſt. Ordo namq; legũ Codicis eſt accõmodatus tempori & ſucceſſioni Imp atque Coſſ. adeo ut cõſtitutio prior, ſive prius edita, prior quoq; ſit loco & ordine. Quo ordine Juſtinianus, ſive ejus nomine Tribun ſecutus videtur Codic. priores Gregorian. & Theodoſ. in quib. idem ordo temporis eſt adhibitus: ut videre eſt in C. Theod. & fragmentis Greg. Ratio a hujus ordinis ex tempore ſumpti hæc eſſe videtur, quod magni referat ſcire, quæ conſtitutio ſit prior, quæ poſterior tempore: Quid ita? quia poſterior derogat priori: *l. ul. de conſt. princ.* quanquam in noſtro C. nulla lex alteri derogat aut eam abrogat, propterea ꝗ omnes hujus Cod conſtitutiones ita ſunt accipiendæ tanquam ab uno Imperatore puta Juſtiniano factæ & editæ, ut ipſe ait *in præfat. C. & l 2. C. de vet. jur. enucl.* Ut a. hic temporis ordo melius intelligatur, duo ſunt notanda. I. eſt de initio temporis & fine. Initium ergo ducitur ab Imp. Hadriano: cujus tamen una duntaxat in toto hoc Cod. exſtat cõſtitutio, puta *l. 1. C. de teſt. b.* Ratio a. cur ab Hadriano ducatur initium, ſive cur Impp ante Hadrianum conſtitutiones nullæ ſint relatę in C. noſtrum ratio, inq̃ precipua hæc eſt: quod Hadrianus Imp. primus fuerit juris civilis inſtaurator, cujus ſc. mandato edictum perpetuum compoſitum fuit à Juliano JC. *d l. 2. §. ſed quia divinæ. C. de vet. jur. enucl. l. pen. C. de cond ind: b.* & Spartianus in Hadriano. Quæ juris inſtauratio & edicti compoſitio cauſam quoq; attulit JC. ut & ipſi in ſuis libris alium ordinem tenerent, puta ordinem edicti, alium, inquam, quam tenuerant JC. Hadriano priores qui priores, ordinem ferè tenebant eum, quem Sabinus ipſe inſtituerat. Nam & de Sabino ſcripſit Pōpon. *in l. 2. in f. de orig. jur.* eum primum fundaſſe jus civile. Eſt & altera ratio ab exemplo C. Gregor. in quo idem initium ab Hadriano repetitum fuiſſe videtur, ſed eadem ex rõe, ſive cauſa, quã expoſuimus, ut arbitror. Nam ex trib. illis codicibus, Greg. Hermogen & Theodoſ. & aliquot novellis poſteriorib. noſter hic codex Juſtinian. eſt conflatus. *l. 1. in præf. C.* Gregor. cœptus ut videtur ab Hadriano deſinit in Diocletiano. Hermogenianus a tantum Dioclet. & Maximiniani Impp. conſtitutiones conturbat Theodoſian. denique à Conſtantino M. qui Dioclet. ſucceſſit cœptus, deſinit in Theodoſio juniore, ut ejus Cod auctore. Hunc Theodoſium deniq; alii ſecuti aliquot Impp. uſq; ad Juſtinianum multas quoq; conſtitutiones ediderũt, qui quia C. Theodoſ. ultimo eſſent poſteriores, ſive recentiores dictæ ſunt Novellæ, quas tamen una cum ſuis conſtitutionibus Imper. Juſtinian. huic C. ſuo inſerendas mandavit, ut ſc. ordine Impp. continuato leges ſive cõſtitutiones

princi-

principiplum in Cod Juſtin.comprehenſæ, cœptæ ſint ab Hadriano, & deſinant in Juſtiniano, hujus C.auctore Et hęc de priore, ex quo initium & finis temporis intelligitur. I I. hic notandum ad ſingulos Impp. pertinet & Coſſ. Nam ſi ſub eodem titulo multæ ſunt leges eæque non unius ſed plurium Imperat. tum hic ordo ſervatur in legibus ut quemadmodum Imperatoris tempore alius alio eſt prior: ita & leges diſponantur, ut Imperatoris tempore prioris conſtitutio prior ſit conſtitutione Imperatoris tempore poſterioris. Si vero unius Imperatoris multæ ſub eodem titulo ſint leges ſive conſtitutiones, tum ordo earum ex annis imperii, hoc eſt, ratione conſulum ſumitur. Quamvis interdum, maximè in poſterioribus libris ſæpè conſulum nomina deſiderentur.

Finis Oeconomiæ Codicis.

Prætoris officium eſt in	Reſtitutionibus Actionibus. Bonorum poſſeſſionibus Miſſionibus in poſſeſſioné Interdictis. Exceptionibus, Stipulationibus prætoriis.	Hinc pendet ordo edicti perpetui.

OECONOMIA PANDECTARVM ET EDICTI PERPETVI.

HACTENUS de Codice, eiuſque ordine tripartito, librorum, titulorum, & legum ſive conſtitutionum: Nunc de Pandectis videamus, quarum item tripartitus ordo eſt explicandus, librorum, titulorum, & legum ſive reſponſorum prudentum.

1 Sunt tamen & alia duo hic initio obſervanda, numerus librorum & numerus partium. Nam digeſta, ſunt 50. libri. Ratio vix reperiri poteſt, quod numerus librorum ſæpè ex arbitrio ſcriptoris, vel pro magnitudine & materiæ & argumenti ſumatur. Fortaſſe tamen Tribun. Julianum in hoc eſt ſecutus: qui Julianus ut auctor fuit, ſive (ut loquitur *l. pen. Cod. de cond. indeb.*) ordinator edicti perpetui, ita & primus edicti interpretationem & explicationẽ edidit, eamque complexus eſt digeſtorum libris ut puto 100. rotundo ſcil. numero. Dixi ut puto. Nam in indice librorum veterum prudentum præfixo noſtris ff. Juliani tantum 90. libri digeſtorum commemorantur. Sed Cuiac. *in obſerv.* rectè admonuit indicem illum ſæpè eſſe mutilum, multoſque in eo libros deſiderari: cujus rei exemplum & in his ff. Juſtiniani exſtat. *in l. 32. de LL.* quæ lex ſumpta notatur ex Juliani digeſtorum libro 94. ut veriſimile ſit eum 100. ſcripſiſſe propter rotunditatem & perfectionem numeri.

2 Quod ſi verum eſt, jam ratio ferè intelligetur, cur Tribun. 50. libros ff. fecerit, ſumpſit enim dimidium ut laudem brevitatis haberet, quam ſæpè prædicat *in præfationib. ff. C. & Inſt. & l. 1. & 2. C. de vet. iur. enucl.* ſic & aliàs ſolent Romani dimidium ſumere eorum, quos imitantur, ut Cic. *qui in lib. de LL. & de Rep.* Platonem imitatur: Cum Plato ſcripſiſſet *12. de Rep. de LL. 10.* Cic. *5. de LL. & 6. de rep.* conſcripſit. Sic & Virg. Homerum imitatur, cum Homerus 24. libris ſit illiada complexus. Virg. Æneida in 12. contraxit: imo quod admirabilius

bilius Virg. totam Iliadem & Odyſſeam libros ſcil. 48. in 12. concluſit. Et hæc de numero librorum.

Nunc de numero partium. Voluit autem Juſtinianus Digeſta tribui in ſeptem partes, quarum prima dicitur τὰ πρῶτα, quaſi dicat prima ſive initia: quæ pars continetur primis quatuor libris. Altera pars continet ſeptem libros, puta 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11. Eaque dicitur de judiciis. *l. 2. §. igitur. & ſ. ſeq. C. de vet. iur. enucl.* Appellationis ratio, quo ad primam eſt, quia initia & quaſi præparatoria judiciorum, in ea parte continentur: ut in jus vocatio, editio, pacta, tranſactiones, &c. Quod ad ſecundum attinet, non inde, ut quidam putant, dicitur de judiciis, quod in ea parte ſpecies iudiciorum, ſive actionum habeantur (nam & in aliis partibus habentur) ſed inde potius, quod in edicto perpetuo poſt τὰ πρῶτα primus titulus videtur ita conceptus, *de judiciis*, à quo deinde titulo pars univerſa fuerit denominata. Solent enim veteres etiam ex primo verbo libri interdum libro nomen imponere, ut ſupra dictum; ſic & pars tertia (quæ 8. libris, puta *12. & ſeqq. 7.* continetur) de rebus creditis appellatur. *d. l. 2. §. in tertia, 4.* à titulo edicti *de reb. creditis.* Non enim ut quidem putant, in ea parte agitur de rebus, ſed de rebus contrahendis ſive creditis, hoc eſt de actionibus & judiciis, ex mutuo & aliis contractibus, qui re & conſenſu fiunt. Pars quarta continet item tres libros, nempe *lib. 20. & 7. ſeqq.* ſed ea vacat nomine, niſi quis appellet umbilicum ſive medium, ut *in d. l. 2. §. quartus. 5.* Quinta pars 9. lib. complectitur puta *lib. 28. & 8. ſeqq.* eaque dicitur de teſtamentis, ut ait *d. l. 2. §. quintus. 6.* Eâdem ſcilicet ratione ita dicitur, qua priores illæ de judiciis & rebus. Sexta pars octo libris continetur, puta, *37. & 7. ſeqq.* quæ rurſus eſt ἀνώνυμα, ut & ſeptima, quæ eſt ultima, & 6. libris continetur, puta *45. & 5. ſeqq.*

Cur autem hoc pandectarum corpus in 7. partes ſit diſtributum, rationem reddit ipſe Imp. *d. l. 2. §. omnia. 1.* in VII. inquit, partes eas (ſcil. ff. libros) digeſſimus non perperam neque ſine ratione, ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes, & conſentaneam iis diviſionem partium conficientes. Fuit enim hic numerus non tantum apud gentes profanas, ſed etiam in libris noſtris ſacris myſticus & ſanctus habitus, de quo videatur Macrob.

crob. *lib. 1. commentar. in ſomnium Scip. c. 6.* & pulcherrimè diſſerit Philo, *in lib. de opif. mundi.*

5 Quod ad ordinem harum 7. partium inter ſe attinet,& rationem ordinis, ea ex librorum, & titulorum ordine explicando una intelligi debet.

6 His duobus de numero librorum & de numero partium velut breviter præmunitis, & breviter jam expoſitis; proximum nunc eſt, ut de ipſa Oeconomia ſive ordine librorum & titulorum explicemus, quia vero Tribunianus huius operis auctor, aut certè dux & princeps in eo componendo ordinem edicti perpetui, & interdum Codic. Juſtinianei & Inſtitut. eſt ſecutus. *l. 2. de ſtatu hom. l. 1 §. cumque hæc, Cod. vet. jur. enucl.* id quod & ſingulis in libris infra demonſtrabitur: operæprecium erit ipſum edicti ordinem hic prius exponere. Nam de Codic. & Inſtitut. ordine iam ſupra expoſitum eſt.

7 Neque vero edicti ordinem Tribun. tantum in hoc opere ff. eſt ſecutus, ſed omnes & JC. & Impp. illi quidem in libris totum ius continentibus, hi vero in iis, quos Codices appellant, ut videre licet in libris digeſtorum Juliani, Celſi, Marcelli, Scævolæ, in libris quæſtionum, Papiniani, in Hermog. Epitome iuris, in Pauli ſententiis, &c. item libris ad hoc edictum, ut Pomponii, Caii, Ulpiani, Pauli, &c. idem quoque videre licet in Codic. Hermogenis, Gregorii, & Theodoſii. Tanta fuit huius libri ſive edicti perpetui à Juliano compoſiti auctoritas, ut omnes ferè de iure libri & commentarii ad hoc edictum fuerint accommodati, qui edicto iſto ſunt poſteriores.

8 Nam ante hoc edictum, quod tempore Hadriani, eiuſque mandato Iuliani opera eſt cōpoſitum. *leg. 2. §. ſed quia divineres, 18. C. de veter. jur. enucl. & leg. penultim. Cod. de condit. indebit.* maxima fuit auctoritas Sabini Iuriſconſulti librorum, adeo ut ipſius quoque ordinem ſequerentur, & ipſum quoque commentariis interpretarentur, ut videre licet in libris ad Sabinum Pomponii, Ulpiani, Pauli, &c.

9 Quin etiam hic ordo iuris Sabinianus, videtur antiquiſſimis quoque ICtis fuiſſe uſitatus, Scævolæ, Servio Sulpitio, Alpheno, Labeoni, &c. qui intelligi poteſt ex libris ff. Alpheni, ex libris Pomponii ad Q. Mutium, & ex poſterioribus Labeonis.

Quem

Quem ordinem iuris veteris illi ex ipſis fortaſſe legibus 12. tab. ſumpſerunt, quanquam de ordine libelli 12. tab. nihil certi affirmare poſſum. Putat Hotomannus *in comment. ad frag. 12. tab.* eius libri tripartitum fuiſſe ordinem, vt primo de iure ſacro, ſecundo de iure publico. 3. de iure ciuili priuato ageretur. Nam & Auſonius:

Ius triplex tabulæ, quod ter ſanxêre quaterna
Sacrum, privatum, & populi commune quod vſquam eſt.

Et Cicero in ſuis quinque libris de L L. (quorum tantum 3. extant) eundem ordinem tenuit. Nam primo prooemium, hoc eſt, de origine iuris: *Ius*, inquit, *non ex opinione, vt quidam Philoſophi, ſed ex natura ipſa, vt Stoici, & veteres Academici exiſtimabant, ortum eſt.* Secundum ſacrum. III. Publicum. IV. & V. Ius priuatum fuit comprehenſum. Eandem tripartiti ordinis rationem & ordinem in ſuo Codice ſecutus eſt Imp. Iuſtin. vt alibi dictum. Verum de hoc ordine 12. Tab. quem expoſuit Hotomannus ijs fortaſſe rationibus quas attuli adductus, valdè, vt dubitem, faciunt cum alia, tum quod apud Cic. *in libris de legib.* quædam leges 12. Tab. de iure ſacro proferantur, non exprimi, ſed ex poſterioribus tabulis

Vtvt ſit, dubitari non debet, quin hic ordo Sabinianus ſit pervertus, quem & ipſe Iulianus in Edicto perpetuo componendo eſt ſecutus. Quare & hunc erit vtile breviter explicare, vt ordo edicti melius intelligatur. Et primum quidem in hac veteri iuris Oeconomia ſive ordine, caput fuit de teſtamentis, & de variis legatorum generibus. Pars altera de contractibus, maximè tamē de emptione & ſocietate. III. De dotibus. IV. De tutelis. V De privatis delictis, vt furto, damno, iniuria, &c. VI Pars varia cōtinuiſſe videtur, ut de damno infecto, de condictione, de ſolutione. VII. De ſtipulationibus, ubi & de Ædilitio Edicto. IIX. De interdictis, ubi & de vſucapionibus & ſervitutibus prædiorum. IX. Et ni fallor, ultima de pignoribus. Quem veteris iuris ordinem ex libris Vlpiani, Pauli, &c. ad Sabinum, ex Iavoleno, Labeone, Pomponio & Alpheno, obſervavimus. 11

Ratio autem huius ordinis partim intelligitur ex iis, quæ infr. dicentur ad edictum Iuliani qui in edicto perpetuo componendo, eum ordinem, vt modo dictum, ferè eſt ſecutus, interdum tamen 12.

ab eo diſceſſit, ut & à Juliano Tribun. in ff. ſed omnia Julianus & uberius & ſubtilius digeſſit: Tribunianus autem uberrimè & pleniſſimè.

13 Prima autem laus huius ordinis veteribus debetur, licet minus accurati initio. Nam ut eleganter ſummus Philoſophus res primum informari, & obſcuris lineamentis adumbrari ſolet; poſterius expoliri & viuis coloribus, ut dicitur, exprimi ac deſcribi, ſive breviter, prius τύπῳ, poſterius ἀκριβείᾳ, & exquiſite agitur.

14 Hoc igitur veterum ordine iam cognito, paulò facilior eſt aditus ad ordinem edicti Iuliani cognoſcendum: qui certè propter veteres libros amiſſos ad cognoſcendum eſt difficilior. Quia tamẽ ad ff. & C. totumq; ius noſtrum eius cognitio eſt per quam utilis, & ad ordinem planè neceſſaria, videamus, an per veteres libros fragmenta, tanquam obſcura quædam veſtigia perſequentes, ordinem ipſum edicti aſſequi poſſimus.

15 Multi adhuc in Paratitlis & aliis id genus Epitomis atq; commentariis parentum, noſtraq; ætate ſunt conati exponere ordinem ff. & Cod. ſed ordine & primis velut veſtigijs edicti non inveſtigatis fieri non potuit, quin ſæpè aberrarint. Nam ut idem Philoſophus ait, error initio licet parvus progreſſu tamen fit multiplex & maximus.

16 Non puto hic eſſe opus iam explicare, vel de edicti origine, quæ debetur C. Cornelio Tribun. pl. vt eſt apud Dionem & apud Aſconium in orationes Cic. vel de eo, qui prius edicta compoſuit ante Julianum. Puta Servius Sulpitius, & eius diſcipulus Ofilius, qui primus id diligenter compoſuit, teſte Pomp. *l. 2. §. ex his, de orig. iur.* vel deniq; de ipſo edicto Juliani, cum id Imp. Hadriani mandato à Salvio Iuliano Iuriſconſulto ſit perfectum, quod & Spartianus in Hadriano confirmat, & ſupra iam indicavimus. Satis enim ea aliaque id genus iam nota, & ab aliis ſunt explicata.

17 Nós igitur de ordine edicti, quem nemo adhuc indicavit, exponamus: & primum quidem ſummatim dein verò ſingulatim & accuratius. Videtur ergo edictum P. Iuliani in ·o. partes diſtribui poſſe: quarum I. dicatur τὰ πρῶτα, & prima ſive præparatoria judiciorum contineat. II. Dicatur de iudiciis, quæ pars actiones in rem continet. III. De rebus, quæ actiones in perſonam.

IV. Con-

IV. Continet tractatus de dotibus, tutelis, & per conſequentiam de furtis. V. Explicatur de bonorum poſſeſſione & teſtamentis. VI. De cautionibus quibuſdam prætoriis, vicem actionum gerentibus. VII. De delictis quibuſdam. IIX. De iudiciorum fine ſive executione, ut de miſſione in poſſeſſionem, & re iudicata. IX De interdictis, quæ olim ab actionibus & iudiciis longè differebant. X. Et ultima pars eſt velut acceſſoria, in qua de pignoribus, exceptionibus, & ſtipulationibus prætoriis, & aliis quibuſdam de rebus fortaſſe non ſatis certis ageretur, Et hæc breviter de ſummis capitibus edicti perpetui à Juliano compoſiti, quantũ ex obſcuris fragmentis & veſtigiis veterum librorum conſequi licuit.

Nunc ſingulatim & titulos, atque edicta ſingula, quoad eius fieri potuit, explicemus. Qua in re non minor erit difficultas, quam in ordine illo ſummario, ut ita dicam: partim propter libros veteres amiſſos, partim, quod Tribunianus edicti perpetui ordinem ſæpè mutârit ac perturbârit: multa quoque Codici adiecerit, quæ non ſunt in edicto, ut actionem rei uxor. ut edictum de alterutro, &c, de quibus infra. Quare condonandum erit, ſi tantum typo & rudi Minerva hæc à nobis informentur ac digerantur.

DE

DE PRIMA EDICTI PERPETUI PARTE.

1 ERgo edicti primus tit. videtur fuiſſe de Juriſdictione, ſub quo, ut generali, aliquot fuerunt edicta, ad Juriſdictionem prætoris pertinentia ut edictum, ſi quis jus dicenti non obtemperaverit: deinde edictum in eum qui album prætoris corruperit, *l. 7. de jur. ſd. &.* Item edictum, quod quiſque juris in alium, &c. *l. 1. quod quiſq. juris.* Videntur & alia edicta de juriſdictione fuiſſe, ut de die, à prætore, cautioni de damno infecto, definita. *l. 4. & 5. de damn. infect.* ut & illa fortaſſe, ſi quis in jus vocatus, &c. & in jus vocati, ut eant. Ratio autem ordinis, tam de hoc titulo primo, quam de aliis non incommodè exponetur ad ff. infra quæ & partim eſt expoſita ad Cod. ſupra.

2 Huic titulo de juriſdictione proximum fuit edictum de edendo, *l. 1. & 4. ff. de edict.* quod ſequebatur edictum de pactis, hoc edictum de in jus voc.

3. Cur autem in ff. & C. de pactis agatur poſt titul. de in jus voc. & in edicto ante; Ratio hæc mihi eſſe videtur, quod olim ipſa editione actionis ſæpè deterriti & permoti ſtatim decurrerent ad tranſactionem, & pactionem cum adverſario, ut & in jus vocationem viro prudenti plerumque gravem, evitarent. Quia tamen etiam poſt vocationem licet tranſigere, adeo, ut in jus vocatus, ſi tranſigat, ſit dimittendus *l. 32.* neque impuberes de in jus voc. & quia Juſtiniani ętate in jus vocatio & editio uno eodemque tempore ſive ſimul fieri ſolebant propterea Tribunian. in Digeſt. in jus vocat. & editionē anteponit pactis & tranſactionibus. Edicti igitur de pactis multa fit. p. ium mentio, *l. 1. de pact.* Verba ejus exſtant *l. 7 § ait Prætor 7. d. tit.*

4. De in jus voc. plura fuerunt edicta. unum de perſonis, quæ vocari aut non vocari poſſunt, *l. 4. & ſequentib. de in jus voc.* Aliud de vocato in jus vi non eximendo. *l. 1. & 4. Ne quis eum, &c.* tertium de ſatisdatione judicio ſiſtendi, quæ in edicto, ni fallor, promiſſio ſive cautio vadimonij dicta fuit. *l. 4. qui ſatiſdare cog.* Cujus edicti de ſiſtendo pars eſt edictum ſi ex noxali cauſa, &c. *l. 1. ſi ex noxali cauſa.* Ad hoc vadimonium titulus quoque ff. ſi quis caut. &c. pertinet. IV. Edictum eſt de judicio in factum contra eum, qui impedit alium judicio ſiſti, *leg. 1. de eo, per quem factum &c.* Fortaſſe fuerunt & alia, ad hunc titulum, de in jus voc. dicta, ſed ex fragmentis librorum elici commode non poſſunt. V. tamen ſatis apertè exſtat. *l. 2. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur*, quod hic poſitum fuit, ut indicat inſcriptio, *dicta leg. 2. quæ eſt Ulpian. dicto libro 5. ad edictum*, quo & priora ab eo ſunt explicata, quamvis à Tribuniano hoc ſit rejectum ad edictum de miſſione in poſſeſſionem.

Hunc

Hunc titulum, edicti perpetui, *de in jus voc.* ſequebatur *titulus, de poſtulando, l. 1. de poſtul.* quod ſubſequebatur edictum de his, qui notantur inſam. *l. prima, ff. dict. titul.* Poſtea erat edictum de procuratoribus & Defenſoribus; *l. 8. §. Procuratorem, l. 33. §. ait Prætor, 3. l. 39. §. ſi ſtatus, l. 43. §. 1. de Procuratoribus.* Cui adjunctum fuit edictum, *de negoc. geſt.* Et huic edictum de his, qui pecuniam, ut negotium facerent vel non facerent accepiſſe dicantur, *l. 2. & 3. & l. penultima. de calumn.* Videntur hæc edicta de poſtulando pertinuiſſe ad unum eundemq; tit. generalem de poſtulãdo, quia ſunt ferè ejuſdem argumenti, puta, *de Advocatis, Procuratorib. & Negotiorum geſtor. b.* 5

6 Hunc autem tit. ſequebatur item generalis tit. de in integr. reſtit. Nam & ſub eo multa fuerunt edicta, quia & ſex ſunt reſtitutionum ſpecies. *l. 1. & 2. de in integr. reſtit.* Primum ſub eo tit. Edictum eſt de metu; ſive quod metus cauſa. II. Eſt de dolo malo, *l. 1. §. verba autem, de dolo.* III. De ætate, *l. 1 §. prætor. de minor.* IV. De ſtatus mutatione, *l. 2. §. 1. de cap. dim.* V. De abſentia Reipub. cauſa, *l. 1. ex quib. cauſ. major.* VI. De juſto errore; *l. 1. 2. & 3.* quod falſo tutore, &c. Nam & hoc tit. quod falſo tutore &c. continetur ſpecies reſtitutionis in integr. quem tamen tit. Tribun. rejicit ad tractatum de tutel. in ff. Ratio ibi exponetur. Ad hunc titulum, de in integr. reſtit. & tit. 7. ne qua alienatio mutandi judicii cauſa; &c. pertinere videtur; nam & ibi ſit quædam reſtitutio; *l. 1. & 3. §. ex his, l. 4. 8. & ul. de alienat. jud. mut.*

Et huic titul. de reſtitut. in integr. Proximus videtur fuiſſe *tit. de receptis*, ad quem titulum duo edicta pertinent de arbitris; *l. 3. §. 1. & 2. de recept.* alterũ de nautis, cauponibus, &c. *l. 1. naut. caup. ſtab.* Atq; hi ſunt *tituli, & Edicta ad primum caput, τὰ πρῶτα* pertinentia. 7

II. Pars Edicti Perpetui.

PRoximo deinde loco videtur in edicto fuiſſe titul. de jud. tametſi reperire ſatis liquido & certo non potui, edicta ſub hoc tit. comprehenſa. Sed & hunc tit. fuiſſe in edicto argumenta probant. I. Paul. *lib. 1. ſent. tit. 10. & 4. ſeqq.* qui edicti ordinem iis in libris eſt ſecutus. II. Ipſe ordo ff. *l. omnẽ, §. & anima. verſ. poſt eorum, & §. in ſecundo initio ff. l. 2. C. de jure vet. enucl.* Ex quib. locis intelligitur jam olim fuiſſe primam juris partem dictam τὰ πρῶτα. III. Deinde judiciis: quæ appellatio partis fortaſſe ſumpta fuit ex ipſo tit. primo edicti. 1

2 Hunc tit. de judiciis videntur ſingulæ actiones ſubſecutæ & in edicto fuiſſe propoſitæ & primo quidem actiones in rem univerſales, ut querela inofficioſi teſtamẽti petitio hereditatis, ſi pars hereditatis petatur: poſſeſſoria hereditatis petitio fideicommiſſaria hereditatis petitio, *l. 1. ſi pars hered. pet. l. 1. de poſſeſſ. hered. pet. l. 1. de R. V.* in quibus ll. hic ordo edicti diſertè exponitur. Sed tamen de his actionibus nulla edictorum verba, ut puto, exſtant, ut neq;

de rei vind. Cujus rei cauſa videtur eſſe hęc quod hæ actiones ſint civiles, in edicto autem ſua; hoc eſt, prętoria plenius, civilia nudè tantum propoſitiſſe, & interdũ de iis multa omiſiſſe, exceptis tantũ actionib. Dices poſſeſſoriam hereditatis petitionem eſſe prætoriam, & tamen nullũ de ea edictũ reperiri. Sed id inde eſt quod illius eadem eſt ratio, quæ petitionis civilis, quæ cauſa quoque eſt, cur Juriſconſulti ad edictum, de illa nĩl ferè explicarint, *l. 2. de poſſ. hered. pet.*

3 Poſt actiones de univerſitate propoſitæ fuerunt actiones rerum ſingularium *l. 1. de R. V.* Ut eſt rei vindicatio, Publiciana actio de agro vectigali. Sed de publiciana tantũ exſtant verba edicti quia eſt prætoria, *l. 1. de publician. in rẽ.* Nam actio de agro vectigali civilis quoq; videtur quia jus hoc habet emphyteuta in agrum vectigalẽ, hoc eſt emphyteuticum, quod jus eſt quoddã in rem dominio non abſimile, & proinde civile quiddam, ſed à dominio tamen diſtinctum. & proinde propriam pariens actionẽ, *leg. 63. de eviction. leg. 5. in fin. arb. furt. caſ. leg. 15. de damno infecto.*

4 Poſt in rem actiones de rebus corporalib. videtur in edicto propoſita fuiſſe actio confeſſoria & negatoria, de ſervitut. & uſufruct *leg. 13. §. de præteritis, de uſufruct. l. 2. ſi ſerv. vind.* Sed & hæ ſunt civiles ideoq; nulla exſtant Edicta & Juriſconſulti in libris ad Edicta, valde breviter de his ſervitutibus explicarunt.

5 Poſt has in Edicto fortaſſe propoſitæ fuerunt actiones de pauperie. l. Aquiliæ, finiũ regund fam. erciſc. cõmuni divid. Sed de his quoq; nulla exſtãt Edicta: q. a hę ſunt civiles, his ex legib. partim ex l. 12. tab. partim ex l. Aquil. natę ſive introductæ An autẽ noxales actiones in Edicto fuerint propoſitę, ut in ff dubito. Nã videntur potius ſtatim poſitę fuiſſe poſt actionẽ l. Aquiliæ, ut videre eſt in *l. 2. 6. & 14. de nox. act.* quæ ſunt ex Ulp. *lib. 18. ad Edict.* in quo *etiã de l. Aquil.* explicavit. Mutavit igitur in Cod. ordinẽ Edicti Tribunianus Ratio autẽ ordinis Edicti eſt, quia ut actio l. Aquiliæ eſt de dãno, ita & hæ ſunt de noxa hoc eſt, de damno. Quia autem hæ noxales actiones non ſunt proprię & principales actiones, ſed tantum acceſſoriæ & titulo-tenus, ut & actiones de peculio, propterea hæ actiones, ſi accedunt civilib. dicũtur civiles. ſi prætoriis dicuntur prætoriæ. *§. 2. Inſt. de noxal. act.* Et hinc eſt quod de noxal. actionib. Edictum exſtat *l. 21. quoties. §. prætor ait. de nox. act.*

6 Poſt has actiones videntur quædam in Edicto fuiſſe de actionib. quæ propter inficiationem creſcunt. & de beneficio ut vocant diviſionis inter fidejuſſores ex Edicto prætoris. Id colligere licet ex Paulo li. 1. *ſent. tit. ult. in pr. & ex Ulp. li. 20.* ad Edictum. *&* 21. & ex Paulo ad Edictum *lib. 24.* Sed edicti verba non exſtant & in ff plane alio loco illa tractantur. edictũ inquam de diviſione inter fidejuſſores ſub *tit. de fidejuſſorib.* Cur autẽ in Edicto de eo ageretur hoc loco, cauſam fuiſſe puto, quia hic agitur de cauſa cõmuni dividundo cui propter ſimilitudinẽ adjunctum fuit de beneficio diviſionis vel etiam quod

inficia-

inficiatione amitteretur beneficium diviſionis *l.10.§.1.ff. de fidejuſſ. qui mād.* (puto autem hoc Edictum de diviſione obligationis inter fidejuſſores fuiſſe novum, & eſſe à Juliano ex Conſtitutione Hadriani relatum in Edictum. Nam hæc diviſio ſolet alias plerunq, tribui Epiſtolæ ſive conſtitutioni Hadriani. *§.ſi plures Inſt. de fidejuſſ.*

Poſtea in Edicto propoſitum fuit edictum de interrogationibus, quod eſt planè prætorium, ejuſque verba quædam exſtant l. 2. & 4. *§. quod prætor. de interrogat. in jure fac.* Mirum autem videri poſſit Ulpianum lib. 22. ad Edict explicaſſe non tantum Edictum de interrogationibus Sed etiam Edictum de jurejurando, ut indicat l.3.5.7.9.11.13 de jurejur quę leges ſunt ex lib. 22. Ex quo etiam ſunt *leges 2 4.6.9.11.& 21. de interrogat.* Sed reſponderi poteſt bifariam: vel quia olim interrogatio erat duplex, vel adhibito jurejurando, vel non illam vocabant rogare ſacramento de quo videatur Feſtus in verbo *ſacramentum*: ubi hęc duo ſacramento contendere & ſacramento rogaré explicantur licet locus ſit valdè mendoſus: vel dicendum has leges ex *li. 22. de jurejur.* referendas eſſe ad lib. 26. ut mendum ſit in numero: quemadmodum in Paulo *lib. 17. ad Edictum* ponuntur leges ſub *tit. de jurejur.* quæ pertinent potius ad lib. 27. ſic in eodem Paulo *lib. 18. ad Edictum*, ponuntur 10. leges ſub *tit. de jurejur.* quæ pertinent potius ad lib. 28. 77

Huic Edicto de interrogationibus adjuncta fuerunt Edicta primo, *de his qui effuderunt*: ejus verba exſtant *in l.1.& 5.§. prætor ait. d. tit.* Secūdo de ſervo corrupto, cujus verba item exſtant *d. tit.* Tertio, de aleatoribus. Cujus item verba exſtant *in l.1. de aleatorib.* Exſtant inquam, quia ſunt hæ actiones & Edicta planè prætoria, quibus adjunctum quoq; fuit Edictum ſive actio *ſi menſor falſ. mod. dix.* quæ actio itē eſt prætoria in factum *l. 1. & 5. §. hoc judicium. d. tit.* Ratio ordinis autem, cur hęc quatuor Edicta ita cōjunctim & in fine fuerint poſita hæc eſt quia delicta continent. Tribunianus autem hunc ordinē mirè mutavit in ff ubi ratio exponetur. 83

Poſtea Edicta fuit propoſita actio ad exhibendum & tandem actio de religioſis & ſumptibus funerum. Sed de illa non exſtat Edictum quia ſequitur rei vindicationem, hoc eſt, ejus naturam, cujus præparandæ cauſa eſt introducta, *l.1. ad exhib.* De religioſis actio in factum eſt, & prætoria, *l.2. §. prætor ait*, & alterum *in l.12. §. prætor ait. de religioſ.* 99

Quibus conjungitur Edictum de mortuo inferendo, poſitum in ff: ſed nō fuit junctum in Edicto perpetuo. Hoc enim Edictum de mortuo inferendo poſitum in Edicto perpetuo fuit eo loco, quo interdicta, propterea quod hoc de mortuo inferendo ſit quoq; interdictum, ut ait *l.1. de mortuo infer.* Videatur inſcriptio *l.1. de mort. infer. l. 1. Ne quid in loco ſacro &c. l.2 ne quid in loco publico.* 101

III. Pars.

III. Pars Edicti Perpetui.

1 POſt iſta judicia in rem aliaq; ejus adjuncta in Edicto perpetuo poſitus fuit *tit. de reb. cred.* ſub quo titulo prętor inſeruit multa ad varios contractus pertinentia, ut ait Ulp *l. 1. §. 1. d. tit.* Quæ autem fuerint ea inſerta ſub hoc tit generali idem Ulp. indicat. Ait autem *in d. l. 1* prętorem ſub hoc tit de commodato quoq; & de pignore edixiſſe. Nam de mutuo licet nihil dicat Ulp. tamen certum eſt propterea quod rerum creditarum appellatione mutuum propriè continentur, generaliter tamen & minus propriè etiam alius contractus: quēadmodum creditoris & debitoris vocabula propriè in mutuo generaliter etiā in aliis contractibus dicuntur. *l. creditores 10. de verb. ſign.* Sub hoc igitur *tit. de reb. creditis* fuit Edictum de mutuo de commodato, de pignore, ut jā dictum. Videtur & de indebito fuiſſe, quod mutuo eſt ſimilimū. Unde & per mutuum Cujacius putat appellatum, indebitum, de quo tamen alias dictum. Puto quoq; de conſtituto ſub hoc tit. prætorem edixiſſe. propterea quod mutuo ſit ſimile in eo, quod utrumq; tantū in reb, quæ pondere numero & menſura conſtant locū habent jure veteri. Nā hodie conſtitutū in omnib rebus locum habet *l. 2. C de conſt. pec* Eſt & altera ratio conſtitutum ſub hoc tit. fuiſſe poſitū in Edicto, quia procedat commodatum & pignus: Nam *tit. de conſtit.* prior eſt *titulo commod. & de pignorat. act.* Nunc ſi commodatum & pignus fuerūt ſub *tit. de reb. cred.* (ut teſtatur Ulp. *in l. 1. de reb. cred.*) certè intelligitur etiam cōſtitutum ſub eo fuiſſe Puto quoque de jurejurando prætorem ſub eo tit. edixiſſe. tum quia juſiurandum ferè in mutuo adhibetur, tum quia ordo ff hoc indicat & liberorum ad Edictum, in quib. de jurejurando ſtatim agitur poſt mutuum. Ex his jam intelligitur, quod Ulp. ait *in d. l. 1. de reb. cred.* ſub hoc tit de rebus creditis multa ad varios contractus pertinentia fuiſſe collocata, ut de mutuo de jurejurando, de indebito, de conſtituto, de commodato de pignore. Etiam receptitia actio ſub eodem tit. fuit comprehenſa de qua infra.

2 Hinc quoq; quæſtio illa inter recētiores Dd. (ut ſunt Cujac. Hotom Cōtius, Donellus, & Rævardus) agitata, explicari poteſt an hic *tit. ff. de reb. cred.* ſit generalis, an vero ſpecialis. Non enim eſt planè ſpecialis. quia pertinet non ad unam ſpeciem contractus, ſed ad multas Non etiā eſt planè generalis, quia non pertinuit ad omnes, ut ad mandatum. depoſitum &c. ſed tantū ad quoſdam. commodatum, mutuum &c. Quare generalis dici poteſt aliquatenus, non verò omninò, ut quidam putant, qui volunt hunc titulum eſſe generalem, & communem omnium contractuum, id quod refellitur ex *l. 1. ff. de rebus cred.*

Nunc videamus de Edictis, quo ordine ſub hoc tit. de rebus creditis fuerint poſita Et primū fuit Edictum de mutuo, ſive de actione quæ condictio certi dicitur. Hujus autē Edicti de mutuo nullā mentionem reperio, credo quod

quod breve fuerit: propterea quod mutuum ſit civile non vero prætorium. Dubitari tamen non debet quin aliquid de mutuo fuerit edictum ſub hoc titulo. Nam ſi ſint de commodato, aliquod, ut ait Ulpian. *l.1.* certè & de mutuo fuiſſe neceſſe eſt, hac ratione, quia verbum rerum creditarum propriè ad mutuum pertinet, ut ſupra dictum. Ordinis autem ratio, hoc eſt, cur in Edicto perpetuo judicia priora in rem & alia ejus adjuncta ſtatim ſecutus fuerit hic titulus, explicata eſt ad titulum *C.1. & 2. lib.4.*

Deinde ſub eodem titulo fuit Edictum, *de jurejur.* cujus verba exſtant 4
l.34. §. ait prætor. D. jurejur. Ratio ordinis idem dictus eſt ad titulum *C. de reb. cred. & jurejur.*

Sub eodem titulo videtur etiam fuiſſe edictum de indebito, ſive de con- 5
dictione indebiti & aliis condictionibus quæ tamen quia non ex jure prætorio, ſed ex æquo & bono oriuntur, nulla fit mentio edicti de his condictionibus, *l.56. hæc condictio. de cond. indeb.*

Huic proximum fuit edictum de conſtituta pecunia, quod eſt planè 6
prætorium, quia eſt pacto & fide pendet. *§. in perſonarum Inſt. de act.* Ratio ordinis item propter ſimilitudinem cum mutuo: utrumque enim ut ſupra dictum, iiſdem in rebus locum habebat. Hujus autem edicti de conſtituto mentio & verba exſtant. *in l.1. l.16. ſi duo §. ait prætor. l.18 item illa. de conſtit pec.*

Quia autem vetus actio receptitia, huic conſtitutoriæ fuit perſimilis 7
(nam recipere, conſtituere & promittere ferè idem valent) veriſimile eſt hanc quoq; receptitiam actionem ſub eodem titulo de rebus creditis comprehenſam fuiſſe.

Huic proxima fuit actio commodati, de qua exſtant verba edicti *l.1. d.* 8
tit. Ratio ordinis propter ſimilitudinem commodati cum mutuo quod utrumque Græcè & Germanicè uno eodemque nomine appellatur: & plerumque commodatum in rebus mobilibus locum habet. *l.1. §. inter commodatum. ff. commod.* ut & mutuum.

Huic adjuncta fuit proximè in Edicto actio pignoratitia ſub eodem ti- 9
tulo *de reb. cred.* ut ait *l.1. de reb. cred.* Ratio ordinis eſt item propter ſimilitudinem quod ſcilicet hi contractus omnes, mutuum, indebitum, commodatum, pignus, re fiant. Sed Edicti de pignore verba non exſtant.

Illud hic notandum, quod *lib.2. ſentent.* inter tit. *de conſtituta pecunia*, & 10
tit. *de commodato* interjecit tit 3. *de contract. b.* (ſic enim in libris de vulgatis inſcribitur, ſub quo agitur de ſtipulatione. Videtur autem ſub eo tit explicaſſe veterem actionem receptitiam de qua videatur *l.2. C. de conſt. pec.* Nam conſtitutoria & receptitia actio cum in aliis rebus differebant, tum in eo quod conſtitutum fieret verbis nudis ut ſpecies pacti: receptitia actio fieret verbis ſolemnibus ut ſpecies verborum obligationis. *d.l.2.* & iccircò Paulus ibi agit de ſtipulatione, cui ſcilicet propter verborum ſolemnitatem ſimile erat receptum.

11. Has autem actiones. Conſtitutoriam & receptitiam in Edicto proximè ſequebatur actio exercitoria, de qua ipſum Edictum non exſtat. Sed de eo fit mentio *in l.1.l.5.§.1.in fin. de exerc. act.* Verba tamen Edicti facilè colligi poſſunt ex *d.l.1.*

12. Huic proximum fuit edictum de inſtitoria actione, cujus item verba non exſtant, ſed ejus fit mentio *in l.1.l.17.§. de inſt. act.*

13 Huic deinde adjunctum fuit Edictum de tributoria, cujus etiam verba non exſtant, ſed colligi poſſunt ferè ex *l.1.d. tit.* Ratio ordinis autem. Cur in Edicto perpetuo illas actiones de mutuo, indebito, conſtituto, commodato, pignore proximè ſecutæ fuerint hæ actiones exercitoria inſtitoria, tributoria hæc mihi videtur, quia hæ tres actiones ad merces & mercatum pertinent. *l.1. de exerc. act. l.11.§.pen. de inſt. act. l.1. de trib. act.* Merces autem ſunt rerum mobilium, & plerumq; vini, olei frumenti, & ſimilium rerum, quæ ſunt etiam in mutuo, propter quam ſimilitudinem cum mutuo & priorib. contractibus rectè hę actiones prioribus fuerunt adjunctæ: & quidem poſtpoſitæ, quia ſunt prætoriæ: cum illæ ſint civiles excepta conſtitutoria. Civilia autem prætoriis ſunt digniora & efficaciora, & antiquiora, ita & loco & ordine priora eſſe debent ut ſæpè jam dictum.

14 Proximum iſtis in Edicto, fuit Edictum de peculio de in rem verſo, de eo quod juſſu. *l.1. de pecul.* verba ejus exſtant partim *in d.l.1. §.1.* partim *in l. 2. quod cum eo, &c.* partim *in l.1. quando de pecul.* Ratio ordinis edicti exponitur ab ipſo Ulp. *in d.l.1. de pecul.*

15 Dixi modo tres priores actiones exercitoriam &c. poſtpoſitas illis de mutuo, &c. quia ſint prætoriæ: indicatur & altera ab Ulpian. *in d.l.1. de pecul.* hæc: quia illæ de mutuo, indebito, &c ſunt ex contractibus propriis hæ tres exercitoria, &c. ſunt ex contractibus alienis, hoc eſt dantur contra Dominos ex contractibus inſtitorum, exercitorum & ſervorum. Propria autem ſunt alienis priora & potiora.

16 Ex contractibus autem alienis naſcuntur actiones aut in ſolidum, aut nō in ſolidum ſed in partem ſcilicet. de peculio ſive peculio tenus, aut quatenus in rem Domini ſit verſum. In ſolidum ſunt illæ jam tres expoſitæ inſt. & tribut non in ſolidum ſunt de peculio & de in rem verſo *d.l.1* Quę in ſolidum priore loco fuerunt poſitę reliquæ poſteriore. Ratio eſt quia univerſalia ſingularibus & tota partibus ſunt priora Et hinc eſt quod ait Ulp. *d.l.1. de pecul.* Ordinarium prætor arbitratus eſt prius eos contractus exponere eorum, qui alienæ poteſtati ſubjecti ſunt qui in ſolidum tribuunt actiones, ſic deinde ad hunc pervenire, ubi de peculio datur actio.

17 Dicet aliquis, actionem quod juſſit dari in ſolidum. *§.1. Inſtit. quod cum eo, &c. l.1. ff. quod juſſu*, & tamen eam non poni prius, nempe cum actionibus in ſolidum, exercitoria &c. ſed ultimo loco poſt actiones non in ſolidum, ut de peculio & de in rem verſo; & rectius videri in Inſtit. hanc actio-

nem.

nem quod juſſu inter illos prætorias ex contractu alieno poſitam primo loco. Sed ratio Edicti hæc videtur eſſe, quod hæc actio quod juſſu, etſi iis tribus, exercitoriæ, inſtitoriæ & tributoriæ in eo eſt ſimilis, quod datur in ſolidum, tamen in eo eſt diſſimilis, quod datur ex contractu ſervi ſive in poteſtate noſtra, ſive non. Quare hæc actio, quod juſſu ſimilis eſt actioni de peculio, & de in rem verſo, quia hæ tres tantum ſunt de ſervorum & filiorumfam. contractibus.

Cur ego, inquies hæc actio quod juſſu inter has tres ponitur ultima? 18
Ratio hæc eſt, quia maximè eſt ſpecialis. Quid ita? quia tantum datur ex contractu qui factus eſt juſſu. qui contractus ſunt rariores. At contractus, ex quibus de peculio actio oritur, ut eſt actio de in rem verſo, ſunt longè communiores & frequentiores. quos ſcilicet ſervi & filiifa propria voluntate & liberè celebrant, non exſpectato juſſu. Jam ſpecialia & minus frequentia ſunt poſteriora communibus & frequentibus.

Proximum in Edicto locum tenuit actio depoſiti: quæ duplex eſt, una 19
civilis in ſimplum altera prætoria in duplum, quia tumultus, ruinæ incendii naufrag cauſa §. *omnes. §. planè ſi depoſiti. Inſt. de act.* verba edicti exſtant *in l. 1. ff. depoſiti.* Ratio ordinis eſt quia contractus depoſiti in prioribus contractibus mutui indebiti &c. eſt perſimilis in eo, quod hi quinq; ſoli re fiunt. Cur autem ex iis quinque, hic contractus depoſiti ultimum in Edicto locum tenuerit ratio hæc eſt: quia priores quatuor magis inter ſe ſint ſimiles in eo, quod illi ferè in rebus qui numero pondere & menſura conſtant, locum habent. Deponuntur autem res aliæ potius, ut veſtes, libri, ſervi, jumenta equi &c.

Erat olim & actio ſive judicium fiduciæ ſimilimum actioni depoſiti 20
propter ſimilitudinem. Non enim Cujacio aſſentiendum, putanti in notis ad Paul. *lib. 2. ſen. ti. 4* depoſitum nihil habere ſimile cum fiducia; quem non tantum nomen fiduciæ, ſed etiam Paulus ipſe refellit, qui de fiducia agit eodem in loco, ubi de depoſito *l b. 2. ſent. cap. 13.* in quibus libris ſententiarum Paulus edicti ordinem eſt ſecutus, ut ſupra dictum in initio Quod autem in ff. hujus judicii fiduciæ, (de quo tamen & Cic interdum ut *b. 3 off. lib. 3. de nat. Deor.*) neque mentio fit neque ullus eſt titulus, cauſa hæc eſt, quia contractus fiduciæ tempore Juſtiniani fuit ſublatus. *§. ult. Inſt. de l gi. agr. ſucceſſ.*

Hinc proximum locum tenuit actio mandati ut videre eſt in libris Gaij. 21
Ulp. Pauli ad Edict deinde actio pro ſocio: puta actio empti & venditi, deinde actio æſtimatoria. *l. 1. de æſt: m. act.* & tandem actio locati & conducti. Ratio ordinis, hoc eſt, cur poſt actiones ex contractibus qui re fiunt ponantur hæ actiones, quæ ſunt ex contractibus conſenſu, eſt hæc: quia hæc duo contractuum genera (re & conſenſu) ſunt principalia, reliqua duo (verbis & literis ſive ut olim nominibus) ſunt acceſſoria, & iccirco in ultimum locum merito rejecta.

12 Inter hos autem qui conſenſu, cur actio mandati primum locum tenuerit in Edicto ratio hæc eſſe videtur, quia mandatum depoſito aliquatenus eſt ſimile, in eo, quod utrumque eſt gratuitum, & utrumque amicitia nixum, *l.1.§.mandatum.ff.mand.§.preterea,in verbo qui negligentiam co. Inſtit. quib.mod.re contrah.l.24.Lucius.& l.26.Publia.§.Lucius ff.de poſ.* quibus proximè adjungitur actio pro ſocio, propterea quod hic quoque contractus ſocietatem amicitiam & jus quodammodo fraternitatis in ſe habet, ut ait *l.63. verum eſt in pr.ff.pro ſoc.* Tertium inter hos conſenſu contractus locum tenuit emptio, & quartum locatio. quod emptio ſit & celebrior & efficacior in eo, quod emptione ſi venditor eſt Dominus transferatur dominium. *§. venditæ.Inſt.de rer.divi.ſ* locatione nunquam transferatur. *l.39. non ſolet.ff.loc.* Huic adjuncta fuit æſtimatoria actio quia partim emptioni, partim locationi eſt ſimilis, & utrique tamen diſſimilis. *l.1.de æſtim.act.* Atque hæc hactenus de actionibus in rem, atque actionibus in perſonam ex contractu.

IV. Pars Edicti Perpetui.

1. EAs proximè jam ſequuntur actiones ex quaſi contractu, & aliis cauſis, ut æquo & bono: actiones inquam in perſonam. Et primum quidem inter eas locum in Edicto tenuit actio rei uxoriæ argumento ſunt libri Juriſconſultorum ad Edictum Ut Ulpia. *lib.33. & 34.* Pauli *lib.35.36.& 37* tot enim libris Edicta ad rem uxoriam, ſive ad nuptias & dotes pertinentia illi explicarunt Eundem quoque ordinem videre eſt apud Paul *l.2.ſent.tit.19.de nupt.& 7.tit.ſeqq.* Ratio ordinis hoc eſt cur inter reliquas actiones in perſonam actio dotis (quæ olim rei uxoriæ dicta fuit. *§.fuerat. Inſt.de act.*) primũ in Edicto locum tenuerit, hęc eſſe videtur, tum quia dos fit matrimonii cauſa, *l.1.2.& 3.de jur.dot.* quod matrimonium eſt quædam ſocietas, & non longè à contractibus conſenſu, inter quos eſt ſocietas (licet ab ea non parum differat) collocari debuit. tum quia videatur Julianus in Edicto, rationem habuiſſe ordinis naturæ, qui ordo hic eſt ut prius ſit matrimonium, quam ſunt liberi, quarum tutela deinde eſſe poſſit, mortuis parentibus. Ideoque prius de matrimonio & actione dotis, quam de actione tutelæ agendum fuit: quem ordinem & Imp. *lib.1. Inſt.* tenuit, ut prius de nuptiis, poſterius de tutelis explicetur.

2. Ad hunc locum Edicti perpetui de re uxor. Edictum quoq; de alterutro pertinet quod tamen in ff. non exſtat amplius, utpote ſublatum cum re uxoria. *l.1 § primum itaq; C.de rei ux.act.* ejus quoq; mentio fit *in l.7.C. Theod. l.b.4.de teſt.* Sic enim inquit: *mulier in edicto, quod de alterutro eſt, cum ſuam explanaverit optionem, ne pœnitentia ad aliud poſſit tranſire, &c.* Quibus verbis & ſententia ejus Edicti indicatur: quæ hæc eſt: mulierem, cui maritus aut hereditatem aut legatum aut fideicommiſſum reliquerit, debere contentam.

tam eſſe alterutro, vel relicto vel dote, & hanc ipſam alterutrius optionem factâque ſemel optione amplius pœnitere non poteſt. Sed hodie non alterutro contenta eſſe cogitur. ſed utrumque conſequitur & relictum & dotem, eadem actione ex ſtipulatu quæ ſucceſſit in locum actionis rei uxor. *d. §. primum itaq;. & d. §. fuerat Inſtit. de action.* De hoc Edicto latè Cujac. *lib. 3. obſ. c. 16.*

Ad eundem locum de dotibus in Edicto perpetuo, fuit actio præjudicialis, ſive præjudicium, de partu agnoſcendo, *l. 3. de agnoſc. lib.* Non fit quidem mentio edicti alicujus de hac actione, ut neque de multis aliis actionibus mandati, pro ſocio, de mutuo &c quia Edicta plerumque tantum commemorantur de actionibus prætoriis, rarò de civilibus. Edicta autem ſunt prætoria: hæc autem actio de partu agnoſcendo eſt civilis, utputa SCto quodam introducta, *l. 1. & toto tit. de agnoſc. & al. lib* Plinius *l. b. 10. Epiſt.* Poſtulantibus, &c. 5

Huic actioni de partu agnoſcendo proximum in Edicto locum tenuit edictum de partu cuſtodiendo, ut dicitur *in l. 2. & 4. de inſpic. vent. cuſtodiendoq; partu* cujus Edicti verba exſtant. *d. tit. l. 1. § 4.* Ratio ordinis autem cur actio de partu agnoſcendo prior ſit Edicto de partu cuſtodiendo, ut indicat d. tit. *l. 1. §. 1.* ex hoc reſcripto hæc eſſe videtur, quia actio rei uxoriæ, de qua proximè dictum, olim certis de cauſis ceſſabat: nempe propter retentiones varias, ex variis ſcilicet cauſis, ut morum & impenſarum, ut rerum amotarum ut liberorum, teſte Ulp. *l. b. reg. tit. 5 & l. 1. §. taceat. C. de rei uxor. act.* Rectè igitur de liberis agnoſcendis (erat enim propter liberos retentio) ſtatim adjungebatur rei uxor. Eſt & altera ratio, quia actio de partu ſive liberis agnoſcendis, agit tàm de liberis jam natis, quàm naſcituris. Edictum autem de partu cuſtodiendo, etſi eſt item de utriſque, maximè tamen eſt de naſcituris. Tertia denique ratio eſt, quod actio de agnoſcendo partu eſt civilis: cum reliquæ de ventre ſint prætoriæ. 4

Sunt autem tria Edicta de ventre I. Jamjam expoſitum eſt, de inſpiciendo ventre cuſtodiendoque partu quo edicto multa continentur, inter alia & iſtud, *de ventre in poſſeſſ. mittendo*, de quo infra agetur. Nam in hoc Edicto de ventre inſpiciendo tantum fit hujus miſſionis mentio, *l. 1. §. de inſpiciendo. & §. quod autem ff. de inſpic. vent.*

Alterum Edictum de ventre ſive partu priori proximum eſt de actione in factum contra mulierem, quæ poſſeſſionem, in quam ipſa ventris nomine miſſa fuit, in alium dolo malo tranſtulit, cujus Edicti & actionis mentio & explicatio in tit. ff. *ſi vent. nom.* 6.

Tertium edictum item actionem in factum contra mulierem continet, quæ ſciens prudensque ſe non eſſe prægnantem in poſſeſſionem tamen venit, & ita per calumniam; de quo Edicto (quod illo altero fuit poſterius, *l. 1. §. 1. ſi mulier vent. nom.* eſt tit. ff. *ſi mul. vent. nom. &c.* Meritò autem hæc duo 7.

Edicta in hoc tractatu de dotibus ſunt ultima quia delictum mulieris dolum & calumniam continent. Hoc autem de calumnia eſt quaſi pœnale judicium, *d. l. 1. §. hanc autem. ſi mulier. vent. nomi.* cum illud de dolo ſit rei perſecutorium, *d. l. 1. §. ultim. ſi vent. nom.* Et iccircò illud ſuperius, hoc poſterius in Edicto fuit propoſitum: quia pœnalia in ultimum locum rejici ſolent..

8 His Edictis ad dotes pertinentibus proximum in Edicto locum tenuerunt Edicta de tutelis, tum propter ordinem illum naturæ, ſupra expoſitum: tum etiam propter ſimilitudinem inter dotes & tutelas in eo, quod utraque cauſa & valde favorabilis eſt, & actionem parit in perſonam. Edicta igitur de tutelis iſta reperio. I. De ſatisdatione tutorum, *l. 17. l. 19. ſi nemo. §. 1. de teſt. tut. l. 5. legitimus. §. 1. de legit. tut.* II. De adminiſtratione tutorum, nempe ſi plures ſint tutores, quia non eſt utile pupillo, ut plures adminiſtrent, cui potiſſimum committenda ſit adminiſtratio. *d. l. 19. §. 1. verſ. ideoq; l. 3. de adminiſtr. tut.* III. Edictum eſt de ſuſpectis tutoribus, cujus mentio fit initio *l. 1. de ſuſp. tut.* ubi clauſula dicitur. ſcilicet Edicti. Sic enim ſolent Edicta ſingula interdum dici vel clauſulæ vel partes, *d. l. ſi nemo. l. 1. §. 2. cont. tab. l. 1. & 7. §. ubicunque. de vent. in poſſ. mitt. l. 1. unde cog. l. 25. ſed etſi. §. perinde de hered. pet.*

9 Ratio ordinis hæc eſt: quia adminiſtratio non permittitur tutori, niſi ante ſatisdet, & propterea prius eſt Edictum de ſatisdatione edicto de adminiſtratione: quibus duobus poſterius eſt de ſuſpectis &c. tum quia eſt de crimine (at crimina in poſteriorem locum rejiciuntur) tum quia hoc crimen ſuſpecti oritur plerumque ex adminiſtratione mala, ideoque adminiſtratio prior eſt.

10 Præter hæc tria Edicta de tutelis fuerunt & alia unum de actione tutelæ directa, alterum de actione tutelæ contraria. III. De actione protutelæ, IV. De actione ſubſidiaria. V. De actione rationibus diſtrahendis. VI. De utili actione curationis cauſa. Quæ actiones tutelares etſi plerumq; ſunt civiles, tamen in Edicto quoque propoſitæ fuerunt, ut indicat *l. 1. de contrar. tut. & utili act. & l. 1. de eo, qui pro tut.*

11 Ratio ordinis cur hæ actiones primum locum inter Edicta tutelaria obtineant, eſt, quia prius de ipſa tutela, hoc eſt, de cauſa harum actionum fuit agendum, & quia actio tutelæ ferè poſt finitam tutelam datur. Sunt autem ſeptem jam expoſitæ, ſuſpecti tutelæ, &c. quibus adjungatur octava utilis actio de qua in tit. ff. *de contrar. tut. & ut. l. act.*

12 Hæc autem Edicta de tutelis proximè ſequebatur Edicta de furtis, ut videre eſt in Ulpian. *lib. 37. & 38. ad Ed.* quibus ea de furtis Edicta explicavit, poſtquam Edicta de tutelis explicaſſet *lib. 35. & lib. 36.* Idem quoque videre eſt in Pauli ſententiis, & in Paulo ad Ed. *lib. 39. & 40.* Et hunc Edicti ordinem, ut ſcilicet tit. de tutelis ſequeretur proximè de furtis Tribun. & in

Cod.

Cod. retinuit. Nam in fine *lib. 5. C.* agitur de tutelis, & ſtatim poſt initio *lib. 6.* de furtis.

Ratio autem ordinis hujus eſt propter ſimilitudinem inter actionem unam tutelarum. quæ dicitur rationibus diſtrahendis, & actionem furti: nam & illa de rationibus diſtrahendis eſt ex furto tutoris in rebus pupillaribus, ſed habet tamen nomen levius. & honeſtius, propter reverentiam & poteſtatem tutoris: quemadmodum & actio rerum amotarum eſt ex furto uxoris: & tamen honeſtiori nomine appellatur propter reverentiam matrimonii, & propter ſocietatem vitæ inter conjuges. *l. 1. & 2. de act. rer. amot.* Sed in ff Trib. actionem de furtis alium in locum & quidem in poſteriorem rejecit, certa de cauſa quam infra exponemus. Edicti autem de furtis mentio fit *in l. Titia §. curam. in fin. de manumiſ. teſt. l. 195. pronunciatio. § ſervientium. de verbor. ſig.* 13

Ad hunc autem titul. de furtis multa Edicta ſive clauſulæ pertinent. Nam I. ſub hoc titulo fuit in Edicto propoſita actio furti generalis. quæ actio partim eſt civilis, nempe actio furti nec manifeſti: partim eſt prætoria, nempe manifeſti. *§ ſunt autem Inſtit. de nox. act.* II. Actio ſpecialis de tigno juncto, ut indicat *l. 1. de tigno juncto.* quæ lex eſt ex *lib. 37. Ulpian. ad Ed.* in quo libro etiam prior generalis actio furti explicata fuit ab Ulp. ut indicat *l. 50. & 52. de furtis.* III. Actio contra manumiſſum teſtamento ſervum qui ante aditam hereditatem aliquid ex rebus hereditariis ſurripuit, aut corrupit: Verba Edicti de hac actione, videntur eſſe ea, quæ ſunt initio *l. 1. ſi is qui teſt. lib. eſſe juſſ. &c.* IV. Actio furti ſpecialis, adverſus naut. caup. ſtab. quæ eſt actio prætoria de qua titul. ff. furti *adverſ. naut. caup. ſtab.* V. Si familia furtum feciſſet de qua Edictum fuit cujus fit mentio *in l. 1. & 3. ſi fam. furt. fec. dic.* VI. Actio in publicanos, quorum familia furtum fecerit cujus Edicti verba exſtant *in l. 12. quanta. de public. & vect.* remota ad tractationem de furtis. VII. arborum furtim cæſarum, quæ actio eſt civilis ex duodecim tab. *l. 1. arb. furt. cæſ.* 14

Ratio ordinis inter hæc Edicta ſive clauſulas & actiones de furtis primum eſt quia generalia ſpecialibus anteponuntur & iccircò actio de furtis generalis antepoſita fuit 6. actionib. de furto ſpecialib. jã expoſitis Cur autẽ inter ſpeciales primum locum teneat actio de tigno juncto, ratio hæc eſſe videtur. quia ea actio eſt civilis, cum reliquæ de furtis actiones ſpeciales ſint prętorię excepta actione arborum furtim cæſarum. Cur ergo, inquies, actio illa arborum furtim cæſarum in ultimum locum eſt rejecta, cum tamen ſit civilis, & civilia p̃toriis ſint priora & digniora? Ratio hæc eſt: quia hęc actio arborum furtim cæſarum eſt de furto in agris, & de furto tantum unius rei, puta arboris: ideoq; eſt maximè ſpecialis de una tantum ſpecie ſive re, cum priores ſint de reb. urbanis, aut de plurib. Jã notum eſt, ꝙ urbana ut digniora ruſticis, & plura ſive generalia uni ſive ſpecialib. maximè anteponantur. 15

De re-

De reliquis 4. actionibus de furto prætoriis nempe, *ſi is qui teſt. &c. adverſus naut. &c. ſi fa. fur. adverſ. publ.* quæ ratio ſit ordinis, exponetur infra ad ff.

16 Fuit & Edictum, *de oper. libert.* cujus fit mentio *in l. 2. de oper. libert.* quod proximum fuit & conjunctum Edictis de furtis, ut indicat *l. 2. 13. & 15. de oper. libert.* quæ leges ſunt ex Ulp. *lib 38.* quo explicarat actiones de furto ſpeciales ut modo dictum. Ratio autem ordinis cur edictum hoc *de oper. libert.* proximum fuerit Edicto de furtis expoſita eſt ad Cod. lib 6. Nam in C. Tribun. diligentius ordinem Edicto ſecutus eſt, quam in ff.

V. Pars Edicti Perpetui.

1 PRoximum in Edicto locum habebant edicta de bonorum poſſeſſionibus ut videre eſt *in lib. 3. ſent.* Pauli, & in Ulpia. libris *ad Edictum.* Ulp. enim edicta de furtis & operis libertorum explicavit *lib. 37. & 38.* Proximè deinde explicavit *lib. 39. & 40. ſeqq.* edicta de bonor. poſſ. ſic & Paul Edicta de furt. & oper. libert. explicavit *lib. 39. & 40* puta de bonor poſſ *lib 41. & 3. ſeqq.* Ratio autem ordinis perobſcura mihi videtur Puto tamen hanc eſſe duplicem, tum quia hactenus actiones ferè civiles ſunt explicatæ tàm in rem quàm in perſonam, ut non immeritò jam de prætoriis remediis agatur, ut ſunt bonorum poſſeſſiones miſſio in poſſeſſionem bonorum, cautiones prætoriæ. interdicta & pignora &c quemadmodum & ſupra dictum ad Cod. In his enim remediis prætoriis auctoritas & ſæpè decretum maximè requiritur, & pleraq; ſunt omnia prætoria: tum quia hactenus dictum eſt de actionibus in perſonam ex contractu & quaſi (ut eſt actio tutelæ. *ſ. tutores. Inſt. de oblig. ex quaſi contr.*) viventium in bonis: ut proximum jam ſit agere de bonis mortuorum.

2 Ergo inter Edicta de bon poſſ. primum locum tenuit Edictum quibus detur aut denegetur bonor. poſſ id indicat infra *t. 1. 2. & 3. de bon. poſſ. & tit. C quis admitti ad bon. p ſ.* Mentio ejus Edicti fit *l. 3. Ea Edicto de bon. p ſ.* verba non exſtant Ratio ordinis eſt, tum quia de perſonis primum agendum. *l. 4. de teſtamentis,* tum quia hoc Edictum eſt generale, quod ſubſequuntur ſpecialia.

3 Eorum primum eſt Edictum de bon. poſſ. ſecund. Tab. cujus fit mentio *in l. 1. ſ. hac autem & l. pen.* & hoc ſit conſequens d. tit. verba non exſtant. Ratio ordinis eſt eadem, quæ in civilibus petitionibus hereditatis de quib. ſupra dictum inter quos primum locum tenet in querela inoffic. teſtamen. Ratio eſt quia ſcilicet nec hereditas civilis petitur, neque bonorum poſſeſſio impeditur ab heredibus ſcriptis niſi prius conſtet de teſtamento, an firmum maneat, hoc eſt, non exſtinguatur per querelam, aut interitum recipiat per bon. poſſ. contra tabulas, quæ eſt querelæ ſimilima. *Hæc* ergo bonorum poſſeſſio contra tab. quia datur liberis præteritis, qui heredem ſcriptum

ptum præveniunt eumque hac bonorum poſſeſſione impetrata impediunt ne admittatur ipſe ad ſuam, hoc eſt bonorum poſſeſſionem ſecundum tabu. iccircò in Edicto primum locum tenuit bonorum poſſeſſio contr.tab. Quare & in jure dicitur primum Edictum *l.12. de carb. Edict.* & prima pars Edicti *l.4.eod.tit.* ſed hunc tamen ordinem Tribun. in C. migravit, & bonorum poſſeſſioni ſecund tab. poſtpoſuit bonorum poſſeſſionem cont tabul. Ratio differentiæ ibi eſt expoſita. Sed ordinem Edicti laudat Ulpian. eumque ait eſſe æquiſſimum: nempe ut prius habeatur ratio liberorum, quibus ſucceſſio debetur natura quam ſcriptorum heredum fortè extraneorum. *l. 2. de bon.poſſ ſec.tab.*

Secundum locum inter Edicta de bon. poſſ. tenuit Edictum de legatis præſtandis, ut videre eſt in dictis libris JCtorum ad Edicta. Mentio ejus Edicti ſive tituli exſtat *in l.1. & 6. Salvius de leg.præſt.* verba non exſtant. Ratio ordinis eſt, quia hæc clauſula de legatis præſtandis tantum habet locum in bon poſſ. cont. tab. Nam ea petita à liberis præteritis, reſcinduntur tabulæ teſtamenti: & proinde legata quoque & fideicommiſſa in iis præſtanda exceptis tamen certis perſonis, quibus ea conſervantur ex hoc Edicto. & ſunt præſtanda perinde ac ſi teſtamentum per hanc bon. poſſ. contr. tab. non eſſet reſciſſum, *l.1. in pr. de leg. præſt.* 4

Tertium locum tenuit edictum de collationibus, ut videre eſt in iiſdem libris Juriſconſultorum, & in ff. ubi idem eſt ordo. Ratio quoque ordinis hoc poſtulat, quæ eſt hæc, ut emancipati, qui bona paterna appetunt per bonorum poſſeſſionem contra tab. etiam ſua in medium conferant, inquit Ulpian. *in l. 1. de collat.* Nam emancipatis præteritis prætor permittit hanc bonorum poſſeſſionem, ſed non aliter dat, niſi rectè caveant, ſe bona ſua collaturos fratribus in poteſtate retentis, *d.l.1. §. jubet, d. tit. l.3. & 5. d. tit.* Edicti autem hujus verba non exſtant ſed mentio ejus, *in l.1. in princ. & §. jubet, d. ti. & in l.20. §. videamus, cont. tab.* Pauca tamen verba, *in l. 2. §. de illis, & l.5. d. tit.* Etſi autem in ff duo ſunt tituli, nunc de collatione, alter de collatione dotis, puto tamen, non fuiſſe duo diſtincta edicta, ſed particulam de dote adjectam fuiſſe titulo de collat. tum quia edicti de collatione dotis nulla ſeparatim fit mentio: tum quia in Cod. unus titulus, ſub quo tamen de dote quoque agitur. 5

Quartum edictum de conjungendis cum emancipato liberis, ut in iiſdem libris videre eſt in ff. Ratio ordinis eſt, quia ut prius ad emancipatos, ita & illud pertinet: & quidem pertinere, quia novum. Eſt enim ab ipſo Juliano auctore Edicti Perpetui inventum, quod & propterea edictum novum dicitur *l.3 in fin. de conjung. cum emancip. lib. l.1. §. ſi quis à patre, de vent. in poſſ. mit. &c.* Verba non exſtant quidem apertè: ſed videntur ferè eſſe ea, quæ ſunt initio, *l.1. de conjung. cum emancip. &c.* 6

Quintum locum tenuit edictum *de vent. in poſſ. mit.* cujus mentio, *in l. 7* 7

l.7. & ult. d. tit. Verba quidem exſtant, *l.121. de leg 1. l.13. ſi ita, inſt. de mandatum. teſt.* Ratio ordinis exponitur *in d. l.1. de vent. in poſſ. mitt.* quia hactenus de bonorum poſſeſſ. contra tab. data liberis viventibus ſive natis, nunc de nondum natis.

8 Proximum eſt VI. edictum, quod dicitur Carbonianum à prætore Carbone cujus mentio *in l.1. §. idem ait, & l.3. de Carbon. edict.* Verba non exſtant. Ratio ordinis eſt, quia primum de liberis certis, tam natis. quam non natis, deinde de liberis non certis, ſeu quibus movetur controverſia ſtatus, ad quos propriè pertinet edictum Carbonianum, ſi ſint impuberes. Nam his demum datur bonorum poſſeſſio contra tab. ex hoc edicto, etiamſi controverſia ipſis fiat, an ſint inter liberos, *l.1. de Carb. edict.*

9 VII. Edictum eſt illud, quo continetur bonorum poſſeſſio ſecundum tab. explicatur ab Ulp. *lib. 41. ad edict.* Verba edicti non exſtant: ſed ſententia explicatur *toto tit. ff. ſec. tab.* Ratio ordinis ab Ulpiano ipſo exponitur, & laudatur, *l.2. d. tit.* Voluit igitur prætor primum ad liberos bonorum poſſeſſionem contra tab. pertinere: mox, ſi inde non ſit occupata, Judicium defuncti ſequendum, quaſi dicat prior eſt bonorum poſſeſſio contra tabul. de qua hactenus explicatum, proxima eſt ei poſſeſſio ſecundum tabulas. qui eſt ordo æquiſſimus ut ait Ulp. *d. l.2.* Quid ita? Ratio ſupra dicta, ubi de bonorum poſſeſſione contra tab. de qua hactenus explicatum.

10 Sequitur VIII. edictum de bonis libertorum, de quo actum eſt ab Ulp. *lib. 42. & 43. & 44.* & partim *45. ad edict.* à Paulo *lib. 42.* & partim *lib. 43.* Cujus edicti mentio eſt *in l.1. de bon libert. & toto tit. Inſt. de ſucceſſ. libert. §.1.* Verba non exſtant, ſententia eſt *in d. §.1. & in d. l.1.*

11 Ad hunc autem locum de bonorum poſſeſſione patrono danda in bonis liberti pertinet actio Caluiſiana & Fabiana, quibus revocantur alienata à liberto in fraudem patroni, ſive portionis legitimæ patrono debitæ à liberto quæ actiones in edicto quoq; fuerunt propoſitæ ut indicat *l.1. & tit. ff. ſi quid in fraudem patroni.* Paul. *lib. ſent. tit. 3.* Et hoc ſit IX. edictum ſpeciale ad hoc edictum ſive titul. de bonorum poſſeſſione. Ratio ordinis eſt. quia prius de ingenuorum hereditatibus & bonorum poſſeſſ. poſterius de libertinorum, ut indigniorum agitur tam in edicto quam in Cod. & Inſt. & in ff. Cur autem de bonorum poſſeſſione patrono danda, prius agatur & de actione Caluiſiana & Fabiana poſterius ratio eſt perſpicua, quia hæ actiones fraudem & delictum liberti vindicant. Ad delictum autem pertinentia ſunt. poſteriora, ut ſæpè jam dictum.

12 X. Edictum eſt de bonorum poſſeſſione ex teſtam. mil priori de patrono proximum, & ab Ulpiano explicatum, utrumq; eodem *lib. 45. ad edict.* ex quo libro multæ ſunt leges in tit. ff. *de milit. teſt.* ſumptæ ſcilicet ex hoc tractatu de bonorum poſſeſſione (ut ita dicam) militari de qua fuit edictum. Ratio ordinis, cur ſcilicet prius de bonorum poſſeſſione paganorum, tàm

ingenuo-

ingenuorum quàm libertinorum. poſterius verè de bonorũ poſſeſſione militari, in edicto fuerit actum & præpoſitum hæc eſt: quia civilia militaribus præferuntur ut ſæpè demonſtratum In Cod. tamen Tribun. hanc interjecit inter ingenuos & libertinos: Credo dignitatem & propter ſimilitudinem, quod ſcilicet militaris plerumque ſit ingenuorum.

XI. Edictum eſt ſi tab. teſt. nullæ exſtabant de quo Ulp. explicavit *lib.* 13
45. Et ſic inſcriptio, *l.1.ff.d.tit.* emendanda eſt, & non rectè vulgatum eſt 44. Hoc enim libro ut jam dictum explicavit Ulpian. edictum *ſi tab. teſt. &c.* ut perſpicuum eſt ex *l.2. unde legit. & l.1 unde cogn.*

Sub hoc enim edicto, *ſi tab. &c.* tanquam generali, decem ſpecies bono- 14
rum poſſeſſionis ab inteſtato prætor præpoſuit.

I De liberis, *l.1. §. rectè, d. tit.* Rectè inquit, prętor à liberis initium fecit. 15

II De agnatis, ſive legitimis, *l.1. unde legit.* & deinceps aliæ 8. ut indicat 16
l.1. unde cog. de quibus 8. *in Inſtitut. titul. de bonor. poſſeſſion. §. ſunt autem, & ſeqq.*

Ratio ordinis eſt quia ad cauſam teſtamenti, ut priorem, de qua hacte- 17
nus, expoſita ſunt edicta: proximè & rectè ſequitur cauſa inteſtati, ad quam pertinent hæ decem ſpecies poſſeſſionum ſive ſucceſſionum, quas per ordinem prætor in edicto diſpoſuerat, *§. cum igitur, d. tit.*

Ordo inter eas exſtat *in d. tit.* Nam ex his decem poſſeſſionibus ab in- 18
teſtato prima eſt unde liberi, quia ſucceſſio illis primo & natura debetur.

II Species eſt unde legitimi Ratio ordinis eſt quia ſubſequitur præ- 19
tor L XII. Tab & Jus civile, *l. ſcio, de teſtib.* At jure civili hereditas ſecundo defertur legitimis ſeu agnatis initio *Inſt. tit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

III Species erat, quæ dabatur decem perſonis. patri, matri, &c. *d. §.* 20
ſunt autem, verſic. tertio decem, &c. Ratio ordinis hæc eſt: quia ſcilicet ratio naturalis ſuadet ut hæ perſonæ, pater, mater, filius, &c. propter ſanguinis proximitatem habeant aliquam prærogativam, & præferantur extraneo manumiſſori.

IV Species eſt unde cognati. Ratio ordinis eſt, quod poſt ordinem li- 21
berorum, & poſt ordinem legitimorum ſive agnatorum, proximus ſit ordo cognatorum quibus tamen cognatis præferuntur decem perſonæ, & conſtituunt tertiam ſpeciem propter cauſam modo expoſitam. Hujus autem edicti verba non exſtant: ſed ſententia & mentio continetur & explicatur *tit. ff. unde cognati, l.1. §. hoc autem, d. tit.*

V. Species eſt, quæ uni ex familia. 22

VI. eſt, quæ datur patrono & liberis. Ratio ordinis eſt, quia hæ duæ 23
ſunt libertinorum, & proinde poſteriores, cum expoſitæ quatuor ſint ingenuorum & proinde priores.

VII Species eodem pertinet, quaſi hodie ſunt ſublatæ, propterea, quod 24
hac in re non eſt amplius differentia inter ingenuos & libertinos.

25 VIII. & ultimum eſt, unde vir & uxor. Ratio ordinis cur hæc ſit ultima, quia inter eos nullum eſt vinculum, aut civile aut naturale, & proinde jure civili hæc ſpecies ſucceſſionis planè fuit ignota, ut & cognatorum, inter quos tamen eſt vinculum naturale.

26. Et hic fuit ordo harum octo ſpecierum abinteſtato, & in edicto perpetuo, quas ad unum generalem titulum ab inteſtato, ſive *ſi tabul. teſtament. nullæ exſtab. &c.* retuli, quas omnes explicavit Ulpianus duobus libris *46 & 47. ad edictum*. Sed in Digeſt quatuor tantum adferuntur *unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor*, reliquis ſcilicet quatuor à Juſtiniano ſublatis, ut eſt titul. Inſtit. *de bon. poſſeſſ. & §. ſed hodie, de bonis libert.*

27 XII. Edictum eſt de his, quibus non competit bonorum poſſeſſio, ob delictum aliquod, ut ſi quis dolo fecit, ne teſtamentum mutaretur. Cujus edicti fit mentio, *in l. 1. quibus non competat bonorum poſſeſſio.* Verba non exſtant. ſed ſententia videtur ea fuiſſe, quam expoſuit. Hoc autem loco poſitum fuiſſe illud edictum, indicant leges aliquot ex Ulpiano *lib. 48. ad edictum*, ſumptæ, ut *l. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, l. 12. de bonorum poſſeſſione, 2. de pœnis*, quæ omnes ad hoc edictum pertinere videntur: indicat & *l. 2. ſi quis aliquem teſt. &c.* ſumpta ex Pauli *lib. 40. ad edict.* Ratio ordinis autem eſt, quia ad delictum pertinentia ultima ferè ſolent eſſe, ut ſæpè dictum.

28. XIII. Edictum eſt de bonorum poſſeſſione ex legibus, quod explicavit Ulpianus *libro 49.* ut prius XII: *lib. 48* ut jam dictum Ratio ordinis hæc eſt: quia hæc bonorum poſſeſſio ex legibus eſt extraordinaria, & ultimum quoddam auxilium, prioribus omnibus ordinariis deficientibus, ideoque meritò ultimum locum tenet. Ita Imper. *in §. antepen. Inſt. de bon. poſſ.*

29 XIV. Edictum dicitur ſucceſſorium, quia ſucceſſionis ordo in bonorum poſſeſſionibus eo præſcribitur, & ſimul etiam tempus, intra quod peti debeat bonorum poſſeſſio. Hæc enim duo tempus & ordo ſucceſſionis uno hoc edicto ſucceſſorio comprehenſa fuerunt, ut indicat *l. 1. de ſucceſſ. edict.* quæ eſt Ulp. ex *lib. 49. ad edict. & l. 2. quis ordo in bonor. poſſeſſ. &c.* quæ item eſt Ulpian. ex eodem libro. Sed Tribun. hæc duo divulſit, & ſejunxit. Nam *38. ff. tit. 19. eſt de ſucceſſ. edict. tit. 16. eſt, quis ordo in bonorum poſſeſſ. &c.* Ratio Trib. ibi exponetur.

VI. Pars Edicti Perpetui.

1. EDictis de bonorum poſſeſſ. jam expoſitis ſequebantur in edicto perpetuo edicta de teſtamentis, ut videre ex Ulpian. *lib. 50. & 2. ſeqq. ad edictum*, & Pauli *lib. 45. & 3. ſeqq.* quemadmodum & in C. prius de bonorum poſſeſſ. poſterius de hereditatibus, ex teſtamento & ab inteſtato agitur, ut ſupr. dictum in Cod. *lib. 6.* Ratio ordinis, cur prius de bonorum poſſeſſionibus, quam de teſtamentis agatur, cum tamen contra fiat in ff. & Inſtit eſt

hæc: quia in edicto de teſtamentis propriè non fuit actum: teſtamentum non pendet ex edicto ſed ex 12. tab. *uti quisq; legaſſit. &c.* initio *tit. Inſtit. de l. Falcid.* Cur ergo, dices ſunt aliqua edicta de teſtamentis? Reſpon. eſſe ea, quæ pertinent ad poſſeſſionem legatorum, & alia quædam ad officium prætoris pertinentia Sed cur, inquies, ea ipſa non ſunt præpoſita edictis de bonorum poſſeſſ. Ratio hæc eſt: quia agunt de iis quæ locum habent non niſi prius conſtet, quem eſſe heredem, aut bonorum poſſeſſorem, aut ſaltem ad delictum aliquod pertinent.

Fuiſſe autem aliqua edicta de teſtamentis tum ex aliis, de quibus mox, tum ex Cajo perſpicuum eſt, qui duos libros ſcripſit ad edictum prætoris de teſtamentis, ut tres ad edictum prætoris de legatis. 2

Edicta autem de teſtamentis 4. reperio, propoſita in edicto perpetuo, quorum primum eſt de jurejurando, hoc eſt. de relictis teſtamento, ſive hereditate ſive legatis ſub conditione jurisjurandi, quam conditionem Prætor hoc edicto remiſit, & reprobavit. De hoc edicto eſt *l. 8. de condit. inſt. l. 29. ſi à milit., de teſt. mil. l. 26. hac ſcriptura, de con. et dem. demonſt. l facta, §. ſi ſub conditione, §. ad Trebellian. l. 12. de manum. teſt.* Ratio ordinis, hoc eſt, cur in edictis de teſtamentis hoc ſit primum hæc eſt: quia hoc edictum eo pertinet, ut quis poſſit eſſe heres, ſive hereditatem aut legatum conſequi. De eo enim prius conſtare oportet, quàm hereditatem adire aut poſſidere poſſit. 3

II. Edictum eſt de tabulis teſtamenti aperiendis cujus veluti mentio & ſententia eſt, ſub tit *ff. teſt. quemadmodum aper.* Verba non exſtant. Ratio autem ordinis eſt, quia poſtquam conſtitit, aliquem eſſe heredem, proximum eſt, ut hereditatem adeat, & ea, quæ teſtamento ſunt relicta & commiſſa, exſequatur, quod niſi apertis tabulis fieri non poteſt, & inſpectis verbis teſtamentis, ut ait *l. 1. d. t.*. 4

III. Edictum eſt de eo herede ſcripto, in teſtamento, quod teſtamenti cauſa prętermiſſa, ab inteſtato hereditatem poſſidere cœpit. Verba ejus pauca exſtant: ſed ipſum diligenter explicatur ſub tit. ff. *ſi quis teſtamenti cauſa, &c. & C. eod.* Ratio ordinis eſt, tum, quia poſt apertas demum tabulas heres plerumq; primum acquirit poſſeſſionem rerum hereditariarum, tum. quia hoc edictum eſt de delicto, ſive calliditate, & dolo malo heredis præveniendo, & proinde poſterius. Ex quo edicto eſt & actio in factum contra heredem, de qua dictus titulus, & dicitur actio legatorum, *l. 12. de libertatibus, §. primo, dict. titulo.* 5

IV. Edictum eſt de teſtamento ejus, qui occiſus erat non aperiendo. Verba non exſtant, ſed ejus ſententia & mens explicatur, *l. 3. quod ad cauſam, &c. de SC. Syllan.* & paſſim dictis titulis, imo verba ferè ipſa edicti videntur eſſe, *in d. §. quod ad.* Ratio ordinis eſt, quia & hoc de delicto agit, nimirum de occiſi teſtamento, & eſt edictum prohibitorium: Prohibitoria autem ſolent in ultimum locum rejici, ut ſæpè jam dictum. 6

7 Hunc autem ordinem edictorum de teſtamentis fuiſſe olim in edicto perpetuo, intelligi poteſt ex Ulpiano, *libro 50. ad edictum*, & Paul. *lib. 45. & 46. ad edictum*, & ex ordine Digeſt.

8 Titulo de teſtamentis proximus fuit in edicto, titul. de legatis, ut *ex lib. 51. & 52.* Ulp. & Pauli. *47. & 48. ad edict.* intelligitur. Cajus, ut modo dictum, tres libros ſcripſit ad edictum prætoris perpetui. *de leg.* Non multa tamen edicta fuiſſe, id argumento eſt, quod Juriſconſulti in libris ad edicta pauca de legatis tractarint.

9 Unum ergo duntaxat reperio, quod eſt de mittendo legatario in poſſeſſionem legati ſervandi cauſa. Hujus edicti verba non exſtant, ſed ſententia explicatur ſub titul. ff. *ut in poſſ. legat. &c.* ubi mentio quoque edicti ſæpè fit, ut *l. 1. in fin. d. tit.* Ratio ordinis, cur prius de teſtamentis quàm de legatis agatur, hæc eſt: quia legata ex teſtamento pendeant eoque irrito, aut alioq; infirmato non debeantur, *l. eam quam, C. de fideicomm. §. l. 1. ſi fideicommiſſi cauſa, &c.*

10 Videtur tamen & alterum de legatis edictum fuiſſe, quod ad uſumfructum ſive cautionem uſufructuariam pertinuerit (credo, quia uſusfruct. legati nomine hæc cautio ferè præſtari ſolet) & prius fuerit edicto jam expoſito. Prius enim explicatur ab Ulpiano, *lib. 52.* hoc explicatum videtur, *lib. 51.* ut & à Paulo illud *lib. 48.* hoc autem *47. lib. ad edict.* Nihil tamen certi affirmare poſſum. Nam de cautione fructuaria edictum fuit, longè inferiori loco poſitum in edicto perpetuo ut infra dicetur. Sæpè tamen diverſis in locis de eadem re edicta propoſita fuerunt in edicto perpetuo. Huic quoque argumento eſt, nempe ante edictum de legatario in poſſeſſionem mittendo fuiſſe edictum de cautione argumento, inquam, eſt, & tit. ff. *ut legatorum, & ſenatusconſultorum, &c.* quæ non eſt cautio fructuaria, ſed eſt cautio legatorum & in edicto ſint poſita longè inferiori loco, ut & cautio fructuaria, nimirum inter cautiones, & ſub tit. *de cautionibus*, de quo infra.

VII. Pars Edicti Perpetui.

HUic autem edicto *de legatis* proximum fuit edictum *de novi oper. nun.* ut indicat *l. 1. § 5. d. tit.* quæ leges ſunt ex Ulp. *lib. 52.* In quo edictum quoq; illud de legatario in poſſeſſionem mittendo, ut indicant inſcriptiones, *l. 35. & l. 37. ff. ut in poſſ. legat. &c.* Ratio ordinis cur edictum de legatis ſequatur edictum de novi operis nunciat. hæc eſt: quia ut priori de legatis mittitur in poſſeſſionem bonorum legatarius, ſi ei cautio non fuerit præſtita, ita & iſto edicto nunciator novi operis, ſi ei non caveatur, aut opus intermittatur, mittitur in poſſeſſionem, *l. 2. § ſi cum §. ſciendum. de nov. oper. nunc.* Verba edicti non exſtant. Nam verba prætoris, ſive edicti, quæ exſtant in *l. 20. prætor ait d. tit. de novi oper. nunc.* non ad hoc edictum, de quo nunc agitur ſed ad aliud, de quo infra ſub tit. de interdictis pertinent.

Proxi-

Proximum huic edicto fuit edictum de cautione damni infecti, argu- 2
mento eſt *l.7.9.11.* quæ ſunt ex *lib.Ulp.53.* quo edictum hoc explicavit *de dam.*
inf. ut prius *de op.nov.nunc.lib.52.* Edicti hujus de damno infecto verba ex-
ſtant *l.7.prætor d.tit. de damn.inf.* Ratio ordinis cur de damno infecto edi-
ctum proximum ſit edicto de novi operis nunciatione eſt hæc: quia ut illud
eſt de damno facto, ita & iſtud de damno nondum facto. Cur ergo inquies
illud eſt prius? Ratio hæc eſt: quia in illo jam cœptum eſt aliquid, in hoc ni-
hil dum cœptum ſed tantum eſt futurum. Ut autem ex priore, ita & ex iſto
cavendum eſt, & niſi caveatur miſſio fit in poſſeſſionem. Ex utraque cautio-
ne naſcitur actio ex ſtipulatu.

Hinc autem actioni damni infecti ſimilima eſt actio de aqua & aquæ 3
pluv. arc. Nam & ea datur ob damnum nondum factum, *l.1.§.2.l.14. de aq. &*
aq.plu.arc. Ideoque in edicto fuit proximè prioribus collocata. ut videre eſt
ex *lib.52.* Ulpian. quo de damno infecto, & de aqua pluvia explicavit, & ex
lib.49. Pauli, quo de aqua pluvia. cum de damno infecto. & de opere novo
explicaſſet *lib.48.* ſcripſit & Gajus librum ad edictum perpetuum de da-
mno infecto & ad edictum de aqua pluvia, & de opere novo videatur. *l.8.*
& 9. de op.nov.nunc.l.18. de damn.infect.l.13. de aq.& aq.&c. Edicti verba non
exſtant: credo quia exiguum fuit propterea quod hæc actio aquæ pluv. ſit
civilis: cum duæ priores ſint prætoriæ, hæc eſt ex leg.12.tab. *l.5.ne quid in lo-*
co publ.l.21. labeo de ſtat.lib. Dices, cur igitur hæc illis non fuerit præpoſita?
cum ſit civilis, & civilia prætoriis præponantur. Ratio hæc eſt, quia illæ
ſunt de damno urbano, hæc de damno ruſtico ſive in agris, teſt. Cic. *in Top. l.*
1.§.de ope.h.tit. Urbana autem ruſticis præponuntur, ut tit. *de ſervitut. urba-*
nor. titulo *de ruſtic.*

His proximum in edicto locum tenuit edictum de liberali cauſa ut vi- 4
dere eſt ex *lib.54.* Ulp. quo explicavit hanc actionem de liberali cauſa. & ini-
tio *lib.55. cum lib.53.* explicaſſet aq.plu ut modo dictum. Idem quoq; videre
eſt ex *lib. Pauli 50. & 51.* quibus de liberali cauſa explicatur cum de aq. pluv.
explicaſſet *lib.49.* ſcripſit autem & Cajus lib 2 ad edictum perpetuum titu.
de lib.cauſ. l. 2.4.9.11.13.& 15.d.tit.l.30.de bon.libert.l.1.de colluſ.deteg. Verba edi-
cti hujus non exſtant: ſed eò propoſitæ fuerunt duæ actiones, una de libera-
li cauſa ſive præjudicialis de libert. & ſervit. altera actio in factum adverſus
eum qui ſciens pro ſervo venit. Illa eſt civilis. *§.præjudiciales, de act.* & expli-
catur paſſim tit. *ff. de lib. cauſ.* hæc eſt prætoria & pœnalis, de qua *l.7. & ali-*
quot ſeqq. uſq. ad l.24. d.tit.

Ratio ordinis obſcura eſt & difficilis ad explicandum: ex qua tamen pen- 5
det & ordo C. & ff. ubi idem eſt ordo. Duas igitur rationes reperio: una hæc
eſt: quia cum hactenus explicatum ſit de actionibus tàm in rem, quàm in
perſonam tandem adjungitur actio, quæ neque in rem neque in perſonam
ſit. Nam tametſi actiones præjudiciales in rem eſſe videntur, ut ait *d.§ præju-*
diciales.

diciales, tamen propriè non ſunt, quia iis non propriè de jure rei, ut dominio aut ſervitute prædii ſed de jure perſonæ ut de libertate, & de ſervitute aut de ingenuitate agitur. Et hinc eſt, quod *in dict.* § dicitur: videntur eſſe in rem. Quare cum hæc actio de liberali cauſa, à prioribus hactenus in edicto propoſitis tàm in rem quàm in perſonam habeat naturam diſtinctam: merito & ordine ab iis diſtingui debuit, quod & factum *tit. de act.* ubi prius de actionibus in rem. § *omnium.* deinde de actionibus in perſonam. *§. in perſonam & ſ. qq.* tandem de his præjudicialibus tanquam anomalis diſtinctè explicatur §. *præjudiciales.*

Altera ratio eſt: quia hactenus de actionibus contra liberos ſit actum, quibus non incommodè actio contra ſervos nunc tandem ſubjicitur: de liberis autem ut dignioribus prius agitur. Eſt & alia ratio cur hæc actio de liberali cauſa inter has actiones & edicta quibus bonorum poſſeſſio & miſſio in poſſeſſionem continentur, explicetur; iſta: quia hæc quoq; actio de liberali cauſa aliquam poſſeſſionis rationem habet, propterea quod ex l. 12. tab. vindiciæ dentur ſecundum libertatem. *l. 2. §. & cum placuiſſet de orig. jur.* hoc eſt, poſſeſſioni libertatis favetur, hoc eſt in actione ſive judicio de liberali cauſa, quo quis alterum contendit eſſe ſervum ſuum, & is contra, liberum ſe eſſe contendit, in re dubia & pendente lite jubetur reus eſſe in poſſeſſione libertatis, non vero ſervitutis.

6 Huic edicto de liberali cauſa proximum fuit edictum de publicanis, quod perſpicuum eſt ex *lib. 55. Ulpiani* quo de publicanis explicavit, cum jam de liber. cauſ. *libr. 55.* inchoaſſet explicare. *l. 2. & 3. de public.* ſcripſit & Cajus librum ad edictum perpetuum urbani de publican. *l. 5. de public. & vectigal.* Ratio ordinis ut intelligatur, breviter admonendum adhuc eſſe propoſitas actiones tam in rem quam in perſonam, ex contractibus & quaſi contractibus quibus nunc proximè adjunguntur actiones ex delictis. Ratio ordinis eſt in inſtit. expoſita. cur poſterius de delictis agatur. Inter actiones autem & interdicta de delictis cur primum locum in edicto perpetuo tenuerit actio furti: ratio item expoſita eſt ad inſtit. Actiones autem furti ſunt variæ & multiplices, quarum princeps & generalis actio furti jam ſupra expoſita eſt, poſt titulum ſive actionem tutelæ & de rebus diſtrahendis propter ſimilitudinem furti, & rationibus diſtrahendis, ut ibidem dictum Expoſita igitur jam ante actione furti generali, & quibusdam ſpecialibus reliqua fuit item ſpecialis actio de furtis publicanorum, quæ hic poſita fuit in edicto. Verba edicti exſtant *in l. 1. de public.*

7 Cur autem hæc actio de public. cum ſit ſpecialis furti actio non fuerit una cum reliquis furti actionibus ſuperius poſita in edicto, ſed in hunc locum rejecta ubi de reliquis delictis agitur, ratio hæc eſt: quod publicanorum delictum ſæpè non ſit ſimplex furtum, ſed cum vi conjunctum, imò hoc edictum de publicanis propriè pertinet ad vim potius, quam ad furtum

eorum.

vorum *l.1.in verb.vi ademerit:* & mox: *quippe in duplum dantur. cum vi bonorũ
raptorum,&.de publ. & vect.* Atque adeo hoc edictum omnem ſpeciem deli-
cti publicanorum continet & coërcet, vim, damnum, injuriam, furtum.

Eſt & aliud edictum de publicanis; ſive potius eorum familia & ſervis, 8
ſed hoc de furto potiſſimum agit, & de damno injuria non de vi: Ideoq; ſu-
perius, ubi de furti ſpeciebus fuit propoſitum: licet utrumque, hoc eſt, tam
edictum de vi, aliisque delictis ipſius Publicani, quam de furto ſervorum
ejus conjunctum ſit à Tribun. ſub uno titulo *ff. de public.* quod & alias ab eo
factum, ut diverſis in locis poſitas actiones Tribun. poſuerit eodem in loco
ff. ut videre eſt ſub tit. *de nov. op. nunc ſub tit. de dam. infect.* Cur igitur de pu-
blicanis edictum, & actio contra eos primum locum inter actiones de deli-
ctis teneat ratio eſt tum quia hoc edictum eſt generale, hoc eſt, continet o-
mnia ferè delicta furtum, damnum, & vim: tum quia eorum munus eſt qua-
ſi publicum, & proinde primo loco ponendum.

Huic proximum fuit edictum & actio vi bonorum raptorum & huic 9
edictum de turba; ſive de iis quæ in turba hominum contracta & coacta da-
mna ſint data: Utrumque Ulpianus explicavit lib. 56. ad edictum de publi-
canis lib. 55. *l.1 & 3. d. public. l.2. & 4 vi bon. rap. & de turba.* Sic & Paulus
quoque lib 54. hæc edicta de rapina & turba explicavit ..edictum de publi-
canis prioribus libris eundem quoq; ordinem tenet Paulus *in libr. ſent.* ubi
lib.5. tit.3. eſt de his quæ per turb. & *tit.4. de injur.* de quibus & hic mox ver-
ba edicti de rapina ſive de vi raptus exſtant *l. 2. vi bon. rapt.* verba edicti de
turba exſtant *in leg.4. eod.*

Eſt & tertium edictum ad rapinam & vim pertinens, de incendio, rui- 10
na, naufragio, &c. hic quoque poſitum in edicto ab Ulpiano explicato *eod.
lib.56. l.1. & 2. de incend. ruin. naufrag.* verba ejus exſtant *in dict. leg.1.* Ratio ordi-
nis cur inter delicta ſecundum locum teneat rapina & primum teneat fur-
tum, de quo tamen ſupra dictum expoſita eſt ad inſtitutiones. Inter hæc au-
tem 3. edicta de vi aut rapina, ordinis ratio eſt perſpicua, quia primum eſt
generale, reliqua duo ſunt ſpecialia: inter quæ illud de incendiis eſt poſte-
rius hac ratione, quia illud de turba plerunque in urbe; hoc de incendio ru-
ri, etiam extra urbem committatur.

His de rapina edictis proximum fuit edictum de injuriis, ſub quo ſunt 11
unum edictum generale, & multa ſpecialia, ut indicat *l. 15. item apud §. ait
pretor. hoc tit. de injur.* verba edicti generalis pauca tamen exſtant *l. 7. pretor
dict. tit.* ſpecialia edicta de injuriis. I. tit. de verbis, ſeu conviciis, *dict. leg. 15.
§. 2. ait pretor.* II. De factis infamandi cauſa, *dict. leg. 15. § 20. ait pretor.* III.
De injuria ſervo alieno facta, *dict. leg. 15. §. 26. ait pretor.* IV. De injuria filiofa.
alieno facta *leg. 17. quod ſi. §. ait pretor. hoc tit.* quæ eo ordine explicantur ab
Ulpiano *lib. 56. & 57.* à Paulo. *lib. 52. 53. 54. & 55.* à Cajo *libro 21. & 22* Ratio
ordinis autem de primo eſt facilis, quia eſt generale edictum de injuriis. In-

ter ſpecialia primum de verbis, ſive conviciis locum tenuit: quia hæc injuriæ ſpecies ſit frequentiſſima. Alterum fuit de factis, quod vix fuit neceſſarium quia ex generali potuit agi de injuria facta: ſed continentur hoc edicto ſpecialia quædam facta, ut veſte lugubri uti, barbam demittere, carmen conſcribere ad infamiam alicujus aut componere, & proinde eſt ſpeciale; hoc eſt, non de omnibus ſed de quibusdam tantum factis, cum prius ſit de omnibus verbis. Tertium eſt de injuria ſervo facta quia ratio poſtulat, ut de injuria liberis facta prius agatur quam de facta ſervis. Sed cur prius eſt de injuria ſervo quam de injuria filiofam. facta agatur, cum tamen hic ſit liber homo. ratio hæc eſt: quia hoc edictum de injuria filiofamil facta, quod eſt ultimum inter ſpecialia eſt maximè ſpeciale, nimirum de ea injuria, ex qua ipſi filio datur actio. At de injuria ipſi filiofamil. facta, ex qua ipſi patri quoque datur actio priora edicta, tam generale quam duo ſpecialia intelliguntur At edictum de injuria ſervo facta actionem parit ipſi domino. Ratio autem cur de injuriis inter delicta ultimo agatur, expoſita eſt ad Inſt. Atque ita duo tantum delicta hoc in edicto fuêre rapina & injuria, quia ſcilicet duo reliqua delicta furtum & damnum jam ſuperius fuerint propoſita, ubi *de noxal. act. & leg. Aquil.*

VIII. Pars Edicti Perpetui.

1 PRoximum in edicto locum tenuerunt edicta de miſſione in poſſeſſionem ad finem judiciorum pertinentia, quæ 10 ferè reperio explicata ab Ulp: *lib. 58. & 8. ſeqq.* poſtquam de delictis explicaſſet *lib. 57. & duob. praced.* à Paulo *lib. 56. & 6. ſeqq. ad edictum*, cum de delictis & injuriis explicaſſet *lib. 55. & 3. prioribus.* Ratio ordinis eſt perſpicua, quia ſcilicet actionib. & edictis ad finem judiciorum pertinentibus ultimus locus jure debeatur: quemadmodum primus datus ad initia judiciorum ut *de in jus voc. &c.* pertinentibus.

2 Et primum quidem inter hæc edicta 10. ad finem judiciorum pertinentia locum tenuit edictum & actio judicialis in factum. *l. 3. de re jud.*

3 Huic proxima fuit clauſula edicti de his qui condemnantur in id tantum quod facere poſſunt, non in ſolidum, cujus mentio fit *in l. 22. ſed hoc ita, de re jud. & l. ult. Cod. de revoc. his quæ in fraud. cred* (Cujac. *lib. 1. 12. obſ. c. 5.* non viderat *d. l. 22.*) Nam & ea clauſula huc pertinet ad ſententiam & rem judicatam Ratio ordinis, cur hæc duo primum locum teneant: quia eorum primus eſt uſus poſt ſententiam ad exſequendum judicatum, & ſecundum videtur velut primi membrum: ideoque poſterius.

4 Jam ſi his primis edictis non pareat reus condemnatus, ad duriora remedia proceditur, hoc eſt, ad miſſionem in poſſeſſionem bonorum; ad bonorum venditionem. Itaque tertium hoc loco edictum fuit poſitum, quo

creditor

creditor in poſſeſſionem bonorum debitoris jam condemnati ire jubetur;
in quo tamen nominatim de debitore pupilli agitur, in cujus bona ſi non
defendantur, creditores qui cum ipſo pupillo contraxerint, ire jubentur.
cujus edicti verba non exſtant, ſed ejus mentio & ſententia eſt *in l. 3. 4. & 5.*
quib. ex cauſ. in poſſeſſ.

Fuit & edictum in edicto perpetuo de miſſione in poſſeſſionem non 5
hic ſed longè ante poſitum nempe ubi de principio judicii, ſive de in jus vo-
cando agitur, ſi ſcilicet reus in jus vocatus dederit fidejuſſorem ſiſtendi, &
poſtea non ſiſtat neque defendatur: quod edictum ſupr. prætermiſſum, in-
terjici debet. nempe parte prima oeconomiæ edicti perpetui. ubi 4 edicta de
in jus voc. ſunt explicata cum ſint 5. & hoc quintum eſſe videtur: quia ſcil.
extremum remedium, & ideo ultimum inter edicta ab Ulpiano explicata
lib. ad edictum, in quo & hoc ultimum (inter ea edicta) de miſſione contine-
tur, cujus verba exſtant *l. 2. quib. ex cauſ. in poſſ. &c.* quæ eſt l. Ulp. *lib. 5. ad edi-*
ctum. ſed Trib. ut alias quoque ſolet edicta diverſis licet in locis edicti per-
petui poſita conjunxit ſub eodem titulo, quia ejusdem ſunt argumenti ad
miſſionem ſcilicet pertinentia Sed prætor quia edictum de miſſione gene-
rale poſuit jam antea initio edicti ubi de in jus voc. actum, ut jam dictum,
noluit in fine edicti idem edictum generale de miſſione inculcare, niſi cum
aliquo additamento, aut potius ſpeciali mentione de pupillo. Dixi verba
edicti generalis de miſſione eſſe *in l. 2. quib. ex cauſ. &c.* quæ exſtat etiam apud
Cic. *in Quintiana*, ſed longè alia. vel à Trib. mutata, vel ab ipſis prætoribus
ut interdum ab ipſis factum eſſe indicat *l. 1 Commod.*

Quartum edictum ſpeciale de pupillo ſcil. fuit: ſed ut tertio creditor 6
jubetur ire in poſſeſſionem bonorum pupilli: ita contra hoc jubetur dece-
dere de poſſeſſione bonorum pupilli, & proinde eſt poſterius. Ratio enim
poſtulat, ut prius bona poſſideantur, poſterius de poſſeſſis diſcedatur. Verba
quarti exſtant *l. 5. ait prætor. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur, &c.*

Quintum locum habebat edictum de bonis poſſidendis & vendendis. 7
Videntur autem ad hoc argumentum de bonis poſſidendis & vendēdis plu-
res clauſulæ fuiſſe, una exſtat *l. 6. § 1.* licet non tota: altera exſtat. *l. 7 § 1. quib.*
ex cauſ. in poſſ. item alia particula indicatur potius quam exponitur *l. 1. § 1.*
in verb. ſed contra ſententiam de jure fiſci. Ratio ordinis eſt, quia in miſſione in
poſſeſſionem duo ponuntur à prætore decreta primum & ſecundum: pri-
mo jubetur ire in poſſeſſionem: ſecundo jubetur poſſidere & etiam vendere
bona. plus eſt autem poſſidere quam eſſe in poſſeſſione.

Hinc edicto de bonis poſſidendis & vendendis proximum edictum fuit 8
edictum de jure delib quod indicat *l. 1. 3. & 7. de jur. delib.* quæ ſunt ex Ulpia.
lib. 60. quo libro edicta quædam proxima de miſſione explicavit. Idem quo-
que indicat *l. 2. de jur. delib.* quæ eſt Pauli ex *lib. 55.* quo idem explicavit
edicta ad miſſionem pertinentia. Tribun. tamen hoc edictum de jure deli-

berandi longè alio in loco poſuit inter tit. de teſtamentis. Sed ordinis ratio hæc eſt: quia edicta de miſſione & venditione bonorum ad omnes creditores pertinent etiam hereditarios. His autem creditoribus hereditariis ne injuria fiat per diuturnam moram heredibus dubitantibus de adeunda hereditate, certum tempus præſcripſit ipſis prætor, intra quod hereditatem adire, & creditoribus ſatisfacere debeant aut eam repudiare, ut creditores poſtea in poſſeſſionem bonorum mittantur ipſisque venditione eorum ſatisfiat.

9 Hujus edicti ſive tituli duæ clauſulæ fuiſſe videntur, una generalis, altera ſpecialis de pupillis. Generalis verba exſtant *in l. 1. de jur. delib.* ſpecialis clauſulæ verba exſtant *l. 7. § ait prætor. d. tit.* quæ ll. ut & *l. 3.* Ulp. ſunt ex ejus libro 60 ad edictum quo libro, ut & prioribus & ſeqq. edicta de miſſionibus in poſſeſſionem bonorumque venditione explicavit.

10 Cui edicto de jure deliberandi adjectum quoque fuit de jure abſtinendi, quod ſuorum heredum eſt proprium. Extranei repudiare, ſui abſtinere dicuntur: extranei ſuo arbitratu & ipſo jure hereditatem repudiare poſſunt: ſuis opus fuit auxilio prætoris: propterea quod ipſo jure ſunt heredes, ſed prætor edicto fecit iis poteſtatem abſtinendi. Ratio ordinis jam ſatis intelligitur, quia prius de jure deliberandi eſt de omnibus heredibus & generale: hoc eſt de ſuis & ſpeciale: ideoque poſterius. Utrumq; autem eſt de heredibus ut hereditatem vel adeant vel repudient aut abſtineant. Et illud quidem de jure delib. Ulp. *libro 60.* partim *61. ut l. 4. & 8. dict. tit.* hoc lib. 61. explicavit, ut *leg. 20. 60. 66. & 71.* quæ maximè eo facit de hered. acquir. verba edicti de abſtinendo non exſtant, ſed ſententia eſt *in lege 57* neceſſariis de acquir. heredit. & *d. l. 71. ſi ſervum. §. ait prætor.* ubi hæc adfertur, prætorem ſuis heredibus jus abſtinendi non dediſſe ſi quid ex hereditate amoverint: Cujus exceptionis & clauſulæ edicti verba exſtant *in d. §. prætor.* ſed Trib. hæc edicta de jure delib. & de jure abſtin. non intermiſſionem in poſſeſſionem aut venditionem bonorum per creditores, ut in edicto perpetuo, ſed in tractatu de teſtamentis poſuit. qua de re infra ad ff.

11 Huic autem edicto de jure abſtinendi proximum fuit edictum de actione in factum. quæ datur debitori cōtra creditorem in poſſeſſionem miſſum, ut creditor debitori jam parato ſoluere aut defendere poſſeſſionem reſtituat. Verba exſtant *l. 9. prætor ait. de reb. auct. jud. poſſ.* quæ hæc eſt Ulpiani *lib. 62.* Nam liber *61.* de jure delib. & abſt. explicavit ut modo dictum.

12 Huic edicto proxima fuit clauſula quædam de contractu, poſt fraudem, ſive conſilium fraudandi à debitore ſuſceptam, facto, cujus edicti verba exſtant *in lege 25. ait prætor. de reb. auct. jud. poſſ. &c.* de qua clauſula valdè miror nullam ejus interpretationem vel adjungi ſtatim, *in dict. leg. 25* vel alibi exſtare aut reperiri, contra morem Juriſconſultorum: quæ res ſuſpicionem mihi adfert defectum & lacunam aliquam in ff. hic eſſe, quemadmodū

& alias lacunas ff. deprehendit & ſupplevit Cujac. ex lib *Βασιλ. 60. libr. 3. obſ. c. 23.* Nam ſub eo titulo *leg. 7.* vulgo eſt ult. ſed deeſt & *leg. finis*, & deſunt *legib. 8. 9. 10. & 11.* Ita ad finem tit. *de interd. & releg. 10.* ll. deſiderantur, quas idem reſtituit ex eodem libro 60. *Βασιλ.* ad *l. 121. de verbor. obligat.* ſic initium *leg. 1. de his qui not. inf.* mihi mutilum videtur, aut certè ita legendum: Prætor ait: non ut vulgo, prætoris verba dicunt, quo modo nunquam Juriſconſulti loquuntur. Huic quoque rei argumento eſt, quod in ff. alijs præter Florẽtinos poſt *hac l. 25.* ubi defectum eſſe videri, dixi, novus ponitur titul. ita conceptus, *de privilegiis creditorum.* Et certè *lex 26. & ſeqq.* ferè omnes, uſque ad proximum titulum *de ſeparat.* ſunt de privilegio maximè eo, quod *πρωτοπραξία* dicitur, hoc eſt privilegio creditorum. Ratio ordinis autem inter hoc edictum, & prius, eſt, quod prius eſt de danda actione, hoc eſt de deneganda.

Quibus proxima fuit clauſula edicti item de actione in factum, qua alie- 13
nata in fraudem creditorum revocantur ejus verba exſtat *in l. 1. quæ in fraud. cred.* quæ lex ut & aliæ ſub eodem titulo ſunt ſumptæ ex *lib. 66.* Ulpiani ad edictum, cum priores clauſulæ de duabus actionibus ſint ab Ulp. explicatæ partim 62 partim 63. & 64.

An autem 64 aut 65 aliud aliquod edictum explicatum fuerit & propo- 14
ſitum in edicto perpetuo (ut edictum de privilegijs creditorum aut edictum ſeparationibus) nihil certi facile reperire poteſt. De privilegijs, non puto: propterea quod ea originem habent plerunque ex legibus & conſtitutionibus non ex edicto prætoris. *leg. 37. de reb. auct. jud. poſſ.* (Reperi tamen mentionem edicti de privileg. *leg. 15. & mulieri. §. 1. de curat.*
furioſ.) 15

De ſeparationibus ſive de beneficio ſeparationis (quod peti ſolet à prætore & concedi creditoribus certis de cauſis in vendendis bonis debitoris) juſtiùs dubitari poterit an edictum fuerit propterea quod hoc beneficium à prætore impetratur, & à JCtis hoc loco inter edicta de emptionibus & venditionibus bonorum explicatur *l. 1. de ſeparat.* quæ eſt Ulp. *lib. 64. ad edictum,* ſed ut jam dixi, de ſeparationibus nullius edicti, quod ſciam fit mentio. Sed decreti tantum *d. l. 1.* Differunt autem edicto aut decreto aliquid fieri: quemadmodũ differt bonorũ poſſeſſio edictalis à decretali. *l. 3. §. ſi cauſ. de bon. poſſ.*

Videtur tamẽ aliud aliquod edictum hic fuiſſe, in edicto perpetuo, quod 16
explicandum fuit ab Ulpian. *l. b. 65.* & Paul. *lib. 61.* ſed quod aut quale fuerit, non facilè eſt explicatu.

Ad proximum autem edictum de actione Pauliana, qua revocantur alie- 17
nata in fraudem creditorum accommodavit Tribun. edict. fraudatoriũ, propter ſimilitudinem argumenti: Conjunxit, inquam edictum & interdictum de fraude ſub eodem titulo. Verba edicti ſunt *in l. 1. interdict. l. 10. quæ in fraud. cred.* ſed in edicto perpetuo edictum fraudatorium alium locum habuit, longè remotiorem, ut infra dicetur.

18 Fuit olim quoddam edictum prætoris de prædiatoribus, ad quod Cajus lib. ſcripſit, ut indicat inſcriptio *l. 54. res quæ de jur. do.* & Cic. quoque prædiatorum interdum ad Atticum facit mentionem, ut & Suetonius in Claudio meminit legis prædiatoriæ, & Valerius Maximus juris prædiatorij. Dubitari poteſt, num hoc edictum de prædiatoribus, cujus nulla in legibus juris eſt mentio amplius poſitum fuit ante edictum de actione Pauliana, quod prædiatores à quibuſdam putentur fuiſſe fidejuſſores, qui prædijs & non tantum perſonis caverent, maxime Reip. ſed nihil certi, ubi in edicto perpetuo hic titulus de prædiatoribus fuerit collocatus. Atque hæc de edictis ad finem judiciorum ſive actionem, ut ſententiam, miſſionem, &c. pertinentibus.

IX. Pars edicti perpetui.

1 RESTANT quatuor capita edicti perpetui, interdicta pignora, exceptiones, & ſtipulationes prætoriæ. Et interdicta quidem proxima edictis ad finem judiciorum pertinentibus locum obtinebant, ut videre eſt in lib Ulp. 67. quo cœpit edicta de interdictis explicare, eaq; perſequitur *lib. 68. & 4. ſeqq.* cum lib. *66.* ultimum edictum de act. Pauliana ad finem judiciorum pertinens explicaſſet. Ratio ordinis cur actionibus ſive judicijs proximum locum teneant interdicta, eſt. quia propriè quidem interdicta differunt ab actionibus, ideoque & diſtinctum ab ijs locum habent. ut dictum ſupra ad tit. *de act.* & ad tit. *de interdict. inſtit.* magnam tamen cum actionibus ſimilitudinem habent adeo ut interdicta interdum actionis quoque verbo contineantur, maximè hodie cum ſublatis formulis interdictorum dantur actiones eorum loco. *§. ult. inſt. de interdict.* Hoc quoq; ad ordinis rationem pertinet.

Hanc ordinis rationem poſtea edidit & Donell. *in comment. ad tit. C. de interdict.* prius inquit compoſitores de actionibus & ijs juribus quę ad actionem pertinent: idque hactenus: deinde de interdictis tam in C. quam in ff. item in Inſt. quod interdicta ſit potiſſimum de poſſeſſione & pauca de proprietate *l. 2. v. quidam. de interdict. leg 14. an & eadem. de except. rei jud.* Proximè aut expoſita ſunt edicta de miſſione in poſſeſſionem. ideoque ijs rectè proximè adjunguntur interdicta; quæ vulgo judicia poſſeſſoria dicuntur.

2 Cum autem plurima ſint interdicta, diligenter ordo & ratio eorum intelligi debet Et primum quidem obſervandum interdicta omnia competere vel hominum cauſa vel divini juris vel de religione: Et quæ hominum cauſa competunt competere vel rei familiaris aut publicæ utilitatis tuendæ cauſa, aut officij tuendi cauſa, aut juris ſui *l. 2. §. 1. de interdictis*: Vel brevius: Interdicta vel rerum eſſe, vel perſonarum.

3 Et primum quidem agi de interdictis rerum: poſtea de interdictis perſonarum

ſonarum hac ratione quia res propriè poſſidentur, perſonæ liberæ nō item.
Interdicta poſſeſſionum cauſa potiſſimum ſunt à prætore introducta, ut mo-
do dictum. Ut autem actiones aliæ ſunt generales ſive univerſales, aliæ ſunt
ſpeciales: & generales in edicto priorem locum, ſpeciales poſteriorem obti-
nent ut ſupra dictum initio ordinis edicti perpetui, ita & interdicta quædā
ſunt univerſalia, ſive ad univerſitatem, ut bonorum poſſeſſionem pertinen-
tia alia ſunt ſpecialia, ſive ad ſingulares perſonas pertinentia: & illa ſint pri-
ora, hæc poſteriora.

Ergo primum in edicto locum tenuit edictum quorum bonorum, ut in- 4
dicat *l.1.ff.quor.bon* quę eſt Ulp. ex lib. 67. quo cœpit explicare interdicta. Ra-
tio ordinis jam expoſita quia hoc interdictum & univerſale, ſive, ut ait Ulp.
in d.l.1. ad univerſitatem bonorum, non ad res ſingulas pertinet.

II. Interdictum eſt quod legatorum, ut indicat *l.1.quę lex* ſumpta ex 5
eod lib. 67. Ratio ordinis; quia legata etſi rerum ſunt ſingularium, tamen ad
teſtamenta, quibus relinquuntur pertinent, quib. teſtamentis univerſitas h.
eſt hereditas relinquitur. *§.ult.quib.alien.lic &c.* verba edicti quorum bono-
rum exſtant *l.1.quor.bon.* verba edicti quod legatorum, non omnia exſtant,
ſed quædam tantum *leg.1. §.7. quod ait. & §.12. quod ait, leg.2. §.1.quod
legat.*

Tertium interdictum eſt de tabulis exhibendis, quod proximè lib. 68. 6
explicavit Ulp. *l.1.& 3.de tab.exhib.* Ratio ordinis eſt quia & hoc ad univerſi-
tatem, ſive teſtamenti tabulas pertinet. Cur autem hoc interdictum de tabu-
lis, & interdictum quod legatorum poſteriora ſint interdicto quorum bo-
norum. Ratio eſt, quia hæc duo pertinent ad hereditatem potiſſimum,
illud, quorum bonorum, ad bonorum poſſeſſionem. Ac bonorum poſ-
ſeſſio priorem in edicto locum habuit. Ratio expoſita eſt ſupra. Et hæc ſunt
tria interdicta generalia. 7

His proxima ſunt ſpecialia quæ partim ſunt rerum, partim perſonarū,
cum univerſalia tantum ſint rerum. Res autem aliæ ſunt divinæ, aut religi-
oſæ, aliæ ſunt humanæ *l.1.§.1.de interdictis* & divina ac religioſa ordine ſunt
priora: ratio eſt perſpicua, propter dignitatem rei ut religioſæ. 8

Primum igitur inter ſpecialia interdicta locum obtinet interdictum,
ne quid in loco ſacro, quod Ulpianus eodem lib. 68. explicavit. Verba ejus
exſtant *in l.1.ff.ne quid in loco ſacro.* 9

Huic proximo fuêre de religione 2. unum de mortuo inferendo alterū
de ſepulchro ædificando quæ duo interdicta fuerunt in edicto poſita hoc in
loco, ut indicat inſcriptio *l.1.de mort.infer.* quæ lex eſt Ulpiani ex libr. 68. ad
edictum & in qua continentur & explicantur horum interdictorum ver-
ba. Ratio ordinis eſt: quia res ſacræ primum, religioſæ ſecundum locum
tenent *§.nullius infra de re divis.* Quare & hoc interdictum de rebus ſa-
cris primum locum: interdicta de rebus religioſis, ſecundum locum obti-
nuerunt.

nuerunt in edicto perpetuo. ſed Tribun. hæc interdicta de religione adjunxit proximè ad tit. *de relig. & ſumpt. fun.* Inter edicta 2. de religione prius eſt de mortuo inferẽdo, quia prius inferendus eſt mortuus, quam ſepulchrum ſuperimponatur & exſtruatur.

10 His proxima ſunt interdicta humana, ſivè hominum cauſa propoſita, & primum quidem publica, poſtea vero privata. Ratio ordinis per ſe nota eſt.

11 Inter publica igitur primum locum tenet interdictum, ne quid in loco publico, &c. fiat quod de religione duobus fuit proximum edicto perpetuo omnia namque ea Ulp. lib. 68. explicavit. verba edicti exſtant *in l. 2. ne quid in loco pub.* Ratio ordinis cur hoc inter publica ſit primum, hęc eſt: quia eſt generale, de omni loco publico. & de omni eo, quidquid factum fuerit, ex quo damnum aliquod detur publice vel privatim.

12 Huic proximè fuerunt quinq; interdicta de via & itinere publico. I. Ne quid in via aut itinere publico fiat, quod ab Ulp. ſtatim poſt generale explicatum fuit, ut indicat *l. 2. §. ait prætor. 12. ne quid in loco publ.* verba exſtant *in d. ait prætor.*

13 II. De itinere, eſt de eo, quod in itinere publico factum fuit, reſtituendo, ꝙ inferius ſive poſterius fuit, ut indicat Ulp *d. l. 12 § ait prætor. d. tit.* ubi & verba exſtant. Ratio ordinis inter hæc duo, eſt quia illud cavet damno nondum facto, hoc reſtituit jam factum opus in via publica, aut aliud quid itineri impediendo.

14 III. De itinere eſt, ne vis fiat, volenti itinere publico uti, ſive brevius ut via publica uti liceat, quod quia ad vim & delictum pertinet, illis duobus eſt poſterius, verba ejus exſtant *in d. l. 2. §. ult. ne quid in loco public.*

15 Proximum huic fuit interdictum de loco public. Ratio ordinis eſt quia ut prius fuit de utendo, ita hoc eſt de fruendo, itaque propter ſimilitudinem argumenti dices, hos poni debuiſſe ante interdicta de itinere ſtatim poſt generale de loco publico: quia & hoc eſt de loco publico, ſed quia iſtud eſt maximè ſpeciale (non enim omnibus datur, ſed publicanis tantum, qui vectigalia, & loca quædam publica conducunt) & quia frui & uti ſunt ſimilia, rectè in poſteriorem locum fuit rejectum, & priori propter ſimilitudinem conjunctum.

16 Huic adjunctum fuit de via publica, ſive itinere reficiendo, quod eſt quartum ad viam publicam pertinens. Nam propter ſimilitudinem interjectum fuit de loco publico fruendo. Cur hoc ſit ultimum de itinere, ratio hæc eſt: quia priora pertinent ad iter, quo uti liceat, quoq; jam utamur: hoc pertinet ad iter, quo ut corrupto non liceat uti, & quod correctione opus habeat: priora ſunt de rectè facto itinere, hoc de reficiendo: refectio eſt poſterior. Verba ejus exſtant, *in l. 1. de via publ.*

17 His de itinere, proxima fuerunt interdicta de fluminibus publicis: Ratio ordi-

ordinis eſt quia ut urbana ruſticis, ita terreſtria aquaticis præferuntur. Sunt autem 6. I. Ne quid in flumine publico aut ripa fiat.

II. De eo quod in flumine factum fuerit reſtituendo. Hæc duo primum 18
locum hîc obtinét, quia ſunt generalia. Hoc autem cur poſterius, illud prius? Ratio hæc eſt: quia illud eſt de nondum facto, ſive ante factum hoc eſt de jam facto, ſive poſt factum ſuccurrit & corrigit. Verba illius exſtant, *in l. 1. §. 15. deinde, 19. hoc tit. de fluminib.*

His adjunguntur quatuor ſpecialia Nam priora de quolibet facto aut 19
impedimento, hæc de ſpecialibus factis agunt. Ex quibus primũ eſt ne quid in flumine publico fiat quo aliter aqua fluat, atque priore æſtate fluxit, quo prohibetur non omne factum, ſed illud tantum, quo fluxus impeditur, ut eſt derivatio fluminis, & mutatio curſus aquæ. Verba ejus exſtant, *in l. 1. ne quid in flum. publ.*

Cui adjunctum fuit interdictum de eo, quod in flumine factum, quo 20
aliter aqua flueret reſtituendo, quod eſt poſterius, quia illud eſt de nondum facto, hoc eſt de jam facto, verba ejus exſtant, *in d. l. 1. §. 11.*

Huic proximum eſt, ut in flumine publico navigare liceat. Ratio ordinis eſt, quia hoc ad ſpecialem uſum, nimirũ navigationem pertinet, & quia ad vim & delictum pertinet, ideoq; eſt poſterius. Verba ejus exſtant. *in leg. 1. hoc titul. 14.*

Ultimum de fluminibus interdictum eſt de ripa munienda. Ratio ordinis 21
eadem eſt quæ de via reficienda, ſupra jam expoſita. Verba ejus exſtant, *in l. 1. hoc titul.* Et hæc de interdictis ad publicam utilitatem pertinentibus.

Fit mentio interdicti, ut via publica uti liceat, *l. 2. §. 1. verſ. publ. de interd.* 22
Sed hoc eſt idem quod expoſuimus de via publica, & itinere publico reficiendo. Fit ibidem & mentio interdicti, ut flumine publico uti liceat, ſed hoc quoque eſt idem, quod modo expoſuimus de ripa muniẽda. Fuit & edictum de retandis fluminibus, cujus mentionem facit Agell. *lib. 11. cap. 17.* Sed hoc aut primo aut ſecundo de fluminibus generalibus ſupra expoſitis, optimè continetur.

Poſt ſacra igitur & publica reſtant privata, quæ partim ſunt rerum, 23
partim perſonarum ſpecialia ut & ſupra dictum. Eorum igitur qui rei familiaris tuendæ cauſa ſunt propoſita primum locum in edicto perpetuo tenuit interdictum. Unde vi, ut videre licet apud Ulpianum, qui priora, ſacra & publica explicavit libro 68. Hoc autem libro 69. una cum interdicto uti poſſidetis, *leg. 1. & 3. de vi & vi armat. leg. 1. & 3. uti poſſid.* Sed unde vi eſt duplex, unum quod quotidianum: quia fit ſine armis, alterum de vi armata, quæ fit coactis, armatiſque hominibus utriuſque edicti de vi verba adfert Cicero pro Cecin. Sed in Digeſt. tantum unius edicti verba adferuntur, *l. 1. de vi & vi arm.* Puto enim hodie tantum unum interdictum

eſſe, communi nomine unde vi Paulus tamen *l.2 § hec aut m. verſ. recuperante* ait ſub rubrica; *unde vi*, aliquo interdicta eſſe, quæ videatur de vi quotidiana & vi armata intelligenda, ut & Cujacius interpretatur ad Paulum *lib.5. ſententiarum, tit. de interdictis.*

25 Huic edicto de vi duplici quotidiana & armata. proximum in edicto locum tenuit interdictum uti poſſidetis, quem ordinem Ulpianus exponit *in l.1. ff. ſi igitur, uti poſſidetis.* Ubi poſt interdictum unde vi ait propoſitum, conſequenter interdictum uti poſſidetis Ratio ordinis ibidem expoſita eſt: quia illud unde vi reſtituit poſſeſſionem, at hoc uti poſſidetis, tuetur illam, ne amittatur. Sed hæc ratio contrarium ordinem potius poſtulare videtur. Nondum enim facta præferuntur factis, ut uti poſſidetis eſt ante, unde vi eſt poſt amiſſam poſſeſſionem. Quare hæc potius ordinis ratio eſſe videtur: tum quia interdictum unde vi partim continet publicam cauſam, propter vim tàm privatam quàm publicam adhibitam, tum quia gravitas hujus delicti poſtulat ut ejus prima & potiſſima cura habeatur, & ſtatim primoque tempore ſuccurratur: ideoque primo loco poſuit prætor ut oſtenderet, maximè ſibi eſſe curæ Verba autem interdicti, uti poſſidetis, exſtant *in leg. 1. ff. uti poſſidet.*

26 Huic adjungitur interdictum de ſuperficiebus. Ratio eſt, quia illud, uti poſſidetis, eſt de ædibus ipſis, quo nomine hic omnes res ſoli continentur, ſive res immobiles & corporales cum ſuperficies tantum ſit pars ædium ut utile interdictum uti poſſidetis, ejus nomine competat, non verè directum, *l.1. §.p. apponitur, de ſuperfic.* Verba ejus exſtant, *in d. leg. 1. ff. eod.*

27 Proximum eſt huic interdictum de itinere actuq; privato Ratio ordinis eſt quod primum de rebus corporalibus deinde de incorporalibus agatur. quemadmodum & ſupra de publicis interdictis primum de locis, deinde de itinere, & fluminib. publicis &c. Ita & hic de itinere & primum quidé de itinere deinde de aqua ut & ſupra de publicis, primum de via, poſtea de fluminibus publicis Ratio ibi expoſita eſt.

28 De itinere autem & actu privato duo ſunt interdicta unum de non impediendo uſu itineris vel actus cujus verba exſtant, *l.1. de itin. act. priv.* Alterum eſt de itinere reficiendo cujus verba exſtant *in l.3. §. ait prætor. d. tit.* Ratio ordinis inter hæc duo eſt, tum quia refectio ſemper poſterior eſt corrupto ſcilicet itinere uſus eſt prior hoc eſt; ſtatim ab initio itineris conſtituti, tum illud eſt generalis quia omnes eo uti poſſunt, qui hoc anno ſunt uſi, hic autem is demum poteſt uti, qui & uſus eſt hoc anno, & jus ſibi eſſe reficiendi neceſſario contendat *l.3 § 11.*

29 Hic autem & interdictum de itinere privato commemoratur, *in leg. 2. de interdictis.* Hic verbis quo itinere venditur uſus, quo minus emptor utatur vim fieri veto, quod his adjectum fuit. quia ſpeciale tantum de emptore hodie non exſtat in Digeſt. eo in loco, quo interdicta de itinere explicantur:

plicantur: Credo, quod Tribunian. ſatis eſſe putavit generale interdictum de itinere, quo omnes uti poſſunt, qui hoc anno ſunt uſi, ut modo dictum.

Nunc de aqua de qua tria ſunt interdicta, quamvis & alia tria eodem pertinent. I eſt de aqua quotidiana cujus verba exſtant, *l.1.ff.de aqua quotidiana.* II. de aqua æſtiva, cujus verba exſtant *in d.leg.1.§.29.deinde ait prætor.* III eſt de aqua ex caſtello ducenda, ejus verba exſtant item *in d.leg.1.§.38. ait prætor.* Ratio ordinis, cur hoc de aqua ex caſtella ducenda ſit ultimum, eſt hæc: quia duo priora ſunt de aqua ex capite, hoc eſt, de caſtello *d.§ 38. verſic. hoc interdictum.* At ex capite, hoc eſt, ex eo, unde aqua naſcitur, ſive fonte, ſive flumine, ſive lacu ducere aquam longe eſt præſtantius, & magis perpetuum, quam ducere ex caſtello. hoc eſt, ex receptaculo aliquo publico, aut ex rivo aquæ publicæ: deinde quia hoc eſt rarum (non niſi à Principe permittitur, *d.l.1.§.41.permittitur.*) Illud eſt frequentius. Quod autem ad illa duo, de aqua ex capite attinet, cur de aqua quotidiana ſit prius de aqua æſtiva poſterius, ratio eſt perſpicua, quia illa ſit præſtantior, quam æſtiva: eò quod quotidiana duci poteſt continuo & ſemper: æſtiva tantum æſtate, *d.l.1.§.quod autem.& §.22 & 23.* 30

His de aqua adjunctum fuit interdictum de rivis: Ejus verba exſtant *in l.1.de rivis.* Ratio ordinis, quia hoc pertinet ad refectionem rivorũ, per quos ducitur aqua: priora ſunt de uſu aquæ. 31

Poſtea quatuor illis de aqua, adjungũtur duo de fonte, prius de uſu fontis cujus verba exſtant initio *d.l.1.§.deinde ag.t.6.* Alterum de refectione. Uſus & refectionis differentia rationem ordinis indicat. 32

His duobus de fonte interdictis utendo & reficiendo adjunguntur duo de cloacis, prius de privatis, cujus verba *in l.1.de cloac.* alterum de publicis, cujus verba *in d.l.1 §.8.deinde ait.* Ratio ordinis eſt propter ſordes ut ultimũ & poſtremum locum hæc obtineãt: & priorẽ illud quidem de privatis, quia & interdicta priora proxima ſunt privata: Nam de publicis cloacis tantum adjungitur propter ſimilitudinem. 33

Proximum eſt interdictum, *quod vi aut clam.* Ratio ordinis eſt, quod cum priora interdicta ſint de juſta poſſeſſione ſive dentur ijs qui in jure ſuo juſtaque poſſeſſione impediuntur: Proximum nunc fuit, ut de injuſtis poſſeſſionibus agatur, quæ ſunt tria, Violenta, Clandeſtina, & Precaria. Et duæ quidem priores conjunguntur, atque à precaria diſtinguuntur, propterea quod precaria etiam aliquo modo inter juſtas poſſeſſiones nominatur, licet non eam vim habeat hæc poſſeſſio, quam alia juſta poſſeſſio. Verba hujus edicti, *quod vi aut clam.* exſtant *in d l.1.quod vi aut clam.* Poteſt & hæc ratio ordinis reddi quod cũ priora interdicta à titulo, unde vi, ubi initiũ eſt interdictorum privatorum, ſint omnia contra vim, & ſpecies aliquot factorum ijs jam ſunt expoſitæ; Jam tandem generale edictum ſubjungitur, quia 34

V 2

difficile eſſet ſingula vi facta diſtinctis titulis explicare, ac ſpecialibus interdictis coërcere. Atq; ita quæ prioribus interdictis ſunt expreſſa ac comprehenſa, non impediunt, quominus poſtea generalis clauſula ſubjungatur ad reliqua infinita, uno interdicto coërcenda. Eſt & hæc ratio, quod priora pleraque ſint ante factum, hoc eſt poſt factum, ut ſcilicet, quod vi aut clam factum aut ædificatum fuerit, reſtituatur.

35 Huic edicto conjungitur. Edictum de remiſſionibus, ſub quo titulo plura interdicta fuêre: Unum eſt *in l.1. de remiſſ.* alterum eſt *in l. prætor, 20. de operib. nov. nunc.* III. eadem *l. 20. § deinde ait. 9.* Nam tota ea *l. 20.* ad titulum hunc de remiſſionibus pertinet, ſumpta ex lib. 71. Ulpian ut & *l. 1. de remiſſ.* ſed Tribunian eam *leg. 20.* poſuit ſub tit. *de oper. nov. nunc.* Hac de cauſa, quia remiſſio operis pertineat quoque ad nunciationes novi operis. *l. 1. §. 1. de remiſſ.* Ratio autem ordinis, cur hi tituli ſive interdicta de remiſſionibus interdicto quod vi aut clam proximum locum in edicto perpetuo obtinuerint, hæc eſt: quia interdictum, quod vi aut clam, pertinet ad opus & ædificationem nempe cum aut inuitis nobis aut clam, etiam contra nuntiationem aut prohibitionem quis ædificauerit, opuſque nouum fecerit, quod iubetur reſtituere interdicto, quod vi aut clam. *l. 1. in prin. & toto tit. ff. quod vi aut clam.* Iſta igitur ratione titulus de remiſſionib. priori interdicto adiunctus fuit quia & remiſſio ad nouum opus pertinet vt iam dictum. Nihil eſt n. aliud remiſſio q̃ abolitio nuntiationis operis novi à pretore impetrata. Ratio autem, cur illud. quod vi aut clam. ſit prius. & hæc de remiſſionibus ſint poſteriora hæc eſt: quia illud ſuccurrit læſo, hoc lædenti. hoc eſt, ædificanti, ideoque prætor ut curam gereret læſorum rectè prius propoſuit interdictum, quod vi aut clam. Eſt & hæc ratio: quia ædificatio & nuntiatio priores ſunt remiſſione nunciationis: ex illis naſcitur edictum, quod vi aut clam ex hoc interdicto remiſſionum.

36. Hoc autem ſequitur interdictum de precario, ratio ordinis jam eſt expoſita, nempe quod duabus vicioſis poſſeſſionibus expoſitis, jam reſtet tertia nempe precaria. Verba hujus interdicti exſtant, *l. 2. d. precar.* quod interdictum, ut & priora, quod vi aut clam. de rebus ſoli & ædib eſt: illa ſemper *l. 1. & 2. quod vi aut clam. &c.* hoc de precario plerunq; Nam interdictum etiam in rebus mobilibus precarium conſiſtit, & non tantum in ædibus, ſed & in fundis. *l. 4. & 6. de precar.*

37 Huic adjungũtur tria interdicta ad arbores pertinentia. Ratio ordinis hæc eſſe videtur, quod priora omnia interdicta privata ſint urbana, hæc tria ſint ruſtica, & proinde poſteriora, atq; ab illis meritò diſtincta. I. eſt de arboribus cædendis, cujus verba exſtant *in l. 1. ff. de arborib. cæden.* II. Ejuſdem argumenti, ejuſque verba exſtant *in d. leg. 1. §. deinde prætor 7.* Et videtur Ulpian. unum facere interdictum, cujus duo ſunt capita, quorum prius ad ædes, poſterius ad agros propriè pertineat, *d. l. 1. §. ult.* III. eſt de glande legenda.

genda quod item ad agros pertinet, cujus verba exſtant *in l. unic. de glande leg.* Et hæc de interdictis rerum.

38 Nunc de interdictis perſonarum, in quibus primum eſt interdictum de libero homine exhibendo: cujus verba exſtant *in l.1.ff.h.tit.* Ratio ordinis expoſita eſt ſupra, tum quia poſſeſſio, ad quam pertinent propriè interdicta ſit rerum non perſonarum, ut & dominium: tum quia interdicta ſint, vel rei familiaris tuendæ, ut ſunt illa: vel officii, ut eſt iſtud, vel juris ſeu conſervandi cauſa, ut ſeqq. *l.2.§.2.tit.de interdict.* Cur autem inter perſonas hoc ſit primum, eſt hæc ratio, quia eſt de libero homine, cum reliqua ſint de iis quæ ſunt in poteſtate, aut filii aut ſervi.

39 Huic proximum eſt interdictum de liberis exhibendis, cujus verba exſtant, *in l.1.hoc tit.* quod eſt præparatorium interdicti de liberis ducendis. ut ait *l.3.in princ. dict. tit.* Nam exhibiti demum duci poſſunt, quemadmodum & actio ad exhibendum rei vindicationis eſt pręparatoria, *d.l 3.§.1.* Cujus de ducendis verba exſtant initio *dict. l.3.*

40 Fuit & interdictum de liberto exhibendo. *l. 2.§ 1.in fin.ff. de interdict.* quod quia patronus parenti eſt ſimilis in edicto perpetuo, hic collocatum fuiſſe videtur. Sed in ff. nullum exſtat. Credo quod Tribun. putarit ſufficere interdictum generale de liberis hominibus exhibendis, maximè quod ex conſtit. Inſt. de jure patronatus, libertini ingenuis ferè ſint adæquati, §. *ſed noſtra 4. inſtit. de ſucceſſ. libert.*

41 Proximum in edicto locum tenuit interdictum utrubi. Ratio ordinis eſt, quia & hoc eſt de ducendo homine, ſed ſervo, ideoq; poſterius. Pertinet tamen hoc interdictum non tãtùm ad ſervos, ſed etiam ad reliquas res mobiles ex interpretatione ſcilicet prudentum. Nam verba interdicti, quæ exſtant *in l. 1.ff. utrubi*, ſunt de homine, hoc eſt, ſervo. Eſt enim utrubi rerum mobilium, ut uti poſſidetis rerum immobilium ſive ſoli, quamvis & ibi verba tantum ſint de ædibus concepta. *l.1 ff. uti poſſid.*

42 Huic proximum videtur fuiſſe, interdictum, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus, ut indicat inſcriptio, *l.1.ne vis fiat ei, &c.* quæ indicat hoc interdictum explicatum ab Ulpiano, *libro 72. ad edictum*, quo libro prius quoque nempe utrubi explicavit, ut indicat inſcriptio, *l.1.ff. utrubi.* Ratio ordinis autem hæc eſſe videtur, quod cum hoc interdictum *ne vis fiat ei, &c.* ſit generale, *d.l.1.§.1.ne vis fiat ei, &c.* (pertinet enim ad omnes, qui à prætore in poſſeſſionem miſſi ſunt) & hactenus omnes ſpecies miſſionum, & interdictorum, quibus etiam poſſeſſio reſtituitur aut adquiritur. *l. 2.§. hoc autem. ff. de interd. §. ſequent. Inſtit. eod.* expoſitæ ſint, ordinis ratio poſtulat ut generali quodam Edicto & interdicto miſſos in poſſeſſionem tueatur prætor, quod facit hoc interdicto, ne fiat vis ei, &c. Tribun. tamen hoc interd longè priori in loco poſuit in ff. ut ibi latius. Verba hujus interdicti exſtant in *d.l.1.ne vis fiat.*

43 Huic autem proximum fuiſſe videtur interdictum de migrando, quod ab Ulp explicatum videtur *lib. 73.* ut indicat inſcriptio *l. 1. de mig.* cujus verba exſtant *in d. l. 1. d. tit.* Ratio ordinis eſt obſcurior, propter Edictum illud generale, ne vis fiat &c. modo expoſitum & ut habent inſcriptiones, interjectum inter hæc duo interdicta utrubi & de migrando: quod niſi eſſet interjectum, facilis erat ratio inter utrubi & de migrando: quia ut utrubi, ita & de migrando de homine ſive ſervo conceptum eſt Sed pertinet ad alias quoque res & eſt magis ſpeciale de migrando: quia pertinet tantum ad res mobiles importatas in habitationem ſive domum conductam hoc eſt, ad ſupellectilem, cum utrubi ad res ferè pertineat. Quare niſi inſcriptiones ſint mendóſæ, ut ſæpè ſunt, dicendum eſt priora interdicta, agere de poſſeſſione adquiſita aut reſtituta, aut conſervata, ſive de iis, quibus prætor juſſit poſſeſſionem reſtitui &c hoc autem de migrando potius contrariam rationem & effectum continet. nempe ut conductori liceat ſuam ſupellectilem jam migranti, & ſoluta jam mercede exportare, ne impediat ipſum locator ſive dominus ædium, cui eſt ſatisfactum: ideoque cum priora ſint de poſſeſſione adipiſcenda, hoc autem de migrando ſit de poſſeſſione ex ædibus ſcil. migrando deducenda, ſive de ſupellectili deportanda: hinc factum videtur. ut generale illud interdictum ne vis fiat ei &c. poſitum fuerit in Edicto inter hæc duo interdicta utrubi & de migrando, quia ſcilicet hoc interdictum generale ad tuendam poſſeſſionem pertinet.

44 Huic autem proximum fuiſſe videtur interdictum Salvianum. Id enim poſtulat ratio ordinis & in ff. quoque hic eſt ordo. Ratio eſt, quia ut prius de migrando ad inquilinos, ſive ad urbanas habitationes ita Salvianum ad colonos ſupellectilem ruſticam pertinet verba ejus non exſtant.

45 Ultimum locum inter interdicta obtinet interdictum fraudatorium, cujus verba exſtant *l. 10. quæ in fraud. cred.* quæ lex, ut & *l. 2. d. tit.* ſumpta eſt ex *l. 73.* Ulp quo libro poſtrema Edicta explicantur, ut Edictum de migrando quod indicat *l. 1. de migrand* quæ eſt ex eodem libro 73. Dicitur autem hoc interdictum fraudatorium, *in l. 96. pup. lli. ff. de ſolut.* propterea quod eo reſtituantur alienata aut facta in fraudem creditorum Interdum quoque prætor dat actionem in factum, ad eadem revocanda, de qua actione in factum in verbis ejusdem interdicti *ind. l. 10. & ſeqq.* Ratio ordinis autem cur hoc interdictum ſit ultimum, hæc eſſe videtur. quod ſit rebus quarum poſſeſſio non fuerit penes creditorem, ideoque non ſit propriè de poſſeſſione: atque ita habeat aliquid ſingulare præter alia interdicta, & proinde velut extraordinarium in ultimum locum rejectum. Et hæc de interdictis.

X. Et ultima Pars Edicti Perpetui.

1 INterdictis in Edicto proximum locum tenuit actio Serviana & actio quaſi Serviana, hoc eſt, hypothecaria, quæ eſt de pignoribus vel hypo-

thecis.

thecis. Nam Serviana eſt tantum de tacito pignore, hoc eſt de rebus per inquilinum illatis in domum aut prædium urbanum condnctum. Et hunc ordinem, ut prius de interdictis poſtea de pignoribus ageretur fuiſſe in Edicto perpetuo perſpicuum eſt ex inſcriptionibus legum in ff. Nam ex lib. 73 Ulpian. quo ut modo dictum ultima interdicta explicavit plurimæ leges de pignoribus ſunt ſumptæ *l.6.8 14.21. de pig. l.3.6. in quib. cauſ. pig.* Idem videre licet *lib.68.* Pauli, quo libro fraudatorium interdictum & de pignoribus explicavit, ut indicat *l.7.12. de pignor. l.3. & 14. ff. quæ in fraud. cr. d.* Ratio ordinis autem Edicti perpetui (quem & in C. ſecutus eſt Tribun. non verò in ff. quoad tractatum de pignoribus) eſt hæc: tum quia hæ duæ actiones, Serviana & quaſi Serviana ſint acceſſoriæ, (pignus enim eſt acceſſio ut fidejuſſor, quibus confirmantur priores contractus & obligationes. Quare cum adhuc ſit explicatum de principalibus & interdictis quæ vicem actionum gerunt, meritò acceſſoria iis adjunguntur, ſed ultimo loco. Acceſſio enim ſequitur rem principalem:) tum quia hæ duæ actiones cognationem & ſimilitudinem cum proximis interdictis, nimirum fraudatorio & Salviano. Nam his duabus actionibus partim agitur de rebus illatis in prædium, ut Serviana, partim conſulitur creditoribus pignore ſcilicet, idq; utraque actione, quemadmodum Salvianum eſt de rebus illatis in prædium ruſticum, & conſulitur creditoribus tam Salviano quam fraudatorio. *§. item Serviana. de act.* ubi Salviani & Serviani judicii differentiæ ſimilitudineſque explicari ſolent. Et hæc quoque altera poteſt eſſe ratio ordinis de interdicto fraudatorio cur ſcilicet illud poſt Salvianūm in Edicto fuerit poſitum, quia ſimile eſt Salviano in eo quod utrumque pertinet ad ſecuritatem creditorum. Eſt & tertia ratio ordinis de his duabus actionibus Serviana & quaſi Serviana, cur hæ in Edicto poſt interdicta hic fuerunt poſitæ, nempe quia nudam tantum poſſeſſionem avocant *l. ſi cum venditor. de Evict.* Ideoque ut interdicta ad poſſeſſionem aliquatenus pertinent. Meritò autem hæ duæ actiones in Edicto fuerunt, quia ſunt prætoriæ. *d. §. item Serviana.* verba tamen Edicti non exſtant.

Hactenus de actionibus in Edicto perpetuo propoſitis. His proximum locum tenuerunt exceptiones, ut videre licet ex Ulp *lib.74. & 2. ſequen.* Pauli *lib.69. & 2 ſequent.* ad Edictum quibus explicarunt exceptiones, poſt Edicta de pignoribus ſive Serviana & quaſi Serviana. Ratio ordinis eſt perſpicua. ut prius de actionibus ſive de actore, poſterius de exceptionib ſive reo explicetur, quam rationem explicavimus ſupra ad Inſtitut. & eundem ordinem tenuit Tribun. tam in ff quam in C. Meritò autem exceptiones in Edicto propoſitas fuiſſe indicat *l.2. §.1. & l.1. in prin. & verſ. ideo autem, & c.* Quare autem tractatio de exceptionibus propoſita in Edicto ratio eſt quia omnes exceptiones ſunt prætoriæ, ideoq; ad prætoris Edictum maximè pertinentes. Cic. *lib.1. de invent.* & Cornif. *lib.2. ad Herenn.* Cum autem mul-

tæ ſint

tæ ſint exceptiones ut procuratoriæ §. *eque. de excep.* ut exceptiones in factum, *l. 2. generaliter. §. apud. §. adverſus. de doli excep. l. ult. ff. de excep.* ut jurisjurandi, *l. ultim. ff. d. tit.* & paſſim ſub *tit. de jurejur.* ut interceſſionis de qua paſſim ſub *titul. ff. ad Vellei.* ut non numeratæ pecun. *l. 4 §. adverſus. 15 de doli except.* Ut quod libertatis onerandæ cauſa petitur, *l. 7. exceptiones. §. 1. ff. de excep.* ut litigioſi, de qua *titul. de litigioſ.* Ut deſerti vadimonii, ſive promiſſionis judicio ſiſtendi. de qua eſt titulus *ff. ſi quis caut.* Ut aliæ celebres, pacti rei judicatæ, rei venditæ & traditæ doli, metus, temporis, de quibus ſunt tituli ff. & C. Cum igitur exceptiones tam ſint multæ, dubitari poteſt, an omnes ſpecialiter fuerint propoſitæ in Edicto, deinde quo ordine fuerint propoſitæ. Quantum ex fragmentis ſive particulis librorum Ulpian. & Pauli ad Edictum colligere licet, non omnes videntur, ſed celebriores in Edicto fuiſſe propoſitæ, ut deſerti vadimonii, rei judicatæ, doli mali, metus, litigioſi, & fortaſſe aliæ quædam. Et primo quidem expoſita fuit exceptio deſerti vadimonii, ſive promiſſionis judicio ſiſti, ut *l. 2. & ſequent. ſi quis caut. &c.* indicant. Ratio ordinis eſt, quia hæc exceptio pertinet ad exordium judicii, ideoque & à Tribunian. poſita fuit initio, ff. *ubi de in jus voc.* Huic proxima fuiſſe videtur exceptio, rei judicatæ, quod indicat *l. 6. 12. & 14. de exception. rei jud.* quæ ſunt ex libro Pauli 70. cum exceptio promiſſionis deſertæ judicio ſiſti, ab eo fuerit explicata *lib. 69.* ut indicat *l. 3. 5. & 7. ff. ſi quis caut.* Ratio ordinis eſt, quia & hæc exceptio ad judicia pertinet: illa quidem deſertæ promiſſionis judicio ſiſti ad initium, hæc verò ad finem judicii.

3 Cui fortaſſis proximè adjuncta fuit exceptio rei venditæ & traditæ, de qua eſt tit. *de except. rei vend.* Nam *l. 1. h. tit.* ſumpta eſt ex libro 76. Ulpia cum librum 75. explicaſſet *de exc. rei jud.* Ratio ordinis videtur in nomine, quod ut prior eſt rei judicatæ, ita hæc eſt rei venditæ: & ut prior ita & poſterior eſt de re jam facta nempe de re judicata & jam vendita ac tradita.

4 Poſt hos poſita fuit in Edicto exceptio doli mali, & huic proxima quod metus cauſa, ut indicat *l. 2. §. 1. eſt. & §. pen. ff. de dol. & met. ex.* ubi & verba, non tamen omnia eorum, exceptionum afferuntur: quæ duæ leges ſunt item Ulp ex libro 76 ad Edictum. Ratio ordinis videtur eſſe, quia hæ exceptiones ex delicto vel quaſi oriuntur, ex dolo & ex metu, ideoque in poſteriorem locum rejectæ videntur. Cur autem doli exceptio ſit prior cum tamen doli actio poſterius, & actio quod metus cauſa prius fuerit propoſita in Edicto ut ſupra dictum, non ita facilè eſt reddere rationem. Sed tamen hæc mihi videtur ratio. quod exceptio doli ſit generalis adeo ut Juriſconſultus Caſſius, exceptionem metus cauſa non putarit ſeparatim proponendam. ſed eam ſub exceptione doli fuerit complexus. Unde & antiquior videtur exceptio doli quàm metus. *l. 4. metus. de exc. dol.* Ideoque priorem locum obtinuit.

Sunt

Sunt & aliæ exceptiones, quæ item in Edicto fuiſſe videntur, ut oneran- 5
dæ libertatis exceptio, ut litigioſi exceptio, quarum prior cōtinetur ſub tit.
quar. rer. act. nō datur, ubi & exceptio jurisiurandi exponitur: altera litigioſi
continetur ſub titul. proximo *de litigioſ. & l. 1. titul. quar. rer. &c. & l. 1. de litig.*
Utraque eſt Ulpian. ex eodem libro 76. quo & priores ab ipſo fuerunt expli-
catæ. Sed valdè dubito, an distinctæ fuerint propoſitæ in Edicto, videtur ta-
men exceptio libertatis onerandæ fuiſſe propoſita; & quidem in ultimo ferè
loco, eo quod ad libertatem & ſervitutem pertineat.

De exceptione litigioſi exſtat etiam Cod. de litigioſis poſt tit. generalem 6
de except. Ratio ordinis, cur hæc in ultimum locum rejecta ſit. hæc eſſe vide-
tur, quia eſt ſpecialis, nimirum contra venditionem tantū, cum priores ſint
magis generales, & ad varia negocia opponantur. Fortaſſe huic exceptioni
litigioſi ſtatim adjuncta fuit exceptio rei venditę propter ſimilitudinem rei,
quod utraq; ſcilicet, ſi de venditione. Nam utramq; Ulpian. *lib. 76.* explica-
vit, ut indicat *l. 1. de litig. & l. 1. de except. rei vend.* quę leges ambæ ſunt ex d. lib.
2 Ulp. quod & probabilius eſſe videtur.

De exceptione pacti non videtur ſeparatim in Edicto fuiſſe propoſitum 7
hoc in loco, quia Edictum de pactis ſervandis, cujus verba exſtant *in l. 7. ju-
r. gentium. §. a. ip etor. ff. de pact.* ſufficere videatur.

De exceptione jurisiurandi quamvis ſæpè agatur ſub tit. eo, quo agitur 8
de actione jurisiurandi ut *l. 28. in duob. §. exceptio. l. 36. ſi actor. de jurei.* Fortaſſe
tamen & hic fuit ſeparatim poſita in Edicto. Nā Ulpian. *d. lib. 76. in l. 1. in princ
quar. rer. act* & Paul *lib. 71. in l. 2 d. titul. de except. jurisiurand.* explicant, in qui-
bus libris alias quoque ſupra expoſitas, & in Edicto propoſitas exceptio-
nes, ut doli metus &c explicarunt.

Videtur & Edictum quoddam generale fuiſſe de exceptionibus, quo ge- 9
neraliter cauſas dandarum actionum prætor fuit complexus. Sed nihil eſt
certi, quēadmodum & de exceptione tēporis, de qua eſt tit. ff. *de diverſ. temp.
præſcr.* & de exceptione quatenus quis facere poſſit, de qua *in l. 7. exceptiones.
de except.* Meritò dubitari poteſt, an ut & alię generali quodā Edicto fuerunt
comprehenſæ, an vero ſeparatim & diſtinctè, ut ſupra nonnullæ expoſitæ in
Edicto. Et hæc de exceptionibus.

His proximum in Edicto locum tenuerunt ſtipulationes prætoriæ, quod 10
intelligitur ex lib. Juriſconſultorum Nam Ulp. de exceptionibus explica-
vit *lib. 74. 75. & 76.* de ſtipulationib. prætoriis *lib. 77. & 4. ſequent.* Et Paul. de
except. *lib. 69. & 2. ſequent.* de ſtipulationib. prætor. *72. & 6. ſequent.* Idemq; vi-
dere eſt in Caio, & in aliis ad Edictum. Et hunc quoq; ordinem tenuit Paul.
lib. 5 ſent. & Tribun. ipſe *in C. lib. 8.* ubi docet tit. *de exception. b.* ſtatim ſequun-
tur *9. titulis de ſtipulationib.* Idem in ff. eſt ord ubi tit. *de except.* ſequuntur tit.
de verbor. oblig. de ſtipul. ſerv. & ſtipulat. prætor. &c.

Ratio ordinis, cur ſcilicet in Edicto ſtipulationes ultimum ferè locum 11

In ff tamen ordo eſt diverſus & prima eſt, rem pupilli ſalvam fore, ſecunda
iudicatum ſolvi, ubi id dicetur.

III. Videtur fuiſſe ſtipulatio legatorum, quam Vlp. eodem quo priorem 15
rem pup &c. li. 79 explicavit, ut videre eſt. *l. 2 & 4. ff. rem pup. ſalu l. 1. 3. & 14 ff.*
ut leg. nom. cav. &c. Ratio ordinis, cur hæc ſtipulatio legatorum proxima
ſit ſtipulationi, rem pupilli ſalvam fore eſt ſimilitudo quædã, nimirũ quod
ut illa *rem pup. ſal. &c.* Tutor promittit rem pup. ſalu. for. ita & hac legatorũ,
heres promittit rem legatam ſalvam Dices, cur illa, rem pup. fuit prior in e-
dicto, quia ad tutelam pertinet: At in edicto prius de tutelis propoſitũ fuit
poſterius de legatis, ut ſupra dictum Ad legata autem pertinet hæc, quæ di
citur cautio ſive ſtipulatio legatorum, de qua in ff agitur, in tractatu de leg.
ſub tit. *ut legat. nom. cav.*

Huic legatorum ſive de legato ſtipulationi proxima fuiſſe videtur ſtipu- 16
latio *ſicut plus quam per leg. Falc.* quam eodem libro 29. explicavit Vlp. cui-
us verba quædam exſtant *l. 1. & 7. ff. d. tit.* Ratio ordinis, quia & hæc ad lega-
ta pertinet, ideoque in ff. poſita in tractatu legatorum.

Eſt & cautio hereditatis reſtituendæ. Huius cautionis mentio eſt, in *l. 8.* 17
Paulus notat. ff. de ſtip. prær. l. 50. Imp. ad Treb. l. 12. inter omnes qui ſatiſd. cog. De
ea videatur & Detlebus *cap. 10. amot. ad l. aliquot.* Cuiac. ad ſent Pauli *lib. 5.*
& idem *in lib. 7. obſ c. 37* quæ cautio hereditatis reſtituendæ fortaſſe tertium
hic locum obtinuit, quia eſt de univerſitate nempe hereditate, cũ reliquæ
ut de legatis ſint ſpeciales: atq; ita cautio ſive ſtipulatio legatorũ erit quarta.

Cui proxima in edicto fortaſſe fuit ſtipulatio fructuaria. Nam ut ſtipula- 18
tio legatorum eſt generalis de omni legato, ita & hæc ſtipulatio ſpecialis. de
uſufructu tantum legato. de qua eſt totus titulus. *uſ. fr. quemadmodum utat.*
Nam Tribun. eam poſuit non eo loco, quo de ſtipulationibus prætor is ſed
longè ante, ubi de uſufructu In edicto autem fuit hoc loco poſita, ut videre
eſt ex inſcriptione *l. 1. 2. 3. & 7* quæ Vlp. ſunt, *lib. 79 ad edictum*; quo libro has
ſtipulationes prætorias de legatis, & etiam illam rem pupilli ſalv &c Huic
autem fidei commiſſariæ videtur proxima fuiſſe illa quæ modo expoſita eſt,
ſicut plus, &c quæ & ipſa eſt de legatis ſed quia ad præſtationem legati perti-
net, videtur duabus prioribus poſterior, quamvis parum hic interſit.

Eſt & ſtipulatio ſive cautio de collatione, quæ item pertinet ad ſucceſſio- 19
nes de qua *in l. 1. §. iubet. l. 20 filium. § videamus. de bon. poſſ. cont. tab.* quæ cau-
tio etiam videtur fuiſſe prætoria, *d. §. iubet.* ſed eius cautionis mentio facta
fuit in edicto de collatione ſupra expoſito. Videtur tamen & hoc loco inter
ſtipulationes prætorias ea collocationis cautio ſive ſtipulatio in edicto poſi
ta fuiſſe, ut indicat *l. 5. ff. de collat. bon.* quæ eſt Vlp. *d. lib. 79.* & tota agit de ſtipu-
latione collationis Idẽ quoq; indicat *l. 1. §. 9. iubet & §. 11. quis. d. tit.* ubi ad-
ducitur Pomp. *lib. 79.* ad edictũ de hac cautione, ut & Pomp in extremis li-
bris ad edictũ videatur de hac quoq; cautione explicaſſe. Ratio a. ordinis ut

prætoriis actionib. ideoq; fortaſſe in edicto perpetuo poſitas hoc in loco aut fortaſſe adhuc poſteriori. Id enim indicat Imp. *in d. l. 2 § quartus. C. d. vet iur. enucl* ubi ait illas actiones ædilitias una cum duplæ ſtipulationem in edicto perpetuo fuiſſe in loca devia, rejectas & multum diſtantia, ſcil. ut puto diſtantia ab actionibus empti & venditi. Verba autem edicti ædilitii exſtant in *l. 1. & l. 38. ædiles aiunt l. 42 quia vulgo. ff. de ædil. edicto.* Fuerunt autẽ 3. actiones, aut 4 potius: Tres quidem ex edicto ædilitio. Nempe redhibitoria, æſtimatoria, ſive quanti minoris. *l. ſi quid 10. de ædil. edict.* quę quanti minoris nõ tãtum eſt ædilitia, ſed etiam eſt alter ae o nomine ſed civilis. *l. 13. Julianus, de act. empti:* & tertia actio in factum, ex tert a parte ædilitii edicti de qua *l. hic n. 40. §. 1. & ll. ſeqq. de ædil. ed.* & IV. Eſt actio duplæ ex hac cautione, ſive ſtipulatione de evictione, de qua jam dictum. Hoc autem eodem libro 80, alia ſtipulatio, ſive cautio prætoria explicata fuit ab Ulpiano nimirum cautio novi operis, ut indicat. *l. 21 ſtipulatio. de nov. op. nunc.* quæ eſt ex hoc lib. 80 Ulp. quæ inter prætorias numeratur. *l. 1 & 2 de ſtip. præt.* Cui fuit proxima cautio ſive ſtipulatio dãni infecti, quæ etiã inter ſtipulationes prætorias commemoratur, *d. l. 1. & §. prætoriæ. Inſt. de diviſ. ſt. pul.* quã Ulp. explicavit *lib* 81 ut priorẽ novi operis, 81. ut indicat inſcriptio *l. 24. 26. 28. & 30.* quæ ſunt ex eodẽ lib 81. Idem quoq; indicat. *l. 25. 27. & 31.* quæ ſunt Pauli ex lib. 78 ad edictum quãvis à Tribun. hæ ſtipulationes novi operis & dãni infecti ſub *tit. de novi op. nũc* & ſub *tit. de dam. inf.* fuerint relatæ, propter argumẽti ſimilitudinem. Ratio a ordinis cur hæc dãni infecti ſtipulatio inter prętorias ultimum locum obtineat, hæc mihi videtur, quia ſcil. ad hanc tũ demum deſcendatur. cũ aliis actionibus damnũ ſarciri non poteſt, ita, ut quod ad damnũ hæc actio & ſtipulatio, ſit extremum ſubſidiũ. *l. 32. §. ſi ædibus in fin. & 2. ll. ſeqq. ff. de dam. inf.* Plura edicta poſt has ſtipulationes prætorias in edicto propoſita nõ reperio, ꝓpterea quod ex ultimis duob. lib. Ulp. nempe 82. & 83. itẽ Pauli duob⁹ ultimis 79. & 80 itẽ Caii duobus ultimis, 31. & 32. (quod quis jure miretur) nullæ leges in ff relatæ ſint. Fortaſſe quod edicta quędã iis explicarentur inuſitata & jã abolita. ut fortaſſe edictũ de prædiatorib. quod ad fiſcũ pertinere videtur. Et ſanè in ſententiis Pauli *lib. 5.* poſt ſtipulationes ſtatim ponitur *tit. de jure fiſc.* Sed nihil certi. Et de edicto hos de prędiatorib. jã ſupra nõnulli dictum. Atque hæc de ordine, ſive Oeconomia edicti perpetui à Juliano cõpoſiti, juſſu & mandato Hadriani Imperatoris ut ſupra *d. l. pen. C. de condict. indeb.*

Prætoris officium in { Reſtitutionibus. Actionibus. Bonorum poſſeſſionibus Miſſionibus in poſſeſſionẽ. Interdictis. Exceptionibus, Stipulationibus prætoriis. } Hinc pendet ordo edicti perpetui.

OECONOMIA LIBRORUM ET TITULORUM DIGESTORUM.

LIBER PRIMUS.

EXPLICATO, quantum ex fragmentis & reliquis veterum ſcriptorum juris inveſtigare licuit, ordine edicti perpetui reliquum nunc eſt, ut ad pandectarum oeconomiam & ordinẽ accedamus. Et ſiquidem de 7. partium, in quas pandectæ ſunt diſtributæ, ordine jam dictum proximum eſt, ut de librorum, qui ſunt 50. collocatione dicamus. Sed ne longiores ſimus, cum librorum ordo ex titulorum ordine rectè intelligi poſſit, videamus ſtatim de ipſo, titulorum ordine: eoq; ordine explicato, de ipſarum legum & capitum inter ſe ordine ſub titulis poſitorum explicabimus.

Ergo primi tituli 4. pertinent ad principia juris, eaq; eſt ratio, ut ſint primi, quemadmodũ & in inſtit. ſunt duo. Inter hos autẽ 4. titulos de principiis juris, hoc eſt, de definitionibus, diviſionibus, & generalibus quibuſdam regulis juris, cur primum locum tenet *titulus de inſt. & jur.* ratio eſt tum quia generalis eſt, tum quia definitiones & diviſiones juſtitiæ & juris contineat. Juſtitia a. eſt principium juris, ſive finis juriſprudentiæ, Ideoque rectè de ea ſtatim initio agitur. Finis enim in ſcientiis practicis eſt verum & præcipuum earum principium. Huic tit. proximus adjungitur *tit. 2. de orig. jur. &c.* tum quia & hic eſt generalis. Ut enim prior definitiones & diviſiones juſtitiæ & juris, ita hic originẽ juris continet: tum quia cum juris ſcripti 6 ſint partes, reſponſa, Edicta, plebiſcita, leges, Senatuſconſulta, & cõſtitutiones, ſub hoc tit. de duabus partibus non nihil agatur, de edictis & reſponſis, & iis, ad quos hæ partes pertinent, nimirum de prætoribus & magiſtratib. jus dicentib. & de Jureconſultis & de prudentibus jus reddẽtibus & interpretantibus: alioqui hæ duæ partes, edicta ſcil. & reſponſa prudentũ in reliquo toto pandectarum corpore continentur. Tertius *tit. de leg. bus, Senatuſq; conſultis de longa conſuetudine*: quo aliæ duæ ſpecies juris leges & Senatuſcõſulta continẽtur, imo & plebiſcita; quia legum appellatione comprehendũtur. *§. conſtat. de jure naturali, &c.* quo tit. & de conſuetudine agitur, brevitatis cauſa ut principia juris, tam ſcripti quam nõ ſcripti initio hujus operis explicentur. Cur autem *de conſtitutionib. principum*, qui eſt tit. quartus ultimo agatur, ratio eſt quia hæc juris ſpecies eſt recentior, cũ reliquæ ſint antiquiores, ut leges plebiſcita, Senatuſconſulta, edicta & reſponſa, quæ omnes

partes

partes jam fuerunt ante principes ſive Imperatores. Expoſitis principiis juris accedit Tribun ad jus ipſum, quod jus quia vel ad perſonas pertinet vel ad res vel ad actiones *l. 1. de ſtatu hom.* Primo de jure perſonarum agitur *tit. 5. 5. 6. & 7.* Ratio ſupra ad inſtit. Ex his a. tit. de jure perſonarum tit. 5. eſt *de ſta. hom.* tum quia partim generalis eſt ad omne jus perſonarum pertinens partim quia prima perſonarum diviſio in liberos & ſervos eo titulo continetur. Cui adjungitur *tit. 6. de his qui ſui vel alieni juris ſunt*, quia ſub eo continetur diviſio perſonarũ in eos, qui ſunt ſui juris & in eos qui alieno juri ſunt ſubjecti, ut ſupra dictum ad Inſtit. Huic proximus eſt *tit. 7. de adopt. & emancipationib.* ratio eſt, quia qui alieno juri ſunt ſubjecti, aut ſunt ſervi aut filiifam. de utriſq; dictum eſt tit. 6. ſed filiũfam. facit vel natura vel adoptio, *l. 1. h. tit. 7.* De natura, h. e. procreatione ex iuſtis nuptiis *d. tit. 6.* Nũc de adoptionibus qui modus eſt civilis & recentior. ideoq; poſteriori loco hic poſitus, ut & in inſtit. ut autem filiusfam fit duobus modis potiſſimum natura & adoptione ita & definit eſſe filiusfam certis modis, de quibus item *h. tit. 7.* Ratio ordinis ad inſtit *tit. 12.* juri perſonarum proximum eſt jus rerum, ratio in inſtit. de quo jure vnus eſt hic *titulus 18. de diviſ. rer. & qual.* Reſtat pars tertia juris de actionibus ſive judiciis, in quibus ferè totum corpus ff. continetur, propterea quod pandectæ ſint accommodatæ edicto perpetuo quod edictũ ad judicia & actiones fuit diſpoſitum, ut ſupra dictum. Judiciis autem quia præſunt prætores & magiſtratus, ſtatim initio hujus tertiæ partis de magiſtratuum officiis explicatur vt dictum libr. 1. Cod. Et primum quidem tit. 9. agitur *de ſenatorib.* Ratio ordinis eſt. quia ex ordine ſenatorio ſunt pleriq; magiſtratus: tum etiã quia ipſe Imperator eſt pars ordinis ſenatorii. qui tãquam caput ſenatui præſidet. Huic adjungitur *tit. 10. de officio conſ.* & ei *titul. 11. de off. præf. prætor.* & huic *tituli 2. de off. præf. urbi.* cum tamen in Cod. prius de officio præfecti prætorio agatur. Sed ratio ordinis hæc eſt, cur de conſule primum agatur, quia ſcil. hic magiſtratus eſt antiquiſſimus & ſummus. Nã tametſi officium præfecti prætorio & officium præfecti urbi. & quæſtura etiam antiquiorem originem habent nimirum ſub regib. ipſis ante Coſſ inducta. tamen præfectura & quæſtura de quib. hic agitur, longè differunt ab antiquis præfecturis, & quæſtura Cur a præfectura prætorio præferatur p̃fecturæ urbi dictum ſupra ad Cod. Ratio a. cur de officio præfecti præt. qui eſt tit. 11. ſtatim poſt *tit. de off. Coſſ.* agatur eſt ſumma dignitas & poteſtas hujus præfecti, tempore Juſtiniani, quæ eadem ratio eſt, cur ei ſtatim adjũgatur *tit. 12. de off. præf. urb.* & ẽt huic adjũgatur *tit. 13. de off. quæſt.* vt explicatũ in C. His adjũguntur duo prætores & præfecti vigilũ: prætores quidem prius, *tit. 14. de off. præt.* tũ propter majorem eorum poteſtatem, tũ propter antiquitatẽ. Prætores. n. diu ante Imperatores ſunt creati *l. 2. §. cumq; Coſſ. de orig. jur.* Pręfectus a vigilum ab Octaviano Auguſto, *l. 1. de off. præf. vig* qui eſt titulus 15. Et hac de officio magiſtratuum urbanorum: nunc de provincialibus ut & in C. lib. 1.

in C.lib.1. Ex provincialib. a. I. *de officio proconſ. & leg.* tit. 16. propter antiquiorem originem. Nam proconſul ante Imperatores, præſes ab Imp. inductus eſt, ut explicat Dio *lib. 53.* Itaq; tit. *de off. proconſ.* ſtatim ſequitur tit. *de off. præfect. Aug. act. 17.* quia & hic proconſuli eſt ſimilis. *l. 1. de off. præf. Aug.* & huic poſtea tit. 18. *de off. præf.* cui rectè adiungitur tit. 19. *de off. procurat. Cæſ.* quia vt præſes nomine Cæſaris præeſt Reip. (unde & legatus Cæſaris dicitur. *l. 1. de off. præ.*) ita & hic procurator rem Cæſaris procurat in prouinciis, ideoq; procurator Cæſaris dicitur. Sed præſidis nomen eſt generale, *l. 1. de off. præf.* procuratoris eſt ſpeciale: deinde illius maior eſt poteſtas, quàm huius ideoq; de hac poſterius agitur, quem ſequitur tit. 20. *de off. iurid.* Ratio eſt, quia priores ſunt magis generales, nimirum univerſis prouinciis præfecti. Iuridicus autem eſt ſpecialis ut puta uni civitati Alexandriæ præpoſitus. Hunc ſequitur tit. 21. *de off. eius cui mand. eſt iur. ſd.* Ratio eſt quia priores habent propriam iuriſdictionem, hic agitur de iis, qui non habent propriam ſed mandatam, qui ſæpè non magiſtratus ſunt. Quibus adiungitur tit. ult. *de officio aſſeſſorum.* Nam & hi loco ſunt magiſtratus, imò neque propriam neque mandatam habent iuriſdictionem & magiſtratuum ſunt conſiliarii & comites. Et hæc de libro primo in quo hæc 4. Principia iuris, ius perſonarum, ius rerum, & officia magiſtratuum continentur.

II. LIBER.

QVod ad librum ſecundum attinet in quo hæc quatuor. quoq; continentur I. tituli generales de iuriſdictione. II. In ius vocatio. III. Editio. IV. Pacta & tranſactiones, quæ ... titulis explicantur: quorum 1. eſt *de iuriſdictione*: tum quia in edicto perpetuo hic ordo fuit, quem ff. imitantur *l. 2. de ſtat. hom.* tum quia hic titulus eſt generalis naturam iuriſdictionis & imperii generaliter explicans, quamvis ſub eo edictum quoq; contineatur contra corruptores albi prætoris Sed hoc quoq; eſt generale, contra omnium edictorum propoſitorum in albo corruptores Rectè quoq; tit. magiſtratuum adiungitur tit. *de iuriſdict.* quæ eſt illorum aut propria aut mandata 2. tit. *quod quiſq; iuris, &c.* Nã & hic vt prior eſt generalis & ad officium pertinet cuiuſlibet ius dicentis. Sic & 3. titulus, *ſi quis ius dic. non obtemp.* eſt generalis. ſed prior ad ius dicentem hic ad eum, cui ius dicitur pertinet, vt ius dicenti obtemperet ideoque Tribũ. hunc titulum fecit poſteriorem: quamvis in edicto prior fuerit, ut indicat *l. 1. ſi quis ius dic. &c.* quæ eſt Vlp ex lib. 1. ad edictium, cum *l. 1. quod quiſque iur. &c. l. 7. de iuriſdict.* quæ eſt contra corruptores albi prætoris ſint ex libro 3. eiuſdem. His tribus generalibus titulis ad iuriſdictionem pertinentibus ſubiicitur ſtatim titulus 4. *de in ius voc.* cum tamen in edicto perpetuo prius fuerit edictum de edendo, ut dict. 7. in ordine edicti perpetui. Ratio ordinis differentiæ inter C. & ff. eſt quia in C. ſæpius, & accuratius ordinem edicti ſecutus eſt Trib. q̃ in ff.

ut ſæpè

ut ſæpè dictum. Deinde, quia tempore Juſtin. hæc duo (in jus vocatio & editio) ſimul fiebant, cum olim editio prius, vocatio poſterius fieret. Et hinc eſt quod judicia exordium capere dicantur ab in jus vocatione. *§. omnium Inſt. de pœn. tem. litig.* Sunt autem 9. tituli ad vocationem pertinentes, quorum primus eſt hic *de in jus voc. tit. 4.* quia eſt generalis. Huic proximus eſt tit *5. ſi quis in jus voc. &c.* ubi edicta de juriſdictione fuerunt propoſita, ut indicat *l. 1. tit. 5. & l. 1. tit. 6.* quæ leges ſunt ex 1. lib. uſque ad edictum ideoq; ad juriſdictionem pertinentes, ſed Tribun. ad in jus vocationem iſta retulit, quia edicta hæc, etſi erant de juriſdictione, tamen etiam loquebantur de in jus vocando: ut ſi quis in jus vocarit ad juriſdictionem alienam. In jus autem vocatus aut ire debet aut cauſas habere, cur non veniat: ut ſi ſit vocatus ad eum, cujus juriſdictioni non eſt ſubjectus, hoc eſt ad judicem non competentem, ut hodie vulgo loquimur. Et huc pertinet titulus 5. aut ſi ipſe ſtatim non iverit cogitur fidejuſſorem dare judicio ſiſti, quo pertinet titulus ſextus. *in ius vocati ut eant, aut ſatis vel cautũ dent.* Cui adjungitur titul. *7. ne quis eum qui in jus. &c.* qui eſt poſterior, quia delictum continet vi impedientis vocatum. Huic adjungitur tit. 8. *qui ſatisd. cog.* Ratio ordinis eſt quia priores 4. tituli de in jus voc. ad eos pertinent, qui ſunt vocati & nondum venerunt: hic autem & 4. ſeqq. ſunt de iis qui jam venerunt, aut certè de iis qui ſunt parati, nec recuſant venire, ſed impediuntur, aut alioqui dilationem petunt: itaq; coguntur promittere judicio ſiſti, & aut fidejuſſorẽ dare aut jurare, quo ptinet hic tit. 8 Eodẽ quoq; ptinet tit *9. ſi ex nox. cauſ.* Nam ut tit. 8. ita & hic eſt de cautione, ſive promiſſione judicio ſiſti: ſed hic eſt de ſervo, & proinde poſterior. Servus tamẽ exhibetur potius, quã judicio ſiſtitur: quia nõ eſt perſona idonea, ſed Domin⁹ ejus nomine conventus cautionem hanc judicio ſiſti præſtat. *l. 3. ne quis eũ qui. &c.* Huic eſt proximus titulus 10. *de eo per quem fact. &c* Ratio eſt quia poſt promiſſionem judicio ſiſti, interdum fit ut per alium quis impediatur invitus: interdum ut juſta de cauſa excuſetur. Ad alium pertinet hic tit 10. qui differt à titulo 7 ſupra Nam ut iam dictum hic titulus eſt de eo quod fit poſt vocationem, ſed ille 7. ut & 5. præced. ſunt de ipſa vocatione, dum qui vocatur vi eximitur ne in ius eat: hic tit. 10. de eo qui iam vocatus, & fortaſſe pergens in ius impeditur. Ad iuſtas autem cauſas excuſationis, propter quas cautioni ſive promiſſioni iudicio ſiſti quis non obtemperat, pertinet titul. 11. *ſi quis caution. &c. & tit. 12. de feriis, &c.* Nam titulus 11. eſt generalis, h. e. pleraſq; excuſationis cauſas continet. tit 12. eſt ſpecialis. v- nam tantũ nempe ferias complectens. Hunc ſequitur titulus 13 *de Edict.* In edicto autem perpetuo alius fuit ordo. Nam cautiones iſtæ iudicio ſiſti non omnes hic initio, ſed quædam in fine ubi de cautionibus ſive ſtipulationibus prætoris poſitæ fuerunt, ut ſupra dictum. quemadmodum & hoc edictum, quo quis impeditur per alium obtemperare iudicio ſiſti inferius poſi-

tum fuit poſt edictum de his qui infam notantur, ut ſupra in edicto explicatum. Quod ad editionem attinet, iam ſupra dictum, ut contra ordinem edicti perpetui, de ea poſterius, & prius de in ius vocatione agatur. Hunc ſequitur tit. *14. de pact.* & eum tit. *15. de tranſact.* Ratio dicta eſt ſupra ad Cod. Et hæc de lib. 2. Cuius item 4. ſunt capita 1. de iuriſdictione ad quam *1. 2. & 3. tit.* de in ius voc. ad quam *tit. 4. & 8. ſeqq. 3.* de editione, ad quam *tit. 13. 4.* de pact. ad quæ *tit. 14. & ſeqq.* pertinent.

III. Liber.

Libri 3. Primum locũ obtinet tit. *de poſtulando* Ratio ad Cod. proximũ tit de his *qui not. inf.* ratio eſt, quia ſcil. cum titulo 1. dictũ ſit infames ferè prohibitos pro aliis poſtulare, rectè adiungitur hic titulus. quo qui inter infames ſint explanetur. ut ait *l. ult. in fin. de poſtul.* 3. eſt *de procurat.* Ratio ad Cod. cui adiungitur tit. *4. quod cuiuſque univerſ. &c.* ratio eſt, quia ut prior eſt generalis de omni procuratore, ita hic eſt ſpecialis, nempe de ſyndico ſeu procuratore univerſitatis. Hos tit. *de procurat.* ſequitur tit. *5. de neg. geſt.* Ratio ad edictum, cui proximus eſt tit. *1. de calumniat.* Ratio eſt quia ut priori tit. agitur de negociorũ geſtore, ita calumniator negotium facit alii in iudicio *l. 1. hoc tit.* Atque ita libri *3.* argumentũ eſt unum nempe de perſonis pro aliis litigantibus, advocatis procuratoribus. negociorum geſtoribus, quibus adiunguntur calumniatores.

IV. Liber.

Sed libri 4. duæ ſunt partes: prior de reſtitutione in integrum, poſterior de receptis quæ duobus tit. 8. & 9 ut prior I. ſeq. 6. continetur. Ratio autem ordinis hæc eſt, cur hæc pars de reſtitutionib ſit prior, & altera de receptis ſit poſterior. tam hic quam in Cod. quam etiã in edicto perpetuo hæc eſſe videtur, quia ſcil. reſtitutio in integrum ad ipſum prætorem pertinet. & interdum fit antequã lis ſuſcipiatur. Sed recepta & arbitraria iã ſunt propiora iudicis & ſimiliora, *l. 1. de recept.* ideoque ponũtur proxima iudiciis, nempe tit. ff. *de iudic.* Quia tamen arbitraria nõ ſunt verè iudicia & ſæpè per ea lites finiuntur, ut non opus venire ad iudicem rectè hic ordo tenetur, ut partes poſt in ius vocationem aut ipſæ inter ſe tranſigãt, aut prætor ipſarum controverſias dirimat, vel reſtituendo in integrum, vel cogendo arbitro, vel quod eſt graviſſimum & ultimum. dando iudice. Huius igitur libri quarti, titulus primus eſt *de in integr. reſt.* quia eſt generalis: cui ſingulæ ſpecies adiunguntur, ut titulus ſecundus *quod met. cauſa, &c.* III. tit. *de dolo* Ratio, cur prius de metu, tum quia hæc actio eſt antiquior, quã de dolo Cic. *3. offic.* tum quia gravior & proinde prætori maximè curæ fuit. IV. tit. *de minorib.* Ratio videtur, quia hæc reſtitutionis ſpecies & recentior videtur, & nõ tã iuſta cauſa niti (nimirũ ætate) ut priores, quæ nitũtur vi, metu, dolo malo.

Eſt &

Eſt & hæc ratio, quia priores duæ reſtitutionum ſpecies metus & dolus ſunt generales omnib. tàm maiorib. quã minoribus cõpetentes: hæc eſt ſpecialis, q̃ minorib. tantũ datur, ideoq; poſterior. Cui ꝓxima eſt ſpecies cap. diminutio, de qua tit. *5. de ca. min.* Nã & hęc ſpecies eſt ſpecialis h. e. tàm ad cap. minutos ſive ad emancipatos, deportatos, &c. pertinens. Merito autem & iuſta ratione prius de minoribus, quàm de capite minutis agitur: quia illorum integer eſt ſtatus, ideoque melior. Huic proximus eſt tit. *ex quib. cauſ. maior.* quo continetur 5. ſpecies reſtitutionis in integrum, nempe abſentia Reip. cauſa, qui titulus item ſpecialis eſt ad maiores pertinens. Prius autem de minoribus, poſterius de maioribus agitur hic & in Cod. credo propterea quod etiamſi abſentia hæc eſt iuſtiſſima cauſa reſtitutionis *l. 1. h. tit.* ætas tamen minor videtur iuſtior, quia ætati minori maximè favetur & ſuccurritur: deinde minor ætas natura prior eſt. Eſt & ſpecies 6. juſt⁹ error, quæ in edicto hoc in loco fuit poſita, ſed à Tribun. reiecta eſt in tractatũ de tutel. ſub tit. *quod falſo tut. & c. li. 27 infra* propterea quod ea ſpecies de tutore agat, eoque falſo qui ſe pro tutore geſſit His reſtitutionum 6. ſpecieb⁹ adiungitur tit 7. *de. alien. iud. mut. &c.* Ratio dicta ad edictum: Huic proximus eſt tit. 8. *de recept. &c* Ratio dictũ ĩ. Cui proximus eſt tit. 9. *Naut. caup. ſtab. &c.* Ratio eſt q̧ ut prior eſt de receptis arbitrorũ, ſive de arbitris ita & hic eſt de receptis nautarum &c. ita ut ꝓpter ſimilitudinẽ tantum hic tit. priori ſit adiectus cũ tamen recepta arbitrorũ à receptis cauponũ &c. multũ differant. Nam recepta arbitrorũ ſunt negocia per arbitros, eorumq; ſententia & arbitrio terminanda ſed recepta nautarum, &c. ſunt res ipſis commiſſæ. & quaſi depoſitæ, ideoque recepta nautar. &c. ſunt depoſito ſimilia: ideoque ut depoſitarius, ita & nautæ, ſi gratis receperint depoſiti teñentur.

DE II. PARTE DIGESTORUM,

V. LIBER.

ET hæc de prima parte ff. quæ dicitur τὰ πρῶτα. Huic proximè adiungitur altera pars de iudiciis *l. 2. §. ſecundus. C. de vet. iur. enucl. & §. & primi anni. verſ. poſt eorum in præf. ff.* quæ pars ſecunda continetur 11. libris. Ratio ordinis dictum eſt ſupra paulo ante initiũ edicti perpetui nempe iſta: ut expoſitis iis, quæ ante iudicia fieri ſolent, poſtea iam de ipſis iudiciis expliceturꝫ ut & in Cod. factum, & in edicto. Huius autem ſecundæ partis libri primi cum ſint 6. tantum tit. ad 2. cap. hi revocantur. 1. exponitur tit. generalis & cõmunis omnium iudiciorum tit. 1. *de iud. & ubi quis.* Deinde adiunguntur 5. tituli ſpeciales ad ſpeciem illam actionis, quæ generaliter petitio hereditatis dicitur pertinentes. Cur a. cũ iudiciorũ ſive actionũ ſpecies ſive genera ſint 2. in rẽ & perſonã *§. 1. de act.* prius agatur de actionib. in rẽ, ut hac parte 2. poſterius de actiõib. in perſonã nimirũ parte 3. & ſeqq. q̧ idẽ ordo eſt

& in Cod & fuit in edicto. Ratio eſt duplex tum quia cauſa actionum in rẽ, nempe dominium aut jus in rem ut (uſusfructus Emphyteuſis &c.) eſt potior & præſtantior, quam cauſa actionum in perſonam, nempe obligatio, quanto ſcilic. prȩſtat accidenti ſubſtantia: tum quia dominiũ ſive cauſa iſtarum eſt antiquior quam obligatio, ſive iſtarũ actionũ in perſonam cauſa. Nã tametſi dominium & obligatio utrumq; ex jure gentium cœperit & introductum eſt, *l. 5. ex hoc jure. ſupra de juſt. & jur.* tamen dominium eſt antiquius, quia obligatio eſſe non poteſt niſi inter eos, inter quos diſtincta ſuno rerum dominia. Nam ſibi ipſi & de re propria nemo obligatur. Actionum autem in rem, quia duo ſunt genera (vel ſunt generales, vel ſpeciales. *l. 1. de rei vendit. 5.* univerſales exponuntur hic *5.* tit. hoc eſt, exponuntur univerſales priore loco. Ratio eſt perſpicua, nempe propter præſtantiam Univerſitas enim præſtat rei ſingularis. Inter actiones autem quinq; univerſales primum locum tenet actio, ſive querela inofficioſi teſtamenti *tit. 2. de inofficioſo teſtamẽto.* Ratio eſt, quia hæc actio tantum eſt & pertinet ad cauſam teſtamenti: nã querela ſemper datur contra teſtamentum. Reliquæ autem univerſales ut petitio hereditatis, ut ſi pars hereditatis petatur, &c. ad cauſam etiam inteſtati pertinent; *l. 1. & 2. de pet. hered.* Jam cauſa teſtati prior eſt cauſa inteſtati, *l. quam diu. de Re jud.* Eadem eſt ratio ordinis cur poſſeſſio bonorum cõtra tabulas, quæ ſimilis eſt querelæ, prior ſit poſſeſſione bonorum ſecundum tabulas ut ſupra dictum in Edicto, *tit. 3. de pet. hered.* continetur ſecunda actio univerſalis. Ratio eſt, tum quia hæc eſt civilis, tum quia eſt de tota hereditate. cũ tertia, de qua *tit. 4 ſi pars hered. &c* ſit civilis quidam, ſed de parte quarta, de qua *tit. 5. de poſſeſſor. hered. pet.* & quinta de qua *tit. 6. de fidei commiſſ. &c.* ſint prætoriæ. Civilla autem ſunt priora prætoriis. Poſſeſſoria autem prior eſt quam fideicomiſſaria: quia eſt antiquior. Certum eſt enim bonorũ poſſeſſiones de quorum origine initio tit. Inſtit. de fideicomiſſariis hereditatibus eſſe antiquiores.

VI. Liber.

UNiverſalibus proximè ſpeciales in rem actiones adjunguntur *lib. 6. & ſeq.* & quidem *lib. 6.* III. potiſſimum. Rei vindicatio, Publiciana & ſi ager vectigal. &c Eſt & ſuperficiaria ſed utilis in rem actio, de qua *l. 73. §. ult. & 2. ſequent. de Rei vẽd.* Ratio ordinis eſt quia hæ III ſunt de dominio vel quaſi dominio hoc eſt, jure in rem ſimili dominio; quale jus eſt bonȩ fidei poſſeſſoris, & Emphyteutȩ. Inter jura autẽ in rem dominiũ eſt præſtantiſſimum, ideoq; primum de Rei vind. agitur, cujus cauſa eſt dominium. *tit. 1. de Rei vind.* Deinde de publicana: quia ejus cauſa eſt quaſi dominium *tit. 1. de public. in rem. act.* III. de act. *ſi ager vect. &c.* quia Emphyteuſis eſt dominio perſimilis: Gloſſographi vocant utile dominium, ſed non rectè.

VII. Liber.

Liber 7. eſt de uſufructu, ut lib. 6. de Rei vendic. ſive dominio vel quaſi. Nam & ex uſufructu actio in rem oritur, quæ confeſſoria & negatoria in rē dicitur. Ex ſervitute quoq; prædij actio in rem oritur eodē nomine, de qua poſterius hic agitur, nempe *lib. 8.* Ratio, cur prius de uſufructu quam de ſervitutibus prædiorum agatur, ut & in Cod. cum tamē in Inſt. contrarius ſit ordo, hæc eſt: quia uſusfructus dominio de quo lib. 6. ſit ſimilis, & longè ſimilior quam ſervitus. *l. 4. de uſufruct.* in eo ſcilicet quod uſusfructus ut dominium contineat totam rei utilitatē, ſervitus non totam ſed exiguā duntaxat. *l. 7. initio. de uſufruct.* ut & dictum ad C. Sunt autem hujus libri 7. de uſufructu titul. 9. I. *eſt de uſufruct.* quia generalis, & de natura atq; conſtitutione uſusfructus. Cui adjungitur *tit. 2. de uſufruct. adcreſc.* quia eſt ſpecialis. Nam tit. 1. exponuntur omnes modi, quibus conſtituitur uſusfructus, ut eſt pactum ſtipulatio, legatum SCm &c quibus adjungitur hic unus nempe jus adcreſcendi quo tamen modo augetur potius uſusfructus jā conſtitutus, quam de novo conſtituitur. Hunc ſequitur *tit. 3. quando dies uſusfr. leg. ced.* Ratio ordinis eſt, quia ut prior tit. ita & hic ad legatum uſumfr. pertinet. Jus enim adcreſcendi non in contractibus, ſed in teſtamentis & legatis locum habet. IV. tit. eſt *quib. mod. uſusfr. & uſus amitt.* Ratio eſt, quia priores ſunt de modis conſtituendi, hic eſt de modis amittendi uſusfructus. Huic proximus eſt tit. V. *de uſufr. ear. rer.* Ratio eſt quia hic eſt, de quo & improprio uſufr. priores 4. ſunt de vero. Propria minus proprijs ſunt priora ut præſtantiora & antiquiora. Huic eſt *tit. 6. ſi uſufr. pet.* qui titul. eſt de actione cōfeſſoria & negatoria uſusfruct⁹. Ratio ordinis eſt, quia actio eſt effectus, uſusfr. eſt cauſa. At cauſa prior eſt effectu, ita & infra ſæpè. Huic adjungitur *tit. 7. de op. ſerv.* quia operæ ſervorum ſunt uſusfructus hominis, hoc eſt ſervi, *l. 4. d. tit.* Proximus eſt *tit. de uſu & habit.* Ratio eſt quia uſus eſt fructui ſimilimus, ſed minus tamen juris continet quam uſusfructus, ideoq; poſterior. tit. 9. & ultimus hujus libri eſt *uſufr. quemadmodum cav.* ſive de cautione & ſtipulatione fructuaria. quę in Edicto non hic ſed ultimo loco fuit poſita, ut ſupra dictum, ſed à Tribū. huc relata, quia ad uſumfructum pertineat. Eſt autem hic tit. inter titulos de uſufructu ultimus, tum propter exemplō Edicti, tum quia cautiones ſunt acceſſorię, & proinde poſteriores. Eſt igitur hic liber 7 de uſufructu & aliis ei ſimilibus, ut ſunt operæ, uſus, & habitatio.

VIII. Liber.

Libri 8. argumentum eſt de ſervitutibus prædiorum; continetq; 6. tit. Ratio ordinis lib. 7. ſupra dictum: Titul. 1. *de ſervit.* eſt generalis, quem duæ ſpecies ſervitutum ſequuntur, nempe *tit. 2. de ſerv. urb. præd.* & *tit. 3. de ruſt. præd.* Ratio, quia urbana præferuntur Ruſticis. Proximus eſt *tit. 4.*

communia præd.&c. ratio eſt, quia propria prius, communia poſterius collocantur, ut jam ſæpè dictum, ut tit. Cod. *communia utriuſq; jud.* Hunc ſequitur *tit.5.ſi ſerv.vind.* qui eſt de actione confeſſoria & negatoria: prius enim de cauſa, hoc eſt de ipſa ſervitute. poſterius de actione, ut de effectu explicatur. Quem ſequitur *tit.6.quemadmodum ſerv.amitt.* Ratio eſt perſpicua, quia priores tit. ſunt de modis conſtituendæ ſervitutis, hic eſt de modis amittendæ.

IX. LIBER.

LIber 9 Actiones de damno continet ut actio *ſi quadr.&c.* ut act leg. Aquil. item, de effuſis ac dejectis, & actiones noxales. Ratio ordinis, cur ſcilicet hę actiones priorib. in rem, (cũ tamen hæ ſint in perſonã) adjũgantur proxime, eſt, quia ut actio in rem domino datur: ita & iſtæ pleræq; dantur domino & contra dominũ *l.1.§.ult.ſi quad. paup.fec.dic.l.11.itẽ Mela. §.legis.& l.43.ob id.ad leg.Aquil.* Sunt autem hujus 9 libri 4.tit., quorum primo continetur, *ſi quadrup.&c.* Ratio quia hęc actio utpote ex l.12 tab. inducta, *l.1.hoc tit.* reliquis actionib. hujus li. eſt antiquior, *tit.2.ad l.Aqu l.* eſt, hac ratione, quia ut prior, ita & iſta actio eſt ex certa lege, quam ſequitur actio de effuſis & actio depoſitis ſive dejectis. *tit.3. de his qui effuder.* quæ ſunt non ex lege, ſed ex Edicto, ideoq; poſteriores: imò in Edicto perpetuo non hoc loco ſtatim poſt leg. Aquil. ſed paulò inferius, ubi de ſervo corrupto poſitę fuerunt, ut ſupra dictũ. Eò quod effuſio corrumpit quoq; veſtimenta &c. *l.1. §.hac autem verba.d. tit.3.* A Tribun autem hæ actiones de effuſis & de poſitis priorem in locum ſunt relatæ, ſtatim poſt actionem legis Aquilię hac ratione, quia effuſio & dejectio non tantũ corrumpit, ſed etiam lædit, & variè dãnum adfert. Sed lex Aquilia multos modos damni, hæc tantum effuſionẽ dejectionem & caſum, hoc eſt certos quoſdã modos ſpeciales continet. Hũc tit. ſequitur *tit. 4. de nox. act.* Nam & hic ad damnum pertinet ex ſervorum delicto datum alteri. Ideo autem inter actiones de damno poſtremum locũ tenent noxales, quia ſunt tantum acceſſoriæ, & velut adjectiones aliarum actionum, cum illæ ſint principales.

X. LIBER.

LIber 10. eſt de actionibus duplicib. ſive mixtis, ut in *§. quædam actiones de act* & de actione ad exhibendum illi perſimili. Nam quatuor tantum tit. hic liber continet. Ratio ordinis eſt, quia & hæ actiones prioribus in rem ſunt ſimiles: ſunt enim mixtæ, hoc eſt partim in rem, partim in perſonam, *d. §. quædam.* quarum prima hic ponitur actio finium regundorũ *tit.1.finium regundorum.* quæ tamen in C. eſt ultima. Ratio differentiæ eſt q a in C. ratio habita fuit rerum, de quibus eſt hæc actio, quæ ſunt prædia ruſtica, *l.2.hoc titulo.* Ruſtica autem urbanis ſunt poſteriora. Eſt & altera ratio C. quia hæc actio eſt ſpecialis tantum ad agros pertinens, cum reliquæ duæ mixtæ,

mixtæ, familiæ erciſcundæ & communi dividundo tàm ad urbana quàm ad ruſtica, imo etiam ad res mobiles pertineant. *l. 4. famil. erciſc.* Hic autem in ff. habita fuit ratio ſimilitudinis cum actionib. in rem. Eſtenim hæc illis in eo perſimilis, quæ fit pro vindicatione rei, ut ait *l. 1. hic* & cohæret controverſiæ proprietatis, ut ait *l. 3. C. eod.* Hac enim actione res petitur & vindicatur, ut actione in rem; cum reliquis non tàm vindicetur, quàm diviſio petatur. 2. tit. eſt *fam. erciſc.* & 3. *communi divid.* cui adjungitur *tit. 4. ad exhib.* quæ tamẽ actio & in Edicto perpetuo & in C. paulò inferius poſita eſt. quia ſcilicet cũ ſit in perſonam, ſed tamen vindicantibus ſerviens, & propter eos introducta, *l. 1. & 3. §. eſt autem hic tit.* rectè ibi poſita eſt, ferè in fine, ſive potius in cõfinio actionum in perſonam, ſed hic priorem in locum relata eſt, hac de cauſa, quia ſit quodammodo mixta, ut priores. Nam tametſi propriè eſt in perſonam, *d. §. eſt autem,* maximè tamen propter vindicationem inducta eſt.

XI. LIBER.

Libri 11. ſunt 8. tit. & 3. ferè partes. I. De interrogationibus *tit. 1. & 2.* II. Pars de quibuſdam delictis. III. De religioſis. *titul. 7. & ult.* Ratio ordinis autem eſt, quia & hic liber 11. affinitatem habet cum actionibus in rẽ, ut mox intelligetur. Nam 1. titul. eſt *de interrogationib. in jure faciendis, &c.* quia harum interrogationum uſus eſt in actionibus in rem. & maximè inter heredes, ubi de hereditate. Quæ ratio quoque eſt, cur hic titul. ſit primus, & vicinus actioni familiæ erciſcundæ. Ad quem titul. 1. pertinet quoque *tit. 2. de quib. reb. ad eund. judic.* Nam & hic tit. pertinet ad actionem familiæ erciſcundæ, imò etiam ad reliquas duas mixtas actiones. *l. 1. hoc tit.* IV. *eſt de ſervo corrupto.* Ratio eſt, quia hæc actio datur dominio ſervi ab alio corrupti, quemadmodum & rei vindicat datur domino. *l. 23. in rem. de Rei vend.* Ratio autem cur in poſteriorem locum ut & ſequent. ſunt rejectæ, eſt, quia delicta continent. Ex quibus delicta continentibus hæc ſervi corrupti actio eſt prima: quia generalis eſt, hoc eſt, omnes ſervi corruptelas continẽs. Cui adjungitur *titulus 4. de fugitivis*, quo una tantum ſpecies delicti, & corrupti ſervi, nempe fuga continetur. Huic adjungitur *titulus 5. de aleatorib.* tũ quia & hoc eſt vicinum ſervi, tum quia ut priore titulo de fugitivis coërcentur receptatores fugitivorum, ita & hoc tit. coercentur receptatores aleatorũ, quod alioqui aleatoris vitium ſive delictum eſt commune liberorum & ſervorum. Cui tit. proximus eſt *tit. 6. ſi menſ. falſ. mod.* Huic proximus *tit. 7. de religioſ.* Ratio eſt, quia & hæc actio datur domino. aut ſaltem jus aliquod in rẽ habenti ut uſumfructum. ut ſervitutem, *l. 8. oſſa §. in hac autem hoc tit.* Ideoque eſt ſimilis actionib. in rem, quæ dantur habẽti dominiũ. aut jus aliquod in rem, ut ſupra dictũ. Cur a. in tractatu de actionib. in rẽ hæc actio ſit ultima, ſive ultimũ in locum rejecta, tam hic, quam in Cod. quam in ipſo Edicto ratio hæc.

ratio hęc eſt: tum quia actiones priores ſunt de reb. humanis & privatis hęc eſt de religioſis, ſive loco religioſo, hoc eſt, ſepulchro. & altera de ſumptu in funus facto: quæ dicitur funeraria. Sunt enim hic plures actiones ad funus & ſepulchra pertinentes, quæ merito ſunt diſtinctæ à priorib. & ſunt poſteriores, quia ſunt recentiores & prætoriæ, tum quia ad mortem pertinent, & ad finem hominis; tum deniq; quia hæ, ut jam dictum ſint de rebus religioſis Et in Edicto tantum de rebus humanis agatur. rectè pretor eas ut ab Edicto ſuo alienas in ultimum locum rejecit, quemadmodum & in Cod Theodoſ. de rebus ſacris, ut de Epiſcopis Eccleſiis &c. ultimo libro agitur. Huic adjungitur *tit. 8. de mortuo infer. &c.* quo 2. interdicta continentur, quæ in Edicto perpetuo fuerunt poſita, eo in loco ubi de interdictis, ut ſupra dictũ, ſed à Tribun. hic collocata, propter ſimilitudinem cum priore titulo.

III. PARS PANDECTARUM.

Liber XII.

LIber 12. qui eſt initium tertiæ partis Digeſt continet 8 tit. Eſt autem diſſenſio inter recentiores, de 1 titulo, qui eſt *de reb. cred* ut & de titulo ſecũdæ partis, *de judiciis, &c.* ſint ne hi duo tit. generales, an ſpeciales. Nã pleriq; dicunt generales, veteres & recentes. Hotoman. *in Comment. ſive Paratit. ad hunc titulum*, Cont. *lib. 1. Diſp. 4.* Donell. latiſſimè *in Comment. hic*, & ante eos Alciat. *hic*, Anton Auguſt. contra *lib. 3. emend. cap. ult.* Cujac. *lib. 7. obſ. cap. 32.* putant eſſe ſpeciales, hoc eſt non contineri, ut titulus *de jud* totam ſecundam partem ff. & ſub *titul. de reb. cred.* totam tertiam partem ff. ut illi putant, ſed tantum ea, quæ legibus ſub eo poſitis adferuntur. Rationes utrinque adferunt: Ut quod ſint generales ad totam partem pertinentes, hæc præcipuè adfertur: quia pars ſecunda dicatur de judiciis pars tertia de rebus creditis. *l 2. § ſecundus. C. de jur. vet. enucl. & in præfat. ff. §. in ſecundo.* ſed facilis eſt reſponſio quod aliud ſit de rebus, aliud de rebus creditis. Verũ eſt tertiam partem dici de rebus ſed titulus dicitur de rebus creditis. Alioqui ſi hæc verba de rebus creditis ad totam tertiam partem pertinerent, ponenda fuerunt paulò antè in hunc modũ: *Digeſtorum pars tertia de rebus creditis*, & poſtea: Liber 12. & tandem: *ſi certum petatur*. Idemq; initio partis ſecundæ fuerat faciẽdum Ex quo intelligitur hæc verba de reb. creditis & de judiciis non ad ipſam partem ſed ad tit pertinere, ex quib tamen verbis partes ipſæ appellationem ſumſerunt. ut ſecunda de judiciis, tertia de rebus diceretur, quemadmodum ſupra ad Cod. explicatum Hoc autem lib 12. Condictiones continet: quarum prior eſt Cõdictio certi, de qua ſub hoc *tit. 1. de reb. cred.* quia hęc condictio eſt generalis hoc eſt datur vel competit ex omni cauſa ſive obligatione & contractu certo. *l. 9. certi hoc titulo.* Eſt & altera

ratio, cur

ratio, cur hic titulus ſit primus, quia ſub hoc titulo, tanquam generali plures contractus à prætore propoſiti fuerunt in Edicto, ut ſupradictum ad C. & Edictum perpetuum & ait *l.1.hujus tit.* Cui adjungitur titul.2.*de jurejur.* quia primus eſt de mutuo potiſſimum, uſus autem jurisjurandi maximè eſt in mutuo, quia plerunq; mutuum datur ſine teſtibus aut inſtrumentis. Et hinc eſt quod Laberius Poëta apud Agell. *16.c.7.in fin. quid eſt*, inquit, *jusjurandum? emplaſtrum æris alieni*, hoc eſt, mutui, ut Cujac. *in Parat. hic.* admonet. In C. tamen prius de jurejurando poſterius de actione ſi certum petatur. Ratio ibi dicta & hæc fortaſſis eſt, quod Tribun. nihil intereſſe putaverit, uter priore loco ponatur, eò quod in Edicto & libris Jurisconſultorũ eodem titulo de his fuerit actum. & quia in Cod alius titulus *de ſuffragio*, rectius adjungatur tit. *ſi cert. pet.* Huic autem tit. *de jurejur.* propter ſimilitudinem adjungitur tit.3 *de in lit. jur.* quem ſequitur tit.4 *de cond. cauſa data, &c.* Ratio ordinis ut intelligatur, *ſciendum eſt 8. eſſe conditiones, quæ hic ordine explicantur.* I eſt condictio certi de qua tit.1. ſupra, quæ eſt generalis, ut ibi dictum quam nunc ſequuntur 7. ſpeciales, quorum hæc condictio cauſa data &c. priori proximum tenet locum, hac ratione, quia cum hæ condictiones vel ſint ex cauſa, vel ſint ſine cauſa proponũtur cõdictiones ex cauſa, ut primæ nempe condictioni certi ſimiliores, quæ condictio certi ex omni cauſa eſt, ut ait *l.9 ſupra de reb. cred.* Eſt igitur ſecunda ex juſta & honeſta cauſa, ſed non ſecuta. Cui adjungitur tit.5. *de cond. ob turp. cauſ.* quia honeſta & juſta cauſa eſt potior turpi & injuſta. Hunc ſequitur tit. 6. *de cond. indeb.* quia hæc eſt quidem ex cauſa ſed falſa & putativa: cum priores ſint ex vera. Verum autem falſo rectè præponitur. In Codic. tamen contrarius eſt ordo, & poſt cõdictionem certi, ſtatim ponitur cõdictio indebiti, quia ea valdè ſimilis eſt condictioni certi, ut & in Inſtit. *quib. mod. re contrah. &c.* initium eſt de condictione certi, §. *proximus, de condictione indeb.* Unde Cujac. *lib.8.cap. 34* hanc condictionem vocat ex promutuo, illam ex mutuo & rectè ſed priorem ex promutuo, non rectè. Titulus 7. & ultimus hujus libri duodecimi eſt. *de condictio ſine cauſa.* Ratio ordinis. quia priores tituli ſunt de condictione ex cauſa quibus rectè nunc adjungitur condictio ſine cauſa. Eſt & altera ratio, quia hæc condictio cum tribus proximis concurrit. Nam etſi 3. proximæ ſunt ex cauſa, tamen quo ad effectum ſunt ſine cauſa. Nam earum prima eſt ex cauſa, ſed non ſecuta, hoc eſt, ad effectum perducta, & ita recidit ad non cauſam. II. Eſt ex cauſa turpi & injuſta, quæ in jure pro nulla & non cauſa habetur *l.1.§.1.l.6.inf. de do. inter vir. & ux.* III Eſt ex falſa cauſa, & pinde valet ex nulla. Rectè igitur, ubi illæ datur, ibi & hæc dãtur *dd.ll. & l.4.hic.*

XIII. Liber.

Liber 13. ad tres partes revocari poteſt I. Condictiones quædam ſingulares continentur. II. Duæ actiones prætoriæ, eæque velut acceſſoriæ.

III. Actiones duæ ex obligatione, quæ re fit. Continet autem titulos 7. quorum primus eſt *de condictione furtiva.* Ratio, quia hæc condictio delictum continet ſive ex delicto, hoc eſt, furto oritur, ideoque in poſteriorem locum rejicitur. Singularem autem eam voco, quia cum nemo rem ſuam condicat hæc ſola condictio excipitur, qua ſcilicet à fure rem ſuam quis cōdicit, *§. itaque, verſ. plane odio, de act.* Hunc ſequitur titul 2. *de cond. ex leg.* quæ quidem nihil habet propriè ſingulare, niſi quod datur in ſubſidium, hoc eſt cum aliæ nullæ competunt, hæc velut ſubſidiaria datur, ex lege tamen, ideoque meritò in ultimum locum eſt rejecta & hic in Cod. Et tamen adjungitur alia tit. 3. *de condict. tritic.* Rationem hanc eſſe puto, quod & hæc habeat aliquid ſingulare, & planè diſtinctum à prioribus omnibus. Nam priores omnes, etiam de pecunia numerata dantur, hæc ſola non datur, *l. 1. hic.* Alioqui, hoc eſt, hoc ſolo excepto, hæc condictio ultima primæ valdè ſimilis eſt. His condictionibus adjunguntur duæ actiones prætoriæ: quia ut condictiones pleræque ſunt ex naturali æquitate, (ut condictio ex cauſa data & 4. ſeqq.) ita & hæ duæ actiones ex naturali potius, quam civili æquitate oriuntur, *l. 1. in verb. ſed quia injuſtum, hoc tit. de eo quod certo loco.* Earum prior eſt actio arbitraria, de eo quod certo loco, *tit. 4.* Rationem ordinis reddunt Cujacius Hotoman. & alij quia actio hæc ſimilis condictioni proximę triticiariæ in eo quod utraque ſit arbitraria. Sed nulla ratio eſt, nulla quoq; lex, qua confirmari poſſit eam condictionem eſſe arbitrariam ſed verius videtur, eſſe ſtrictam, ut ſunt aliæ condictiones, maximè condictio certi, cui hæc eſt ſimilis, ut modo dictum. Quare alia ratio ordinis hæc eſſe videtur, quod in utrâque ad æſtimationem ſæpè decurrendum ſit, *l. 3. & 4. de condict. trit. l. 3. l. 8. centum, hoc tit.* Quem ſequitur tit. 5. *de conſtit. pecun.* Ratio eſt, quia prior actio ad ſtipulationem pertinet hæc ad pactum, *l. 1. titul. 4. & l. 1. tit. 5.* Stipulatio autem pacto eſt efficacior. Adhuc dictum eſt de una actione obligationis, quæ re fit, nempe de condictione certi, quæ & ex mutuo datur, quamvis & indebitum interdum dicatur contractus re: cum tamen ſit potius diſtractus, vel quaſi contractus *§. item is, de obligat. ex quaſi contr. §. 1. de oblig. quæ re contrah.* Altera autem ſpecies contractus, qui re, eſt commodatum, ex quo actio commodati, de qua nunc rectè eſt tit. 6. *commodatum vel contra,* quia commodatum eſt mutuo ſimile, *§. 2. Inſtit. de oblig. quæ re.* Hunc ſequitur titul. 7. *de pignorat. act.* quia pignus & depoſitum etiam eſt ſpecies contractus, qui re. Reſtat quarta ſpecies, nempe depoſitum, de quo inferius *lib. 16. tit. 3.* In Inſtit. tamen depoſitum præponitur pignori, *§. pen. & ult. quib. mod. re contrah. oblig.* Ratio ſ. eſt ſimilitudo commodati & pignoris in eo, quod ut commodator utitur accipiens: ita & pignore interdum utitur accipiens creditor, ſed hoc pignus dicitur propriè antichreſis, *l. ſi pecuniam, d. tit.* Et hinc eſt quod in Edicto perpetuo ſub titul. *de reb. cred.* de his quoque duobus pignore & commodato edixerit prætor, *l. 1. §. 1. in fin. ſupra de reb. cred.*

Rectè

Rectè igitur hunc edicti ordinem Tribun. quemadmodum & Paul. *lib. 2. ſent. cap. 4. & 5.* ſecutus eſt tam in Cod. quam in ff. ſed in Inſtit. depoſitum fuit præpoſitum pignori, propter faciliorem cauſam, de qua ibidem.

XIV. Liber.

Liber 14. & 15. pertinent ad contractus non noſtros propriè, ſed ad eorum contractus, qui noſtræ ſunt poteſtatis, *l. 1. inf. de pecul.* Videbatur ratio ordinis poſtulare, ut cum ſint quinque contractus, qui re fiunt, & eorum quatuor jam expoſitis, nempe mutuo, indebito, commodato & pignore, reſtet quintus, depoſitum, ut de eo ageretur, de quo tamen, neque *lib. 14.* neque 15 ſed demum *lib. 16.* agitur interjectis ſive ei præpoſitis his contractibus alienis. Ratio autem, cur alienas has actiones, hoc eſt, non ex noſtris contractibus ortas, prætor interpoſuerit (nam & in Edicto idem eſt ordo, qui & in Cod. & hic in ff. *lib. 2. ſent. tit. 6. & ſeqq.*) hæc eſt: tum quia hæ actiones exercitoria. inſtitoria & tributoria, de iiſdem ferè rebus agunt, de quibus priores, nempe de pecunia de quantitate, aut certè de re mobili, ut commodatum & pignus (nam de mercibus ferè iſtæ agunt, *leg. 4. & 5. §. non tamen, & ſeqq. l. 13. l. 19. de inſt. act.* Mercium autem appellatio propriè ad quantitates, ut vinum, frumentum, &c. in quibus, & mutuum conſiſtit pertinet, *l. 1. § 1. de tribut. act. l. 66. & 207. de ver. ſig.*) tum quia, ut pleræque condictiones, ſive cauſa. &c. oriuntur ex æquo & bono, ſive cauſa & æquitate naturali non vero ex civili, *l. 66.* Hæc condictio, *de condit. indeb.* Ita & iſtæ actiones ex contractu aliorum oriuntur ex naturali quadam æquitate, *l. 1. de exercit. act. l. 1. de tribut. act.* ideoque & prætoriæ ſunt Nam ut ſæpè dictum, prætor naturalem æquitatem intuetur. Sunt autem ex contractibus aliorum, iſtæ actiones ſex, quarum 3. hoc libro 14. explicātur, quia ſunt in ſolidum licet tertia, nempe tributoria non ſemper ſit in ſolidum. At ordinarium & rationi conſentaneum eſt, ut ſolidum ſive totum parti præponatur, ut petitio hereditatis totius petitioni partis, quæ ratio ab ipſo Ulpiano indicatur, *in leg. 1. de pecul.* Hujus igitur libri 14. titulus primus eſt, *de exercit. act.* Ratio videtur hæc eſſe, quia hujus actionis æquiſſima ſit cauſa, ſive æquior quam ſit inſtitoriæ. Cur ſit æquior. expoſuit Ulpianus. *l. 1. h.* major, inquit, neceſſitas eſt, cum magiſtro contrahendi, quam cum inſtitore quippe res patitur, ut de condictione inſtitoris quis diſpiciat, & ſic contrahat: In navis magiſtro non item. Nam interdum locus aut tempus non patitur ulterius deliberandi conſilium: quaſi dicat in exercitoria ſæpè coguntur contrahere, nec habent tempus diſpiciendi, & deliberandi: in inſtitoria habent Ergo in illa eſt æquius nobis ſuccurri quam hic. Cui adjungitur tit 2. *de l. Rhodia, de Jact.* Ratio hæc eſt quia hæc lex pertinet ad mare, & nauticam rem, ut & actio exercitoria ad nauticos contractus.

Hunc ſequitur tit. 3. *de inſtit. act.* Ratio ordinis eſt, quia ut exercitoria eſt ex contractu cum præpoſito navis, hoc eſt magiſtro, quem præpoſuit exercitor ſive Dominus: ita & hæc eſt ex præpoſiti tabernæ contractu, hoc eſt, inſtitoris, quem Dominus præpoſuit. Et hæc eſt ratio, quia utraque eſt in ſolidum ſemper. Proximus eſt titulus 4. *de trib. act.* tum quia & hæc pertinet ad negotia, ad merces, ut inſtitoria, tum quia hæc etiam eſt in ſolidum, ſed non ſemper. Pro rata enim portione plerunque datur, *§. introduxit, & §. ex quoque, quod cum eo, qui in al. &c.* Hunc ſequitur tit. 5. *quod cum eo, &c.* qui titulus, etſi generalis eſt, & non tantum ſeqq. ſed etiam priores actiones complectitur, ut in Inſtit. ſub hoc titulo omnes actiones iſtæ collocantur: propriè tamen & rectius ad ſeqq tres tantum pertinet. quia priores, ut exercitoria, &c naſcuntur ex contractu, non tantum eorum, qui ſunt in aliena poteſtate ſed etiam eorum, qui ſunt liberi, à nobis præpoſiti tabernæ, vel navi: ſed ſeqq. ut de peculio. &c. tantum ſunt ex negotio ſive contractu eorum, qui ſunt noſtræ poteſtatis, ut liberorum ut ſervorum noſtrorum. ut bona fide nobis ſervientium. Quæ item ratio eſſe poteſt, cur illæ ſint priores quia ſunt ſæpè cum liberis hominibus. cum iſtæ ſeqq. ſint cum ſervis & alienæ poteſtatis hominibus. Etſi igitur hic titul. 5. *ad 3. ſeqq. act.* de quibus *lib. ſequent.* pertinet tamen ſub eo ſpecialis quædam actio ab illis tribus diſtincta continetur, & illis tribus præponitur, quæ eſt actio ex contractu filiifamil. facto ſcilicet eo tempore quo erat filiusfam ſed in eum cum jam non eſt amplius filiusf. ſed eſt factus ſui juris aut emancipatione. aut morte patris. Quam actionem reliquis præpoſuit Tribun quia habet ſimilitudinem cum prioribus. quæ ſunt ex noſtro contractu, ut ſunt commodati ex mutuo, &c. Nam hæc datur contra eum, qui contraxit ipſe, ſed quia contraxit filiusfamil. & datur contra ipſum jam patremfam. ex antegeſto, videtur non dari contra eundem: Nam ut ſervus poſt manumiſſionem. videtur alius homo: & filius quoque poſt emancipationem alius videtur. *l. 10. infra de opt. leg. l. 27. de adim. leg.* Huic autem titulo rectè adjungitur titul. *de Senatuſconſ. Maced.* ex quo mutuo non tenetur ipſe, neque pater.

XV. Liber.

Libro 15. reliquæ tres ex alieno contractu exponuntur. Ratio ordinis dicta ſupr. 1. titulus eſt *de peculio*, quia hæc actio eſt quodammodo principalis. Nam proxima actio de in rem verſo, eſt acceſſionis de peculio, acceſſio ſive adjectio, & quaſi ſubſidiaria, quæ tum demum datur, ſi non ſit actio de peculio, titulus 2. *quando de pecul. actio, &c.* eſt quaſi pars tituli primi & ad eandem actionem de peculio pertinet. Nam actio de peculio eſt perpetua. manente peculio, ut & aliæ actiones in perſonam, *initio Inſtit. de perp. & temp. &c.* Exſtincto autem peculio eſt annalis, ut hoc titulo 2. quem jam ſequitur

ſequitur tit.3. *de in rem verſo*, de quo jam dictum. Et hunc titul.4 *quod juſſu*, quæ actio quod juſſu inter hos ſex ex alieno contractu hic ultimo ponitur, & in Inſtitu. *quod cum eo, &c.* primo: Ratio differentiæ ſive Inſtitut quidem hæc eſt: tum quia illæ exercitoria & inſtitoria ita & hæc, quod juſſu eſt in ſolidum, cum de peculio & de in rem verſo non ſint in ſolidum: tum quia hęc actio non videtur ex alieno, ſed ex noſtro contractu naſci: Nam quaſi cōtrahit cum eo, qui jubet, qui cum ſervo ejus cui juſſum eſt, contrahit. Ratio autem ff eſt: tum quia hæc actio tātum eſt cum ſervo aut cum filiofam. Nam juſſus eſt in eos, qui ſunt in poteſtate noſtra: mandatum in liberos, ſive in eos, qui non ſunt noſtræ poteſtatis.

Itaq; hæc actio, *quod iuſſu*. duabus proximis *de peculio. & de in rem verſo*, eſt ſimilis. Nam tres iſtæ actiones ſunt ex negotio, quod cum eo, qui in aliena poteſtate geſtum fuerit: at illæ: exercitoria & inſtitoria, ſunt non tantum ex contractu ſervorum, & filiorumf ſed etiam ex liberorum: tum quia hæc actio rarior eſt, quam duæ proximæ: Nam hæc non oritur, niſi juſſus Domini aut patris præceſſerit: quæ proximæ ſine juſſu, & quandocunque ſervi aut filijfam. contraxerint, quod certè ſæpius fit.

XVI. Liber.

Liber 16. tres tantum titulos continet, quorum I. eſt *ad Senatuſconſul. Velleian*. Ratio ordinis eſt propter ſimilitudinem cum Senatuſconſ. Maced. Ea quoque cauſa eſt cur in Cod lib.4 tit.28. eſt. *ad Maced.* & titu 29. *ad Velleian*. Similitudo in eo eſt quod in utroque Senatuſconſulto tollitur ſive impeditur actio ex pecunia mutuo data, *in l.1. in verb. qui filiofam. mutuam pecuniam dediſſet, ad Maced. leg. ● in verb. quod ad fidejuſſiones & mutui dationes pro quib. interceſſerunt fœminæ, pertinet, &c. ad Velleian* Sed in ff nō ſtatim poſt Maced agitur de Vellejano, quia ibi oēs actiones ex contractibus alienis, ut filiorumfamil. ad quos pertinet Macedon. ac ſervorum, ordine ac deinceps propoſitæ ſunt. Vellejanum autem non eſt de illis, qui ſunt in aliena poteſtate, ſive filijsfam. & ſervis, ſed eſt de fœminis: ideoque rectè poſt illas actiones demum de Senatuſconſulto hoc ſeparatim eſt actum, non tamen nimis longè à titulo ad Macedon. II. Tit. eſt *de compenſat.* Ratio ordinis eſt, quia ut Vellejano impeditur actio & exactio ejus, quod mulieri creditum eſt, & ejus, quod mulier interceſſit pro alio, ita & compenſatione tollitur actio, & tollitur exactio ejus pecuniæ, quæ nobis debetur. Et rectè hic tit. 2. *de cōpenſationibus*, præponitur titulo *depoſiti* quia compenſatio in depoſito locum non habet, ſed plerunq; habet locum in contractibus proximè explicatis, ut in pecunia credita, ſive mutuo data, quamvis etiam in omnibus contractib. & delictis, ſive maleficijs ſi pecuniariæ agatur, locum habet compenſatio, *l. 10. ſi ammo. §. quoties, hoc tit. l. pen. C. depoſ.*

Tertius titulus eſt *depoſ. vel cert.* Ratio ordinis eſt quia hactenus omnes

actiones ex contractibus, qui re fiunt, ut ſi certum petatur, ex mutuo conditio indebiti, actio commodati, & actio pignoris ſunt propoſitæ, reſtabat una quæ eſt actio depoſiti quæ actio, cur hic & in Codic. ſit ultima earum, quæ oriuntur ex contractibus, qui re fiunt ratio ſatis ex prioribus intelligitur, nimirum, quia illæ quatuor majorem ſimilitudinem inter ſe habeant. Eſt & hæc ratio, quod actio depoſiti quædam eſt ex delicto in duplum. *leg. 1. §. 1. hoc titul §. plane, Inſt. t. de act.* Delicta autem in poſteriorem locum rejici ſolent.

XVII. Liber.

Liber 17. duos contractus, mandatum & ſocietatem continet & actiones ex iјs orientes. Ratio ordinis eſt, quia cum actiones in perſonam, oriantur ex quatuor contractibus, ſive contractuum generibus, re. verbis & literis, & conſenſu: Verborum autem obligatio ſit ſtipulatio, vel contractus acceſſorius, ad alios confirmandos inductus, vt ſupra dictum in fine edicti perpetui. Et literarum contractus antiquus non ſit amplius in uſu & novus non tam ſit ſpecies nova contractus quam nova ſpecies mutui (qui novus contractus literarum Juriſconſultis ex quorum ſcriptis ff. ſunt compoſitæ, eſt ignotus, *inst. Inſt. de lib. obl. g.*) meritò jam explicatis contractibus. qui re fiunt, ſequitur, ut contractus, qui conſenſu explicentur. Nam ut modò dictum, contractus literarum vetus non eſt amplius in uſu & contractus verborum non eſt principalis, ut qui re & conſenſu. ſed eſt acceſſorius, ideoque in fine rejectus, ut acceſſio ſequitur principale. Contractus autem, qui conſenſu fiunt, ſunt quatuor, quorum primus hic ponitur contractus & actio mandati, *h. c tit. 1. hic Mandati vel contra.* & ſecundus *tit. 2. pro ſoc.* ſocietas. Ratio ordinis eſt, quia ut depoſitum, de quo ſupra tit. proximo: ita & mãdatum eſt gratuitum, *§. ult de mand.* Cui, ut dictum, proxima eſt ſocietas, qui ut mãdatum ferè inter amicos & notos contrahi ſolet, ita & ſocietas, & quædam quaſi ſocietas, *l. 63. verum eſt. ff. pro ſoc.*

XVIII. Liber.

Liber 18 continet ſeptem titulos ad emptionem pertinentes. Ratio ordinis eſt, quia cum duo reſtent contractus conſenſu, emptio & locatio, rectè prius de emptione agitur Ratio dicta in Inſtitut tum etiam quia ut ſocietate, de qua proximè, communicatur dominium rerum communium ita & in emptione, ſi venditor eſt dominus, tranſit dominium in emptorem, *leg. 30. infra de act. empt. §. venditæ, de rer. diviſ.* At locatione non mutuatur dominium, *l. non ſolet, 39. infra loc.* Et hinc eſt quoq; quod locatio dicitur proxima emptioni, *l. 2. infra loc.* Hujus autem libri titul. 1. eſt *de contrah. empt. &c.* quia hic titulus eſt generalis continens generalia præcepta & regulas de pretio, de origine, de conſenſu, de rebus, de pactis, &c. Cui adjungitur tit. *2. de in diem*

diem addict. Ratio ordinis eſt, quia ſub titulo generali, poſtquam etiam de pactis emptionis generaliter eſt actum adjunguntur hic duo pacta ſpecialia reliquis notiora, & in emptionibus frequentiora, unum eſt addictionis in diem, de quo hic, alterum commiſſorum, de quo titul. 3. *inf. de leg. commiſſ.* Ratio, cur prius de in diem addictione, videtur hæc eſſe, tum quia lex ſive pactum commiſſorium, etiam diem in ſe continet atque ita velut ſpecies aut pars, eatenus videri poteſt ejus pacti addictionis: tum quia pactum addictionis ad conſtitutionem ſive principium contractus & pretii conventionē, lex commiſſoria ad perfectionem contractus, nempe ſolutionem pretii pertinet, *l. 1. hic & l. 2. tit. prox. de leg commiſſ.* Cui adjungitur titul. 4. *de hered. vel act. ven.* Ratio ordinis eſt, quia ut titulo generali agitur de pactis generaliter, quem ſequuntur duo pacta ſpecialia, ut jam dictum, ita eodem titulo agitur de rebus, quæ venire poſſunt, aut non poſſunt ut ait ipſe tit. *quæ res, &c.* Jam ſequitur res quædam, in qua ſpeciale jus eſt, nempe hereditas & actio, quæ interdum venduntur, & de hac ſpeciali venditione hereditatis & actionis hic agitur *tit. 4.* Cui proximus eſt tit 5. *de reſc. vend.* Ratio ordinis, quia hactenus de conſtituenda, nunc de tollenda ſive reſcindenda venditione. Contractus n. diſtractu eſt prior. Hinc ſequitur tit. 6. *de peric. & commodo rei vendit.* Ratio ordinis dicta ad C. ultimus huius libri titul. eſt, *de ſervis exportand. &c.* tum quia hic titulus eſt de ſervis, tum quia pactum odioſum continet, ut prior tit. 6. agit de periculo, quod item eſt odioſum. At odioſa, ut & delicta in poſteriore locum rejiciuntur, ut & ſervitia.

XIX. Liber.

Liber 19. continet 5. titulos, & eſt de quibuſdam actionibus, empti ſcilic. locati & ſimilibus. Illud hic obſervandum quod & alias dictum in Inſtitut. genera Tyronum juris nulla explicari diſtinctè, quæ & in ff. conjũctim explicantur: ut in Inſti diſtinctè de legatis & fideicommiſſis, diſtinctè de cõtractibus & de actionibus ex ijs contractibus agitur. At in ff ſub eodem titulo explicatur & contractus, ut mutui & commodati ut depoſiti, ut locati, & actiones quoque ex ijſdem contractibus natæ, ſed in contractu emptionis, diſtinctè Tribun. prius de contractu toto libr. 18. poſtea de actionibus in hoc lib 19. agendum putavit propter hujus contractus celebritatem, & prolixas diſputationes. Et hinc eſt, quod lib. 19 titulus 1. eſt *de action. empt. & vend.* quem ſequitur tit. 2. *loc. cond.* Ratio jam dicta ſupr. Huic proximus tit. 3. *de æſtimatoria*, quia hæc actio partim actioni empti, partim actioni locati & conducti eſt ſimilis, *l. 1. hoc tit.* Quem ſequitur tit. 4. *de rer. permut.* Nam & hic contractus eſt ſimilis emptioni, *leg. 1. hic, & §. pretium. Inſtit. de empt. & vend.* Cur autem æſtimatoria præponatur permutationi, ratio hæc eſt, quia ſimilior eſt emptioni, quā permutationi in eo, quod pretiũ in quo ſubſtãtia emptionis poſita eſt, *l. pacta, 72. ſupra de contrah. empt.* fit in æſtimatoria, non

vero im permutatione Ultimus hujus libri titul. eſt, *de præſcriptis verb.* Ratio ordinis eſt, quia poſt expoſitas actiones ex contractibus ordinarias, vulgares & uſitatas, meritò jam exponuntur actiones extraordinariæ, quæ dicuntur præſcriptis verbis & in factum quibus agendum eſt cum deficiant uſitatæ, *l.1.2.&3.hoc titul.* Eſt & actio ex permutatione extraordinaria, ſive præſcriptis verbis, de qua tamen prius actum fuit, & ſeparatim, quia emptioni, ut dictum eſt ſimilis. Quem ſtatim ſequitur titulus generalis, *de act. præſcript. verb.*

DE IV. PARTE DIGESTORUM.

XX. Liber.

LIber 20. eſt de pignoribus & hypothecis. Ratio ordinis, ut intelligatur, meminiſſe oportet, ad hoc explicatum eſſe de actionib in rem & de actionibus in perſonam, tàm ordinariis, quàm extraordinariis ex cõtractu orientibus; Proximũ nunc erat alias actiones in perſonam non ex contractu, ſed ex aliis cauſis, ut ex quaſi contractu ut ex æquitate, ut ex delictis adjungere quod in edicto, & in Cod. & Inſtit factum. Sed in ff. interjecit tres libros ſingulares, 20.21.& 22. quib. quædã continentur partim ad priores actiones pertinẽtia, partim omnium actionum communia. Et primum quidẽ locum tenent pignora, ex quibus naſcitur actio Serviana & quaſi Serviana Ratio ordinis eſt, *in l.2.§.2.verſ.quartus.C.de vet.jur enncl.* nempè, ut non longè pignora & hæ actiones diſtarent à pignoratitia actione, de qua ſupra parte tertia de rebus *lib.13.t.t.7.* Cur autem inter hæc interjecta, quæ ſunt pignora & actiones ex illis, item ædilitium edictum, & actiones ex eo evictiones, uſuræ & probationes. Cur, inquam, primum locum teneant pignora, hæc eſt ratio: tum quia actio pignoratitia (de qua ſupra *lib.13.* cui ſimilis eſt ſaltem nomine hæc pignoratitia ſive hypothecaria actio) prius ſit poſita, quam actio empti, ad quam pertinet ædilitium edictum, de quo infra *lib.ſeq.* tũ quia in edicto perpetuo prius de pignoribus. quàm de evictione actum fuerit ut ſupra dictum. De reliquis hic interjectis ſuo loco Ratio ordinis infra exponetur. Hujus igitur libri 20 titulus primus eſt *de pignorib.* Eſt enim generalis. quo ſcilicet de contrahendo pignore, & de ipſa actione hypothecaria agitur. Pignus autem, interdum expreſsè, interdum tacitè contrahitur de expreſſo, ut præſtantiori agitur tit. 1. de tacito igitur titul. *2. in quib. cauſis pignus, &c.* Quem ſequitur tit. *3. quæ res pign. dat. obl. non poſſ.* Ratio ordinis eſt, quia ut titulo 1. de forma & modo expreſſo contrahendi, quem ſequitur tacitus modus tit. 2 ut modo dictum ita quoq; eodem tit. 1. de rebus, quæ pignori obligantur, hactenus actum eſt, hoc vero titul. 3. de rebus, quæ pignori obligari non poſſunt, agitur: qui tit. 2. eſt poſterior, quia ſecundus ad formam & divi-

& diviſionem pignoris pertinet: qua pignus vel eſt tacitum, vel expreſſum. Hunc ſequ. tit. 4. *qui pot. in pign.* Ratio a. ordinis eſt, quia ut prioribus titulis agitur de contrahendo pignore, ita hoc & duob. ſeqq. agitur de jam contracto: Et primum quidem iſto tit. 4. agitur de pignore à pluribus contracto, ſive plurib. obligato, quis eorum ſit potior in pignore: quem ſequitur tit. 5. *de diſtract. pign.* Ratio ordinis eſt, quia ut prior titul. ad jus & effectum, quis ſcilicet ſit potior, pertinet, ita & hic tit. 5. ad jus pignoris, ſive jus quod habet in pignore creditor, nempe jus diſtrahendi pignus, ſive rem pignoratam, pertinet: qua diſtractione, quia pignus exſtinguitur, meritò hic titulus eſt poſterior Eumq; rectè ſtatim ſequitur tit. *6. quib. mod. pign. ſol.* Ratio ordinis eſt perſpicua quia adhuc dictum eſt, de pignore contrahendo & contracto, quibus jam proximum eſt, ut explicetur, quemadmodum cõtractum finiatur & ſolvatur.

XXI. Liber

Liber 21 ad emptiones potiſſimum pertinet, quæ cum nõ longè hinc ſint poſitæ *l. 18. & 19.* maluit Tribun. hæc in loco emptionibus vicino interjicere contra ordinem edicti perpetui in quo de evictionibus ferè extremo agitur: hæc ratio redditur, *in l. 2. §. quartus, verſ. alio libro, C. de vet. iur. enucl.* quia, inquit hæc omnia titulis emptionum & venditionum ſint conſentanea & actiones hoc libro poſitæ quaſi pediſſequæ illarum ex empto & vẽdito per providentiam noſtram ſunt congregatæ, cum oportuerat, &c. Hujus autem lib. 21. hic interjecti tit. 1. eſt *de ædil. edict.* quo duæ actiones ædilitiæ, redhibitoria, & quanti minoris continentur. Cui ſtatim adjungitur tit. 2. *de evict.* quia & priores duæ actiones & hæc ex ſtipulatione duplæ ad emptiones pertinet, ſed illæ ſunt principales: hæc ut omnis ſtipulatio acceſſoria ideoq; poſterior tit. *3. de exc. rei vend. & trad.* Ratio eſt, qui prius de actionibus, poſterius de exceptionibus agi debeat Ut autem evictio ita & hęc exceptio in edicto perpetuo, ferè extremo loco fuit poſita: ſed hic poſita ob eãdem cauſam, hoc eſt, ob emptiones paulo antepoſitas.

XXII. Liber.

Liber 22 qui eſt tertius hic interjectus, varia continet: de uſuris alijſque acceſſionibus & de probationibus. Ratio ordinis cur & hæc ſint interjecta de uſuris quidem fructibus alijſque acceſſionibus & de mora, hæc videtur eſſe quia eorum uſus maximus eſt in actionibus hactenus explicatis in rem, in quibus de fructib. & cauſa in perſonam, in quibus de uſuris & de mora & etiam de fructibus potiſſimum explicatur. De probationibus vero eorumque generibus, ut ſunt teſtes & inſtrumenta, non video aliam rationem, quam quod per conſequentiam hic de his agendum putarit Tribunian. nempe, quia ſemel conſtituerat hæc interjecta uno in loco ponere.

etiam de probationibus in fine adjiciendum putavit: niſi fortè & hanc quoque rationem ſpectarit, quod probationum uſus, etſi eſt communis omnium judiciorum & actionum, ut & uſus, fructuum, vſurarum, & moræ non tantum in contractibus, ſed & in teſtamentis & legatis, frequentior tamen vſus probationum, teſtium & inſtrumentorum in prioribus actionibus in rem & in perſonam eſſe videatur. Nam in teſtamentis ſunt quidem inſtrumenta ſive tabulæ teſtaméti, ſunt etiam teſtes: ſed in teſtamétis ea ſunt ſingularia, ut quod ſint ſeptem teſtes, de quib. ſpecialiter agitur ſuo loco infra *qui teſtament. facere poſſ.* ut & tabulis teſtaméti, *eod. tit.* & tit *teſtamenta quemadmodum aper.* Sic & in nuptijs non adhibentur teſtes & tabulæ licet interdum propter dotem & pacta dotalia adhibeantur: Sæpè tamen non adhibentur. Et de ijs quoq; ſi adhibeantur, ſpecialiter agitur, tit. *de dotib.* & tit. *de pactis dot.* Sic & in tutelis, neq; teſtes adhibentur, neq; tabulæ, excepto inventario. Ut a. hic in ff. probationes interjectis conjunxit Tribun. ita & in C. eos conjunxit communib ſive generalibus quæ generalia item interjicit, *lib 4. C. tit. 10. & ſeqq uſque ad tit. 23.* Nam in edicto perpetuo non videtur quidquã poſitum fuiſſe de probationibus quod probationes, neq; ex jure civili, neq; prætorio veniant, ſed in facto conſiſtant, & ad judicem pertineant, *l. 3. infra de teſtib* Et hinc quoq; eſt, quod in ſententijs Pauli probationes ponantur ultimo ferè loco, ubi de criminibus. Ratio autem, cur hic prius de uſuris agatur, quam de probationib. eſt quia ut jã dictum, uſuræ fructus & mora in prioribus actionibus in rem, & in perſonam maximè locum habent: & quia ſunt contractuum acceſſiones de quibus eſt hic *tit 1. de uſur. &c.* Quem ſequitur *tit. 2. de naut. fœ.* quia eſt ſpecialis. Huic proximus eſt *tit. 3. de probatio.* Ratio ordinis dicta eſt ſup quia titulus eſt generalis Sunt a. probationũ duę præcipuæ ſpecies, inſtrumenta & teſtes, quare *tit. 4.* eſt *de fide inſtr* tit. 5. eſt *de teſtib.* In C tamen prior eſt *tit. de teſtib. tit. de fid. inſtr.* quia hic in ff *in l. ultim. de probat.* agitur de Chirographo ſive inſtrumento, ideoq; ſtatim de inſtrumẽtis agitur. Sic in C. *in l. ult. de prob.* agitur de teſtib: ideoq; ſtatim adjicitur *titu. de teſtib.* Nam & alias ſolet ob præcedentis tit vltimam legem aut ſimilitudinem ſtatim in ſimilem tit applicare. Præterea id quoq; obſervandum parum referre de teſtibus, an de inſtrumentis prius agatur cum vtriuſq; ſpeciei eadem ſit vis & poteſtas. Cum autẽ id accidit, ut nihil referat vtrũ ſit prius aut poſterius, ſolet Tribun. ſæpè quod in Cod. ponit prius. in ff ponere poſterius, vt hoc ipſo demõſtret, nihil aut parum referre, utrum ſit prius aut poſterius, vt eſt dictum tit. *de inju voc. & tit. de edend.* Huic adjungitur *tit. 6. de juris & facti ignor* qui tamen in Cod. non libro 4. *de probat.* ſed in libro 1 cum jure & juris ſpeciebus conjungitur. quia ſit de juris ignorantia. Ratio autem ff. tum quia hi tit prioribus actionibus in rem, item condictioni indebiti, SC. Maced. Vellejan. actioni mandati, empti & venditi & redhibitorijs actionibus (quib. ſcilicet agitur de ſcientia & ignorantia) ſervit: tum quia ignorãtia facti

tia facti actionib. explicari, removeri & tolli ſolet, nam & ipſæ probationes in facto eſſe dicuntur, teſte Paulo, *lib.5.ſent.de probat.*

XXIII. Liber

SEquitur liber 23.24 & 25. qui tres libri ſunt de matrimonio, & de dotib. aliiſque eò pertinentibus. Ratio ordinis eſt hæc: interjectis illis jam expoſitis, lib. 20 & 2. ſeqq redit jam Tribu ad ordinem per interjecta interruptum, hoc eſt, poſt expoſitas antea actiones in perſonam ex contractu, adjungit Tribu actiones eas, quæ ex aliis cauſis ut ex æquo & bono, ex quaſi contractibus ex delictis. ex quaſi delictis oriuntur. ut eſt actio de dote, quæ naſcitur ex æquo & bono *l.eos, ſupr. de cap. min.* Non enim eſt ex quaſi contractu vt dictum ad Cod. lib.5. Cum autem totus hic tractatus de matrimonio in quinq; ferè partes ſit diſtributus, ſponſalia, nuptias. dotes, divortium & acceſſoria primũ *de ſponſalib* agitur hujus lib. 23. *tit. 1.* quia ſponſalia ſunt nuptiis priora *l.1. hoc tit* Quem ſequitur *tit. 2. de ritu nuptiar.* quia ſponſalia nuptiæ ſequuntur, vt jam dictum. Huic adjungitur *tit 3. de iure dot.* Ratio eſt, quia dos non eſt ſine matrimonio, *l.3. hoc tit.* Cui adjungitur *tit. 4. de pact. dot.* Ratio eſt, quia prior tit. *de iure dot* eſt generalis. quo omnia ad naturam dotis pertinentia continentur, hic eſt ſpecialis, quo quædam ſpecialia in dotibus recepta pacta explicantur, quibus pactis interdum natura dotis aliquantulum mutari ſolet. Hunc ſequitur tit. 5 *de fundo dot.* qui eſt titulus ſpecialis, & ad dotem pertinet, non tamen ad omnem, ſive ad omnes res dotales, ſed tantum ad vnam rem nempe fundum, ideoque hic titulus quia ſpecialis, eſt poſterior: & item, quia eſt prohibitorius, in quo ſcilicet explicantur prohibitio alienationis fundi dotalis.

XXIV. Liber.

LIber 24: De donatione inter virum & uxorem & de divortiis agit & actione dotis. Tres enim titulos continet: quorum primus eſt *de donat. inter vir. & ux.* Ratio ordinis eſt, quia hæ donationes conſtante matrimonio fiunt, ſed dos plerumq; ante matrimonium, ideoq; prius de dotib. quàm de donationibus hic agitur Rectè autem hunc titulum ſequitur tit. *de fundo dot.* Nã ut illo prohibetur alienatio, ita hoc prohibetur donatio iſta · uterque ſcilic. eſt prohibitorius. Quem ſequitur tit *2. de divort. & repud* Ratio eſt, quia hactenus de matrimonio contrahendo & contracto. ut proximum jam ſit de eo dirimendo agere, quod fit divortiis aliiſque modis, *huius tit. l.1.* Dirempto autem & ſoluto per divortium matrimonio, dos repeti ſolet raro enim eo conſtante repetitur. Rectè igitur poſt titulum de divortio ſequitur titulus 3. *ſolut. matrim. &c.* quo exponitur actio de dote, hoc eſt, qua dos repetitur.

XXV. Liber

Liber 25. acceſſoria quædam, ut dixi, continet tit. 7. quorum primus eſt *de impenſ. in res dotales factis*. Ratio ordinis eſt, quia dos & exactio dotis per impenſas minuitur, hoc eſt, eo minus petitur ex dote propter impẽſas quaſdam in dotem conſtante matrimonio factas, ideoq; ad exactionem dotis hic quoq; titulus pertinet. Cui adjungitur titul. 2. *de act. rer. amot.* quia cum hic duæ ſint actiones, una de dote, quæ datur uxori, altera rerum amotarum, quę datur marito de hac poſterius agit, quia furtum & delictum uxoris cõtinet. Huic adjungitur titul. 3. *de agnoſc. & alend. lib.* Ratio dicta ſupra ad Edictum, ut & titul. 4. *de vent. inſp.* & d tit. 5. *ſi ventris nom.* & d. tit. 6. *ſi mulier ventris nomine* 7 & ultimus titulus eſt *de concubinis*. quia hactenus actum eſt de juſtis uxoribus adjungitur nunc unus ti. de injuſtis uxoribus ſive concubinis, quæ à juſtis tantum differunt dilectu, ut ait Paul *in ſent. tit. de concub.* hoc eſt animo propoſito, ſive quod illas maritus habeat pro matribus famil. has non item: ita & *Cod. lib 5. tit. 26.* factum.

XXVI. Liber.

His libris de matrimonio & de dote, adjunguntur libri de tutelis 26. 27. quibus quæ ad naturam tutelæ, & definitionem & diviſionem & quæ ad officiũ tutoris ſive adminiſtrationem & auctoritatem pertinent exponuntur. Nam 1. titulo *de tutelis*, definitio aliaque generalia continentur ideoq; hic titulus eſt 1. Cui proximus eſt tit. 2. *de teſt. tut.* Ratio dicta ad Inſtit. tit. 3 eſt *de confirm. tut.* Ratio, quia confirmatio in teſtamentario tutore locum habet *l. 1. hoc titul. & §. ult. de tutel.* tit. 4. *eſt de legit. tut. 5. de tutor. & curat. dat. &c.* eſt de dativa tutela. Ratio ordinis dicta ad Inſtit. cui adjungitur tit. *6. qui pet. tut. vel cur. &c.* id enim locum habet in dativis, ideoq; huic titulo, ut pars prioris. Huic eſt proximus tit. 7. *de adminiſt. & peric. tut.* Ratio ordinis, quia hactenus de ipſa tutela, & tutore conſtituendo: Nunc de conſtituto eiuſq; officio: cujus duæ præcipuæ ſunt partes, adminiſtratio & auctoritas: & prius de adminiſtratione, quia eſt generalis poſterius de auctoritate, tit 8. *de auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum.* quia auctoritas eſt quodammodo pars adminiſtrationis, & quia auctoritas non adhibetur in omnibus negocijs. *§. 1. Inſt. de auct. tut.* cum adminiſtratio ſit magis generalis. In Cod. tamen auctoritas non ſtatim ſequitur adminiſtrationem ſed paulò poſt, nempe *tit. 59. lib. 5.* Ratio ibid. tit 9. eſt, *quando ex facto tutoris, &c.* qui titulus etiam ad officium pertinet. nam eo agitur de actione, quæ ex officio & facto ſiue adminiſtratione tutoris oritur vel ipſi pupillo, vel contra pupillum vel minorem. Ratio ordinis quia actio tanquam effectus adminiſtrationis eſt poſterior: tum etiam, quia hæc actio plerumque, naſcitur ex facto ſive contractu & adminiſtratione tutoris per dolum & culpam, hoc eſt, factam non rectè. Non eſt autem hæc actio tutelæ, ea enim datur contra tutorem, de qua infra *lib. ſeq. tit. 3.* ſed hæc contra ipſum pupillũ datur

datur ei, qui cum tutore contraxit Huic rectè adjicitur titul. 10. *de ſuſp.tut.* quia ut titulus 9. eſt de actione ex facto tutoris, ſæpè non recto (ut ſi quid dolo aut culpa fecit in contrahendo cum alio) ita & hic titulus eſt de actione ſive accuſatione ſuſpecti, quæ item ex non recta, imo ex pernicioſa pupilli adminiſtratione tutoris naſcitur, de qua tamen poſterius agitur, quia continet delicti & criminis ſpeciem, & quia removet tutorem, cum illa ex facto tutoris, non removeat.

XXVII. Liber.

LIber 27. agit de actionibus pupillaribus initio tantum, quod non eſt de actionibus ſed de cognitionibus excepto. Continet autem titulus 10. quorum primus eſt *de excuſ.tut.*. Ratio ordinis eſt, quia proximus tit. de cauſis remotionis hic tit. de cauſis excuſationis Utriusque remotionis & excuſationis eſt idem ferè effectus, nempe ut quis non ſit tutor. Sed remotionis ut non ſit, qui jam fuit. excuſationis, ut non ſit, qui nondum fuit, aut certè nondum adminiſtravit: interdum tamen etiam ejus, qui jam eſt. §. *tem qui Reip. de excuſ.tut.* atque ita utraque finit tutelam. Cur autem prius de remotione hic & in Cod ratio eſt, quia remotio & accuſatio ſuſpecti, ſimilitudinem habet cum titulo. *quando ex fact. tut. &c.* In Inſt. remotio poſterior eſt, & excuſatio prior. Ratio ibidem dicta titulus 2 eſt: *ubi pup educ. deb.*. Ratio ordinis hæc eſt: quia ut in excuſationibus aditur prætor, qui de iis cognoſcit: ita & de educatione, & alimentis pupillo præſtandis aditur prætor, cujus eſt cognitio de alimentis pupillaribus & de loco, ubi educandus ſit pupillus, *l.1. & 3.* hic. Nunc ſequuntur tituli actiones pupillares continentes, ut tit. 3. *de tut. & rat. diſtrahend.* quæ contra tutorem dantur & actio utilis negociorum geſtorum, quæ contra curatorem. Ratio ordinis eſt perſpicua, quia explicata jam ipſa tutela proximum eſt ut de actionibus agatur, quæ ex tutela & ex curatione, tanquam ex cauſa, effecta oriuntur. Hunc ſequuntur tit. 4. *de contrar. tut. & ut act.* Ratio eſt, quia prior titulus de principalibus & directis actionibus quæ ſcilicet dominis, pupillo & adoleſcenti dantur contra tutorem & curatorem: hic eſt de contrariis tutelæ, quæ contra pupillum tutori, & utili negotiorum geſtorum actione, quæ curatori contra adoleſcentem datur. Ratio ordinis enim poſtulat, ut directa & principalia contrariis anteponantur. Hunc ſequitur tit. 5. *de eo qui pro tutore, &c.* quia ſuperiores actiones dantur, ubi verus fuit tutor, aut curator, hæ dantur, cum falſus eſt tutor vel curator, nempe actio tutelæ in protutorem & negociorum geſtor in procuratorem. Cui adjicitur titul 6. *quod falſo tutore, &c.* quo continetur actio in factum, quæ ei, qui cum pupillo contraxit, auctore falſo tutore, contra ipſum falſum tutorem datur. Ratio ordinis eſt, qui ut prior titulus eſt de falſo tutore, ita & iſte. Sed prio-

re titulo falſus tutor eſt, tàm qui ſcit ſe non eſſe tutorem quàm qui putat ſe eſſe tutorem vel etiam qui bona fide geſſit negocia. Sed in hoc titulo 6. ſemper mala fide & dolo fit auctor hic falſus tutor, ideoque hæc actio pro pœnali habetur. *l. 7. noviſſime, l. 9. §. 1. h. c.* & proinde hunc titulum rectè titulus 5. ſequitur, Cæterum in Edicto Perpetuo inter ſpecies reſtitutionis in integrum poſitum fuit hoc Edictum de falſo tutore, ut dictum ad Edictum. Nam hæc actio eſt reſtitutoria. *l. 1. in f. l. 5. & 7.* titulus eſt *de fidejuſſ. & nominat. &c.* optima ratione: quia priores 4. tituli continent actiones contra ipſos tutores vel curatores, veros ac falſos, ut principales perſonas: hic tit. & ſeq. continet actiones contra acceſſorias perſonas, ut fidejuſſores & nominatores, fidejuſſores, qui promiſerunt pro tutoribus rem pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore, tenentur actione ex ſtipulatu. Nominatores vero (qui nominarunt tutorem) & laudatores, quia fidejuſſorum loco ſunt, utili actione tenentur ex ſtipulatu. Heredes autem tutorum & curatorum tenentur actionibus ut ipſi tutores, hoc eſt, directis illis nomine tutorum, & utilibus proprio nomine, ut ex proprio dolo vel ex propria adminiſtratione. *l. 1. & l. ult. §. 1. h. tit.* Quem ſequitur 8. *de magiſtrat. conven.* Nam ut tit. 7. contra acceſſorias perſonas de ſubſidiariis, ita h. tit de ſubſidiaria, ut propriè videtur actione, contra magiſtratum principalem ut duumviros. *l. 1.* hic titul 9. eſt *de reb. eor. qui ſub tit. &c.* Ratio ordinis quia adhuc explicata ſunt omnia, quæ ad tutelam & curationem adoleſcentum pertinent, tandem adjungitur hoc unum SCtm. de rebus pupillaribus & minorum non alienandis ſine decreto: tum quia hoc SCtm eſt recens, à Severo Imp. factum tum quia eſt prohibitorium: tum etiam quia actio ſubſidiaria in magiſtratum etiam eſt ex SCto ſed antiquiore, cui nunc rectè alterum hoc prohibitorium adjungitur h tit 9 Quem ſequitur tit 10. *de curat. furioſ.* ſed hic titul. in Cod. præcedit titulum *de reb. eor.* ſive *de prædiis minorum.* Ratio differentiæ, quod ad ff. quidem attinet eſt quia hactenus tantum de tutoribus & curatoribus minorum ſive adoleſcentum eſt dictum, ad quos quoque hic titulus *de rebus eorum, &c.* pertinet: Ad titulus *de curat. furioſ.* agit de aliis curatorib furioſi dementis, prodigi, muti, ſurdi &c ideoq; rectè diſtinguitur ab illis qui agunt de curatorib. minoris. Quod ad C. attinet ratio eſt hæc: quia SCtm. & oratio Severi de prædiis minorum & pupillorum tandem fuit porrecta & ad curatores furioſi prodigi, &c. Tandem, inquam, hoc eſt, Conſtitutione Gordiani Imperatoris *l. 2. C. de curat. fur.* ſed in ff id fieri non debuit, quia ICtorum eorum tempore hoc SC de prædiis tantum ad tutores & curatores minorum pertinebat, non verò ad curatores furioſi &c. ſic & tit. *de magiſtr. conven.* in Cod. ponitur ultimo loco, etiam poſt tit. *de prædiis minorum*, qui tamen in ff. ante ponitur. Ratio diverſitatis eſt, quia in ff. habita eſt ratio actionis. ut ſcil. tituli de actionibus pupillarib. agentes conjungantur. In C. habita eſt ratio ſubſidii, h. e. ultimi adjutorii. Eſt enim hæc actio ultimum adjutorium, quo ſuccurritur pupillis & minoribus,

DE V. PARTE PANDECT.

XXVIII. Liber.

SEquitur 5 pars ff de teſtamentis & 9.libris continetur, nempe lib. 28. & 8 ſequent Poſtea demum parte 6. agitur de bonorum poſſeſſione. Contrarius eſt ordo in Cod. ubi prius de bonorum poſſeſſionibus, poſterius de hereditatibus agitur. Ratio C. eſt quia in C. Trib. ſecutus eſt Edictum perpetuum, cujus ordinis ratio expoſita eſt ſupra ad Edictum & in C. Ratio ff eſt, quia in ff Trib. ordinem actionum & judiciorum ſpectavit. Ut autem actio tutelæ eſt ex quaſi contractu, ita & ex teſtamento actio. §. *tutores.& § heres. de obl. quæ ex q. cont.* Eſt & altera ratio, cur hereditates hic anteponantur bonorum poſſeſſionibus, quia hereditates ſunt civiles, bonorum poſſeſſiones ſunt prætoriæ. *§.1.de bon.poſſ.* Idem quoque dictum in Inſt. ubi idem eſt ordo. Et his lib. 28. eſt de iis quæ ad formam teſtamenti (cujus eſt inſtitutio & ſubſtitutio §. *ante heredis.de leg.*) pertinent, continetq; titu. 8. quorũ ultimus ad effectum potius pertinet. quam ad formam & initium teſtamenti 1. titulus eſt, *qui teſt. fac. poſſ.* quia ad formam teſtamenti. quæ hoc libro exponitur, in primis animadvertere debemus de perſona teſtatoris, an habuerit teſtamenti factionem. *l.4.h.tit.* Quem ſequitur tit. 2. *de lib. & poſth. &c.* Ratio eſt, quia ad ordinanda teſtamenta, ſive ad formã principale jus eſt de liberis heredib. inſtituendis vel exheredandis. *l.30.hic.* His enim præteritis teſtamentũ aut eſt injuſtũ aut rumpitur Et hinc eſt quod ſtatim ei adjungitur tit. 3 *de injuſto,&c.* Nempe 1 de juſto. hoc eſt, in quo forma & ſollemnia juris ſunt obſervata poſterius de injuſto rupto &c. agendum tit 4. *eſt de his quæ in teſt. del.&c.* propter ſimilitudinem cum priori. Nam ut teſtamentum infirmatur, quia ſit injuſtum, ita etiam deletum conſulto, *l.1.hoc titu.5.* eſt *de hered.inſt.* Ratio ordinis eſt quia titulus 1. eſt *de lib. hered. & c.* hic eſt de extraneis. Duo autem tituli 3. & 4. propter dictam cauſam ſunt interjecti Ratio autem poſtulat ut prius de liberis & ſuis heredibus agatur, quàm de extraneis & alienis, quia illorum omiſſione ſeu præteritione, teſtamentum eſt injuſtum, horum non item. Hinc eſt titul. 6 *de vulg. & pup.* Ratio dicta eſt ad Inſtit titul. 7. eſt *de cond.inſt.* Ratio eſt quia conditiones etſi teſtamentis adſcribuntur plerumque tamen poſt mortem teſtatoris exiſtunt ideoq; poſt inſtitutiones & ſubſtitutiones ponuntur. Eſt & hæc ratio quia ſubſtitutio de qua tit. proximus eſt quædam conditionalis inſtitutio, ideoq; ei titulo ſtatim rectè adjungitur hic titulus *de cond.inſt.* Et rectè inſtitutionum. Nã de legatorum & fideicommiſſorum contractuum, libertatum, & omninò de omnibus conditionib. agitur infra in tit. *de cond. & dem.* titulus ultimus hujus libri eſt *de jure delib.* Ratio eſt quia teſtamento jam facto, de quo hactenus dictum, mortuoque teſtatore, proximum eſt, ut hereditas adeatur: ſed

prius

prius tamen ſecum deliberat heres de adeundo & repudiando: itaque in C. hæc duo jus deliberandi, & aditio ſub eodem titulo continentur, *lib.6. tit. 30.* Sed ea his titulis ſeparantur: & primum de jure deliberandi, quia ut dictum aditio præcedit deliberationem.

XXIX. Liber.

Liber 29. varia ad teſtamentum ejusque maximè effectum pertinentia continet. Quorum 1. tit eſt *de teſtamento militis*, quia hic titulus eſt interjectus inter deliberationem, de qua ſupra titulo proximo hac ni fallor de cauſa, quod initio libri conveniat: tum propter inſcriptionem de teſtamento, ut intelligatur, adhuc agi de teſtamentis, tum propter ſingularia in eo jura *l. 2. h.* tum quia etſi rectiùs alioquin ante titulum de jure deliberandi poni poterat. nimis tamen prolixum facturum erat librum 28. Cur autem in Cod. inter tit. de teſtamentis, hic de teſtamento militis primus ponatur, ibi d. tit. 2. *de adquir. vel omitt. hered.* ratio jam dicta tit. 3. *quemadmodum teſt. aper.* Ratio eſt quia quamvis heredes ex aſſe ſcripti hereditatem adquirere poſſint, nondum apertis, ſed clauſis etiam tabulis: ex parte tamen ſcripti olim non poterant hereditatem adire, niſi apertis tabulis, exceptis ſuis heredibus ideoque apertura tabularum ad aditionem pertinente rectè hic titulus priorem ſequitur. Quem ſequitur tit. 4. *ſi quis omiſſa cauſa teſt.* Ratio ordinis quia tit. *de adquir. vel omit. her.* generaliter de omittenda hereditate dictum eſt hic ſpecialiter. nimirum de uno caſu omittendæ hereditatis, quo ſcilicet callidè quis & dolo malo hereditatem omittit ex teſtamento ad ſe delatam, & ab inteſtato eam poſſidere cœpit. ex animo callido, ut non ſolvat legata, teſtamento ſcilicet omiſſione irrito facto. Ratio igitur ordinis, tum quia hic titulus ſpecialis eſt tum quia dolum & delictum heredis continet. Cui rectè jam adjungitur titulus 5. *de SC. Syllan. & Claudiano, &c.* Nam & hoc delictum heredis continet. Sed hoc eſt recentiùs & graviùs illud eſt antiquiùs & leviùs, ideoque priore loco exponitur. Sic & tit. 6. *ſi quis aliquem teſtar. &c.* delictum continet. Ratio ordinis eſt, quia hoc eſt recentiſſimum, nempe ab Adriano inductum. *l. 4. hoc tit.* Quem ſequitur tit. 7. *de jure codicillorum.* Ratio ordinis eſt, quia cum hactenus de ipſo teſtamento ſit actum & codicilli ſint velut ſupplementum teſtamenti, ut loquitur Theoph. *ad Inſt.* rectè poſt tractatum teſtamentorum de codicillis tanquam de acceſſione, parte & ſupplemento teſtamentorum agitur. Et hæc de teſtamentis Ea enim quæ hactenus ſunt expoſita, ad ipſam teſtamentorum ſubſtantiam & effectum pertinent Idem & Edicti (in quo tamen pauca de teſtamentis & legatis fuerunt.) ut ſupra dictum fuit ordo.

XXX. XXXI. XXXII. Liber.

Codicillis adjunguntur legata & fideicommiſſa. Ratio eſt, quia & hæc in teſtamentis relinquuntur: quamvis in Inſtitut. prius de legatis & fideicommiſſis, poſterius de codicillis agatur. Ratio differentiæ eſt, quod in inſtitut. habita eſt ratio modorum adquirendi dominii, qui ſunt ſpeciales aut univerſales, ſpeciales: ut uſucapio, donatio, legatum. univerſales: ut hereditas ex teſtamento & ab inteſtato, bonorum poſſeſſio, &c. Et prius quidem modi ſpeciales exponuntur, poſterius univerſales, legata tamen non cum ſpecialibus modis ſed cum univerſalibus ut ex hereditate, ex teſtamento explicantur. Ne tamen longè eſſent à ſpecialibus remota, præponuntur Codicillis. Sunt & aliæ rationes ad Inſtit. expoſitæ quibus & hæc accedat quod tractatus de legatis eſt valdè prolixus, in ff. & C. ideoque titulus de Codicillis, ut teſtamenti pars rectiùs poſitus fuit legatis & fideicommiſſis nempe lib. 30. & 4. ſeqq. Quibus & alii duo libri, ad legata & fideicommiſſa pertinentes adjunguntur de lege Falcidia, & SC. Trebell. ut ait *l. 2. §. Quinctus. C. de vet. jur. enucl.* Et libri quidem 30. 31. & 32. qui ſinguli conſtant uno titulo ejuſdem nominis. de legatis & fideicommiſſis, ſunt generales, & omnium legatorum & fideicommiſſorum naturam, & præcepta generalia continentes Ideoque inter hos libros de legatis & primum locum tenent. Quod autem ad hos 3. primos libros, hoc eſt, 30. 31. & 32. attinet, eorumque inter ſe ordinem ſciendum eſt, hos tres libros ita ordine diſpoſitos eſſe, quaſi eſſet unus titulus, ita inſcriptus de legatis & fideicommiſſis, tantum propter longitudinem ſectus & diſtinctus in 3. integros libros. Ideoq; in his tribus nullus eſt alius, quam qui eſt in uno titulo. At ordo in uno titulo jam èſt expoſitus, nempe quia hi titulus (hic 3. ſunt libri) eſt generalis, ideoque primus in tractatu legatorum. Dices? An ergo in ſingulis legibus horum trium librorum nullus eſt ordo? Reſp. eſt ſanè nempe idem eſt ordo legum in his libris, qui pro uno titulo habentur, qui eſt ſub aliis titulis maximè longioribus. Nos autem agimus jam de ordine librorum & titulorum non de ordine legum ſub tit. poſitarum, de quo infra.

XXXIII. Liber.

Huncigitur titulum, id eſt hos 3. libros 30. 31. & 32. ſequitur lib. 33. quo ſpecialia legata continentur, ut annua, uſusfructus ſervitus. Ratio ordinis perſpicua eſt, quia ſpecies ſequitur genus. Hic autem liber 33. continet 10. titulos, in quibus tantum ſpecialia legata exponuntur: quorum ordinem inter ſe exponere perdifficile èſt. Sunt autem hæc ſpecialia legata ferè 20. quæ partim hoc libro partim ſeq. *tit. 1. 2. & 3.* explicantur. Paul. *lib. 3. ſent. tit. 6. de leg.* eodem tit, complexus eſt tam generalia quam ſpecialia,

Inter hæc ſpecialia, primum hic ordo videtur obſervandus, quod ea legata, quæ planè ſunt ſpecialia prius poſuerit Tribun. de rebus ſcilicet ſingulis, & per ſe diſtinctis, ut eſt uſusfructus reditus, ſervitus. Ea autem quæ ſunt de rebus multa in ſe continentibus ut eſt peculium, ſupellex mundus muliebris, &c poſterius poſuerit, nempe *tit.6. & ſeq:* Quod & Cujac animadvertit *in Parat. tit.6.* Denique quod incorporalia prius, ut eſt reditus. uſusfructus ſervitus: poſterius corporalia ut fundus triticũ, ſupellex veſtis, &c. poſuerit, quemadmodũ & interdictis de via, flumine, itinere aqua, &c Ratio ordinis autem cur hujus libri 33. tit. 1. *de annuis leg.* ſit eſt hæc, quia hoc legatum legato uſufructo eſt perſimile. *l.8.h.tit. & l.22.tit.ſeqq.* uſusfructus autem legatum proximum locum titulo de legatis habet, propterea quod titulus de legatis generalis pertinet ad dominium Eſt enim legatum adquiſitio dominii §. *ult. per quas perſ. l.8. legatum. ſupra de leg.2.* Dominio autem ſimilis eſt uſusfructus *l.4. & 5. de uſufr.* ut, & ſupra dictum ad titul. *de uſufr.* Et hinc eſt, quod in Paulo *d. tit. 6.* ſtatim generalia de legatis, ſequitur uſusfructus. Dices, cur uſumfructum præcedit hic reditus ſive annuum legatum? Ratio videtur eſſe quia legatum annuum, ſive in annos ſingulos relictũ plura legata continet *l.11. cum in annos. h. tit.* Deinde eſt aliquid amplius in legato annuo, quàm in legato uſusfructus Nam annuum legatum non tollitur capitis diminutione, ut uſusfructus. *d. ll. leg 8. hoc tit.* in quo annum legatum dominio eſt ſimilius quam uſusfructus. Nam & dominium non tollitur capitis diminutione tit 2 eſt *de uſu & uſufr. leg.* Ratio ordinis eſt propter ſimilitudinem cum priore ut ſupradictum, ubi hoc addendum fortaſſe, cur de annuo legato primum agatur, quia hoc legatum initio anni ſit præſtandum cum uſusfructus non niſi poſt fructus perceptos habeat. *dict. leg, in ſingulis.* tertius titulus eſt *de ſervit. leg.* prius enim de perſonalibus, poſterius de realibus ſervitutibus agitur Ratio dicta ſupra ad tit. *de uſufr.* Hunc ſequitur titulus 4. *de dote præleg.* ratio videtur eſſe, tum quia & dos videtur quiddam incorporale tum quia ut de actione ſervitutum prius, quàm de actione dotis, ita & prius de legato ſit agendum. Hunc ſequitur titulus 5. *de opt. vel elect. leg.* tum quia optio ſive electio eſt quiddam incorporale, ut & ſervitutes (eſt enim optio actus: ideoque magis differt à ſervitutibus quam dos, quia dos eſt res ſive jus quoddam: optio eſt actus, & proinde dotis legatum optionem præcedit) tum quia optionis legatum aliquo modo pertinet ad ſecundum genus ſpecialium legatorum, quo genere continentur ea legata, de quibus quæri ſolet, quid verbo legati contineatur quamque latè pateat, quod de priore genere non quæritur. Satis enim conſtat quid nomine uſusfruct. ſervitutis, dotis, contineatur. At in legato optionis ſæpè non ſatis conſtat, quid contineatur, quidque ſit eligendum propriè tamen & plerunque conſtat ideoque legatum optionis pertinet magis ad primum genus, titul 6. eſt, *de tritico vino, &c.* quod legatum eſt ex ſecundo ge-

nere

nere eorum ſcilicet quibus de quæritur, quid quantumve teſtator hoc legato intellexerit aut complexus fuerit. Cur autem de tritico vino, &c. primum agatur. ratio videtur eſſe, tum quia hæc pondere, numero & menſura conſtant (quæ res aliis præferuntur, ut videre eſt in contractuum ordine, ubi mutuum præfertur aliis. quod in iis rebus conſiſtit.) tum quia in hoc legato tritici, &c. interdum quæſtio eſt de electione vini, vetus an novum, bonum optimum aut deterius ſi relictum. tum denique. quia hoc legatum videtur maximè urbanum. Cui adjungitur titulus ſeptimus, *de instrum. & instr.* quod magis ruſticum videtur, hoc eſt, magis ad fundos & ruſtica prædia pertinens, quamvis tamen de domo quoque ibi agatur, & de prædiis urbanis & etiam de aliis rebus ut nave inſtructa, titulus octavus, eſt *de peculio leg.tto.* Ratio ordinis videtur, tum quia in priore titulo, legato inſtructi fundi mancipia quoque continentur, quorum proprium eſt peculium, de quo item quæri poteſt, an ſub inſtructo contineatur *l. 32. §. ult. ſupra de inſtr.* tum quia hic titulus, ut prior maximè eſt de acceſſionibus, quæ merito ſunt poſteriores. Hęc autem acceſſio ut ſervilis & levior, nempe peculium, priore acceſſione, nempe inſtrumento fundi & ipſis mancipiis poſterior eſſe debet.

Eſt enim ſervus acceſſio fundi de quo tit. ſeptimus & peculium eſt acceſſio ſervi, de quo hic tit. 9. eſt *de penu legato.* Ratio videtur eſſe, quod penus legatum videatur convenire tam ſervis quam liberis. Pleraque omnia legata ut uſusfructus &c. liberis relinquuntur, ſed legatum peculii etiam ipſi ſervo relinquitur una cum libertate. *§. peculium de l.g.* legatum tamen peculii etiam liberis relinquitur, ſive cum ſervo ut acceſſorium, ſive ſeparatum. Rectè igitur titulo *de pen. leg.* tit. *de pecul. leg.* ſtatim adjungitur, quia & hoc legatum tam ſervis quam liberis conveniat, ut ſupra dictum Eſt & hæc ratio quia ut peculium eſt ſervorum ſive familiæ ita & penus eſt familiæ. *l. 3. hoc tit.* Quem ſequitur tit. 10. *de ſupellect. leg.* propter ſimilitudinem, quia ſcilicet ad domum de qua dictum ſupra titulo ſeptimo, neceſſaria eſt penus primo, & proximè ſupellex.

XXXIV. Liber.

Liber trigeſimusquartus continet novem titulos, in quibus reliqua ſpecialia legata deinde de ademptione & translatione legatorum agitur titulus primus eſt *de alim. vel cibar. leg.* quod legatum quia & ad liberos & ad alumnos maximè pertinet, ideo ad finem ſpecialium legatorum adjectum videtur: titulus ſecundus eſt *de auro & arg. leg.* Ratio videtur eſſe, quia hoc legatum ſit paucorum ut & alimenta liberorum, ita & hoc ditiorum cum priora legata ſint omnium. Et hoc de auro eſt poſterius illo, de alimentis quia illud eſt acceſſoriū & favorabilius de alimentis titulus tertius eſt *de liberat. leg.* quod eſt ultimum legatum ex iis, quæ ſpecialia voca-

vimus. Ratio ordinis tum quia & hoc valdè ſpeciale, tantum enim ad debitores pertinet: tum quia ut ſolutio & liberatio poſtremum locum obtinent, ut infra, *de ſolut.* ita & inter legata hæc non malè videtur legatum liberationis ultimò collocatum. Cui & rectè ſtatim adjungitur titulus quartus, *de adim. vel transferen. leg.* Nam & legato liberationis tollitur debitum, ita & hoc titulo de tollendis legatis agitur.

Ordinis ratio hæc eſt: quia hactenus à libro trigeſimo usque ad hunc titulum de legatis conſtituendis ſive relinquendis actum eſt, & de relictis. Proximum igitur eſt, ut de tollendis agitur *hoc tit. & ſeqq.* Itaque titulus quartus, *de adim.* eſt de modis, quibus per ipſum teſtatorem legata & fideicommiſſa tolluntur. Cui adjungitur titulus quintus, *de reb. dub.* Ratio ordinis eſt, quia adhuc dictum eſt de legatis utilibus, nunc de inutilibus, ut ſunt ea, quæ effectu carent, & alicui auferuntur. Sed hic titulus eſt de quaſi legatis dubiis, & mediis quodammodò inter utilia & inutilia, de quibus ſcilicet dubium eſt, ſint utilia futura nec ne: ideoque hic titulus velut medius eſt interjectus inter utilia & inutilia. Eſt autem hic titulus conceptus, non de legatis, ſed de rebus dubiis, hoc eſt non ſpecialiter ſed generaliter non tantum de legatis, ſed etiam de inſtitutionibus heredum, & de ipſis contractibus.

Sic enim ſæpè ſolet Tribun. ſpeciei occaſione titulum concipere generalem, & ſub eo non ſpeciem tantum, loco & ordini convenientem, ſed alia quoque ſimilia complecti, ut & paulò infra ſub titulo *de cond. & dem.* Ut autem hic primum utilia, deinde inutilia legata exponuntur, ita & in Cod lib. 6. de ſtip lib. 8. Idémque in inſtitut factum, ubi admonuimus, ubi & ratio dicta, ſequitur hinc titulus *6. de his quæ pœnæ cauſa relinqu.* quæ legata olim quidem omnia erant inutilia, ſed hodiè non niſi uno caſu *§. pœnæ. de legatis.* Ut igitur titulus *de rebus dubiis* continet legata perſonis dubiis aut incertis relicta, aut etiam dubia ratione conſcripta (quæ etiam legata incertis perſonis relicta, olim quidem omnia erant inutilia. hodie non niſi certis caſibus. *§. legati. verſ. ſed nec, &c. de leg.*) ita & hæc legata pœnæ nomine illis ſimilia rectè ſtatim illis adjuncta fuerunt. Quibus adjungitur tit. 7. *de reg. Caton.* Nam & hoc titulo de legatis inutilibus agitur, ſed incertis quoque an ſint utilia.

Nam hæc ratio tantum pertinet ad ea legata quæ inutilia ſunt, ſi ipſo teſt. facti tempore teſtator deceſſerit, quæ legata ſcilicet ab initio ſunt inutilia prorſus. Et hæc eſt ordinis ratio. Nam priora duo incertis perſonis & pœnæ nomine, relicta, hodie non ſunt omnino inutilia (ſed quædam tantum) hæc, de quibus reg. Cat. ſunt planè ab initio utilia. titulus 8. eſt *de his, quæ pro non ſcrip. hab.* Ratio ordinis hæc eſt: quia & hæc planè ſunt inutilia, ſed rectè poſt regulam Catonianam. Nam quædam pro non ſcriptis habentur propter crimen falſi (ſic eſt titulus nonus, *de his quæ ut indig. &c.*

agitur

agitur de delicto, ſive de inutilibus propter delictum. Eſt autem hic titulus nonus, poſterior illo de his quæ pro non ſcriptis, quia illa non omnia propter delictum ſunt inutilia, ſed quædam tantum, ut ea, quæ quis ſibi adſcripſerit quod eſt falſi ſpecies, quædam ex aliis cauſis, & non ex delicto, ut quæ ita ſunt ſcripta in teſtamento, ut legi aut intelligi non poſſint ut quæ ei qui in rebus humanis non eſt, relicta ſunt in teſtamento Sed titulus nonus & ultimus hujus libr. 34 legata omnia ſunt inutilia propter delicta eaque varia. Et hæc de legatis à lib 30: & 4. ſeqq.

XXXV. Liber.

QUIBUS adjunguntur duo libri eodem, hoc eſt, ad legata & fideicommiſſa pertinentes, nempe *liber tr. geſimusquintus*, ad legata potiſſimū, & *lib. 36* ad fideicommiſſa potiſſimum, ut & ait *leg ſecunda*, §. *Quintus C. de vet. iur. enucl.* Nam liber trig-ſimusquintus de lege Falcidia, quæ ad legata & liber 36. de SConſult. Trebell quod ad fideicommiſſa pertinet. Sunt igitur hujus libri 35. 3. tantum tituli, ſed primus non tantum ad legata, verum etiam ad fideicommiſſa, imò ad omnes ferè juris articulos pertinet ad manumiſſiones, tutelas, hereditates, inſtitutiones, donationes, contractus, &c in quibus locum habent conditiones & modi. Sed demonſtrationes in legatis tantum & fideicommiſſis maximè ſunt receptæ. Quia autem regula juris eſt: falſis demonſtrationibus non perimi, non inutilia reddi legata, ut neq; falſis cauſis: *§. huic proxima. & ſeq. Inſt. de leg.* rectè tractatui de inutilib. & tollendis legatis ſtatim adjungitur hic tit. 1. *de cond. & dem.* Dixi hunc titulum ad alios quoq; tractatus pertinere, ſed id factum occaſione tantum: Nam propriè alioqui pertinet ad legata fideicommiſſa, libertates, aliaq; teſtamentis relicta exceptis heredum inſtitutionibus, de quibus ſpeciali titulo jam ante dictum *lib. 28. tit. 7. de cond. inſt* tit. 2. *ad leg. Falc.* rectè hic ponitur, tum quia ut proximi tituli fuerunt de legatis planè fallendis ita hic eſt de illis delibandis, ſive de minuendis: tum quia hactenus dictum eſt, de legatis rectè aut non rectè relictis, ſive de cauſa & primo ortu legatorum, quemadmodum relinquantur: proximum nunc eſt, ut de effectu rectè relictorum agatur tàm legatorum quàm fideicommiſſorum. Ad effectum autem pertinet lex Falcidia, hoc eſt, ad ſolutionem legatorum. Nam heres legata præſtiturus quadrantem Falcidianum detrahit, ſi velit poteſt ènim & integra & illibata reſtituere. *l. ult. C. h. tit.* Huic adjungitur tit. 3. *ſi cui plus quam per leg. Falc. &c.* quo tit. continetur edictum prætoris, ſive ſtipulatio prætoria, ideoque in edicto perpetuo ferè extremo cum aliis ſtipulationibus poſita, ſed à Tribun. huc reducta quia ad leg Falcid. pertinet. Eſt autem titulus ad leg. Falcid. generalis, & hic titulus *ſi cui plus. &c.* eſt ſpecialis, tantum agit de eo caſu, quo heres dubitat, an lex Falcidia locum habere poſſit. Ideoque hic titulus eſt poſterior.

XXXVI. Liber.

Liber 36. quatuor titulos continet, quorum primus eſt *ad SC Trebell.* Ratio ordinis dicta eſt ad Inſtitut. & ad Cod Nam & hic titulus ad effectũ SCti pertinet, ſed fideicommiſſi univerſalis, de quo detrahit heres quadrãtem. non minus atque de legatis. tit 2. *quand. dies legat. vel ſi e comm.* ut omnes reliqui, communis eſt, legatorum & fideicommiſſorum tantum excipitur prior titulus qui proprius eſt fideicommiſſorum & quidem univerſalium, interjectus ibi propter ſimilitudinem cum leg Falcid nempe in quadrantis detractione, ut jam dictum. Hic autem titulus ſecundus ad effectum quoq; pertinet nam de ceſſione hic agitur, cujus ceſſionis effectus eſt, ut legata quorum dies ceſſerit, ad heredem quoq; legatarii tranſeant Sed neq; ad legatarium, neq; ad heredem ejus legata perveniũt, prius quàm heres detraxerit quadrantem: ideoq; prius de lege Falcidia poſterius de ceſſione hic agitur titulo ſecundo. Quem ſequitur titulus tertius, *ut leg. vel fid. cauſa cav.* quo continetur cautio prætoria, quæ legatorum dicitur, idooque hic poſita, à Tribun cum in edicto fuerit extremo, ubi de ſtipulat. ut indicant inſcriptiones legum. *l. l. 3. 14. h.* Ut autem ſupra lib 35 titulo 30 eſt ſtipulatio qua cavetur heredi ut ne amittat Falcidiam ita titul. hoc ſtipulatio eſt qua cavetur legatario, ut ipſi legatum ſit ſalvum in diem forte aut ſub conconditione relictum, ne pendente conditione heres legatum perdat. Ratio ordinis eſt, quia & hic titulus ad effectum pertinet. ut ſuo tempore legatũ præſtari poſſit. Sed hic dices illud, quando dies, &c poſterior eſt quia ille eſt magis generalis, pertinens ſcilicet ad omnia legata tàm pura quàm in diem, aut ſub conditione: hic magis eſt ſpecialis. tantum ad legatum in diem, aut ſub conditione relictum pertinens. Eſt & altera ratio, quia dies cedit ſæpè ante petitionem hujus cautionis, nempè in legatis puris, in quibus dies cedit ſtatim à morte teſtatoris, cum hæc cautio demum poſt mortem petatur, titulus quartus, *ut in poſſ. legat. &c.* Ratio ordinis eſt quia prius petitur cautio de conſervandis legatis, quam ſi heres nolit præſtare, tum legatarius petit, & impetret miſſionem in poſſeſſionem legati, quod eſt ultimum remedium, ut dictum ad Cod. *lib. 6. tit. 45. ut in poſſ. legat. &c* ubi ſub uno eodemque titulo & miſſio & cautio ſive ſatiſdatio continentur. Et hæc de quinta parte, ejus libri & tit. quæ pars de teſtamentis dicitur, ut ſupra dictum.

De VI. Parte Digeſtorum.

XXXVII. Liber.

Sexta parte initio eſt liber 37. qui eſt totus de bonorum poſſeſſionib. imo & liber 38 ex parte nempe uſq; ad titulum decimum ſextum de eadem agit. Et hujus quidem libri trigeſimi ſeptimi, ſunt quindecim tituli. Itaq; articulus, ſive tractatus *de bon. poſſ.* hic in ff trigeſimus titulus explicatur de quibus eſt tantum unus in inſtit. & in C. ſunt 13. lib. 6. Cur autem

in Cod.

in Cod. prius de bonorum poſſeſſionibus agatur poſterius de teſtamentis ſive hereditatibus in ff prius de hereditatibus & poſterius de bonorũ poſſeſſionibus dictum eſt ſupra ad initium tituli, *qui teſt. fac. poſſ. lib. 28* Horum autem triginta titulorum *de bon poſſ.* inter ſe ordo primum generalis hic eſt: ut cum bonorum poſſeſſio ſit duplex, ut & hereditas una ex teſtamento, altera ab inteſtato prius agitur de illa ex teſtamento, nempe hoc lib 37 & initio libri 38. *tit. 1. & 4. ſeqq.* Ratio ordinis eſt ſupra ad edictum. Deinde bonorum poſſeſſio, ut & hereditas rurſus eſt duplex, aut ingenuorum aut libertinorũ, & de illa ingenuorum prius agitur, nempe hoc lib 37. uſq; ad titulum decimumquartum, *de iure patron.* & ab eo poſtea agitur de libertorum ſucceſſione, uſq; ad finẽ hujus libri, & libri ſeq. *tit. 1. & 4. ſeqq* uſq; ad ſextum titulum *ſi tab teſt. nullæ exſtab.* Ratio cur de ingenuis prius agatur, dictum in Inſtitut. Cur ergo inquies in Cod fit contra? ubi prius de libertis eorumq; ſucceſſionibus agitur. *lib. ſcilic. 6. tit. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.* Ratio hæc eſt, quia in Cod. initio libri ſexti, *tit. 1. &* 2. agitur de ſervis fugitivis & libertis ideoq; ſtatim his duo tituli adjunguntur, & alii tituli de libertis ut omnia de libertis conjunctim, & continenter explicentur. At in ff. nulli hic ſunt tituli ante bonorum poſſeſſionẽ qui agant de libertis & ſervis. Cur autem ſint in Cod ibi dictũ? Rurſus bonorum poſſeſſio poteſt tertio dividi in paganam & militarem: ſed hæc eſt ſubdiviſio nempe bonorum poſſeſſionis teſtamentariæ Et primum quidẽ de teſtamentaria paganorum. uſque ad titulum decimumtertium. poſtea de militum agitur d. titulo decimotertio. Ratio ordinis nota eſt, quia urbana militaribus præponũtur. Poſtremo paganum ſubdividitur quoq; bifariam, in contra tabulam & in ſecundum tabulam. Et prius quidem de illa, uſq; ad titulum undecimum, poſterius de iſta, *dict. tit. 11. de bon. poſſeſſ. cont. tabul. & 2. ſeqq* Ratio dicta ad edictum. In Cod. tamen ſecundum tabulam eſt prior. Ratio ibidem. Ergo hujus libri 37. titulus primus eſt *de bon. poſſ.* qui eſt generalis definitionem & alia generalia continens titul. 2. *ſi tab. teſt. exſtab.* qui jam eſt ſpecialis. Nam ut dictum bonorum poſſeſſio vel eſt teſtamentaria, hoc eſt, *ſi tab. teſtam. exſtab.* vel eſt ab inteſtato de qua lib 38 titulo ſexto, *ſi tab. teſt. null. &c.* tit 3. eſt *de bon poſ. furioſi. &c* Ratio ordinis eſt, quia primum de perſonis, quibus datur bonorum poſſeſſio ex teſtamẽto, *tit. 2.* deinde adjungitur titulus tertius, de perſonis quibuſdam, de quibus dubitari poteſt, an & quemadmodum iis detur, titulus quartus eſt, *de bon. poſſ. cont. tab.* Ratio ordinis eſt, quia priores tituli ſunt generales & primus quidem maximè generalis, hoc eſt communis tam bonorum poſſeſſioni ex teſtamento, quàm ab inteſtato 2. vero & 3 minus generales cõmunes ſcil eorum tantum, quæ ex teſtamento. At ex teſtamẽto poſſeſſionum ſunt duæ ſpecies, ut ſupra de contra tab. & ſecundũ tabul[illegible]s. Hinc jam eſt ratio ordinis quæ poſtulat ut tit generalib adjungantur ſpeciales. Cur autem prius hæc ſpecies, nempe cõtra tab. ponatur

quam

quam ſecundum tabulas ſupra dictum ad edict. Ad hanc autem ſpeciem pertinent hic 7. tit. ut h tit. 4. *de bon. poſſ. cont. tab.* qui eſt in hac ſpecie velut generalis. Cui adjungitur tit. 5. *de legatis præſtandis*, & huic tit. 6. *de collat. bon.* Ratio ad edictum. Et huic tit. 7. *de dotis collat.* Ratio eſt, quia prior de omni collatione ut generalis hic ſpeciem collationis continet, nempe doté. Húc ſequitur tit 8. *de conjungend. cum emanc p. lib.* & hunc titulus *de vent. in poſſ. mitt.* & hunc tit. 10. *de Carb. ed.* Ratio ſupra ad edictum ſequitur titul. 11. *de bon. poſſ. ſec. tab.* Ratio ad edictum cui proximus eſt tit. 12. *ſi a parente quis manumiſſ.* Ratio ordinis eſt, quia adhuc expoſitum, de bonorum poſſeſſione ingenuorum ex teſtamento tàm contra, quàm ſecundum tabul. teſtamenti, proximum nunc erat adjungere, de bonorum poſſeſſione libert. ut & in edictis ſupra dictum & factum. Sed hic in ff. interjiciuntur 2. tituli, nempe 12. *ſi a parente, &c.* & 13 *de bon. poſſ. ex teſt. mil.* Ratio hæc eſt. quia & hæ poſſeſſiones ſunt ingenuorum nempe filii fam. quæ datur parenti manumiſſori: & militis, quæ datur ſcripto heredi in teſtamento militari. Cur autem prius de filiofam. quam de milite agatur, hæc eſt ratio, quia urbana præponuntur militaribus. At titulus de filiofam. pertinet ad teſtamentum urbanum ſive paganum, ut titulus de milite ad militare. Et hic Tribun diſceſſit ab ordine edicti. Nam hic de milite agitur ante libertum Ratio edicti ſupra ad Ed. PP. Ratio ff. modo dicta quia ſcilicet teſtamenta ingenuorum tàm pagana quàm militaria teſtamentis libertorum, Tribun. putavit anteponenda. Titulus 14. eſt *de jure patronatus*. Ratio ordinis eſt, quia poſt teſtamenta ingenuorum jam proximum eſt, ut de teſtamétis libertorum agatur, ut & in edicto ſupra dictum. Sed in edicto tantum de poſſeſſione bonorum contra tabulas libertorum, ut & in C. lib. 6. tit 13. *de bon. poſſ. libert. cont. tab.* ſed in ff. non tantum *de bonor. poſſeſſion. cont. tab. liberti*, hoc eſt, de uno jure, quod patronis competit: ſed ejus occaſione arrepta, omnia alia jura patrono competentia hic ponuntur, quæ in Cod. nonnihil ſeparantur. Et reliqua quidem patroni jura in Cod. ponuntur. *initio lib. 6. tit. 3. & 3. ſeqq.* De poſſeſſione vero paulo poſt ſecundum ordinem edicti, nempe titulo decimotertio agitur. Quod igitur ad ff. attinet, titulus decimusquartus eſt de jure patronatus quia eſt generalis inter titulum ſeptimum de libertis, ſive de omni jure patronorum in perſonas & bona liberti. *tit. 15. eſt de obſeq. parent. & patron. &c.* Ratio ordinis eſt quia patronorũ jura, licet multa, tamen ad duas ſummas ſpecies revocari poſſunt: perſonarum & bonorum ſive rerum. Itaque poſt titulum generalem, ſpecies illa de perſonis prius exponitur *titulus decimusquintus, & titulus primus, lib. ſeqq.* Perſonarum enim jura ſunt obſequia, & operæ, ſed de obſequiis prius agitur, tum quia obſequia ſunt honeſtiora jura, operæ ſunt viliores, & magis ſerviles tum quia titulus 15. *de obſequiis*, eſt communior, titulus *de operis* eſt ſpecialior, quia titulus deobſe-

de obſequiis pertinet tàm ad liberos quàm ad libertos, tàm ad parẽtes quàm ad patronos, titulus de operis tantum ad libertos.

XXXVIII. LIBER.

Liber trigeſimus octavus videtur trimembris. Nam 1. membro, hoc eſt, *titulo primo & quatuor ſeqq.* reliqua de libertis. 2. de bonorum poſſeſſione ab inteſtato. *tit. 6. & 9. ſeqq.* 3. de hereditatibus ab inteſtato. *tit. 6. & ſeq.* agitur. Sunt autem hujus libri tit. 17. quorum primus eſt *de op. lib.* Ratio dicta ſupra de obſeq. tit 2 eſt *de bon. libert.* Ratio itẽ ibi dicta, quia ſcil. priore ſpecie de jure patroni in perſonam liberti expoſita, conſequens ſit ut de altera, hoc eſt, de bonis agatur. Et hoc tit. propriè jam agitur de bonorũ poſſeſſione patrono competente in bona liberti, tit. 3. eſt *de libertis univerſitatum.* Ratio ordinis eſt, quia titul. 2 & priores ſunt de omni liberto in genere hic tit eſt ſpecialis de liberto alicujus corporis, ut municipii, collegii &c. tit. 4. eſt *de aſſignatione libert.* quia ſpecialis eſt ſive ſingularis potius. Nam eo agitur de aſſignatione qua ſcilicet à patre duorum aut plurium liberorum aſſignatur vni ex eis libertus. ut ille nunc ſit liberti patronus. Videtur & hæc eſſe ratio ordinis, quod hęc aſſignatio ſit jus novum, tempore Claudii primum inductũ, *l. 1. h.* cum priora jura ſint antiquiora. 5. eſt *ſi quid in fraud. patr.* qui eſt vltimus de libertis & jure patronorũ. Ratio, quia de fraude & delicto agit. Et hæc de bonorum poſſeſſione ex teſtamento. Nunc de iis quę ab inteſtato, de quibus eſt titulus ſextus. *ſi tab. teſt. nul.* Ratio ordinis dicta ſupra ad Cod. & edictum. Cui proximus eſt titulus ſeptimus. *unde legit.* & huic titulus octavus *unde cogn.* Ratio dicta ad edictum. Hunc ſequitur titulus nonus, *de ſucceſſ. edict.* Ratio vt intelligatur, meminiſſe oportet, quod ſupradictum ad edictum, ubi indicavi, prætoris edictum bimembre fuiſſe. 1. de tempore intra quod peti aut cognoſci debeat bonorum poſſeſſio. 2. membrũ de ordine ſucceſſionis, ut primo ſuis heredibus detur bonorum poſſeſſio, deinde legitimis quæ duo membra in edicto coniuncta, hic in ff. ſunt diſiuncta. Nam de tempore hic agitur, tit. nono, *de ſucceſſ. edicto.* de ordine agitur infra *tit. 15 quis ordo, &c.* Ratio ff. cur hæc ſeparavit Tribun. videtur hæc eſſe, vt ſcil. pars ea de ordine ſit proxima hereditati legitimæ, ſive ab inteſtato, propterea quod & hic ordo ſit eorum qui ab inteſtato bonorũ poſſeſſionem petunt, maximè cum & gradibus cognationum Tribun. in ff. tit. hoc loco ponendum putarit, ſtatim ſcilicet poſt tit. vnde liberi, unde legitimi, unde cognati. Nam *titulus 10.* eſt *de gradib. & affinib. &c.* Ratio ordinis eſt, quia modo dictum eſt, de bonorum poſſeſſione quæ datur liberis, agnatis, cognatis, &c. ideoq; mox rectè hic adjungitur tit. de gradibus. Quæ diſputatio, ad liberos, agnatos, & cognatos ptinet. Eſt & hæc ratio. quia in ſucceſſorio edicto ordo cognationis & gradus diligenter attendi debet, ut ſciatur 1. de tempore (nam aliud tempus datur parẽtib., & liberis, aliud cæteris agnatis. *l. 3. §. ſi intra. §. largius.*

de ſucceſſ. edict.) Deinde ut ſciatur ordo, ſcil quo ordine cognatus cognato ſuccedat in bonorum poſſeſſione ex edicto ſucceſſorio Et hæc eſt ratio, cur hic tit. de ſucceſſorio edicto quod ad tempus attinet, fuerit poſitus hoc loco, ſtatim poſt titulum, unde cognati, & ante tit. de gradib. Cum in edicto perpetuo fuerit hoc edictum poſitum inferius, nempe poſt omnes ſpecies bonorũ poſſeſſionis ab inteſtato ut & in ff. pars huius edicti, quæ eſt de ordine adhuc eum locum retinet. nempe tit *15. quis ordo in bon. poſſ.* titulus 11. eſt *unde vir. & ux.* Ratio ſupra dicta ad Cod. Hunc ſequitur tit 12. *de ve eran. & mil. ſucceſſ.* Ratio ordinis eſt, quia ut ſupra libro 37. tit 13. *de bon. poſſ. ex teſt. mil.* poſt paganum teſtamentum, ita & hic poſt paganorum ab inteſtato bonorum poſſeſſionẽ, agatur de veteranorũ & militum ab inteſtato ſucceſſione ſive bonorum poſſeſſione. tit. 13 eſt *quibus non competit bon. poſſ.* Ratio hæc eſſe videtur, quia hactenus de ijs, quib. competit, tam ex teſtamento. quam ab inteſtato, nunc de ijs quibus non competit, quod quia ex delicto fit rectè quoq; hic tit. in fine ponitur, ut ſupra dictum ad edictum eoque magis hoc tit 13. convenit tit. 12. quia in utroque de delicto tit. 14. eſt *ut ex ll. SCtis v. &c* Ratio ſupra ad edictum. Hunc ſequitur tit 15. *quis ordo in bon poſſ. ſerv* Ratio iam dicta ſupra tit. 9. Huic proximus eſt tit. 16. *de ſuis & legit. &c.* Ratio dicta iam ſupra ad tit. 1. libri 37. quia adhuc, hoc eſt, à libri 28. tit. *qu teſtamenta fac. poſſ.* & ſeqq. uſque ad hunc titulum explicatum eſt de hereditate ex teſtamento. Reſtat altera ſpecies hereditatis, quæ legitima ſive ab inteſtato dicitur, ad quam pertinet hic titulus 16. *de ſuc. legit. cum ſeqq.* Idem ordo eſt in Cod. & Inſtit. ubi eſt ratio dicta. Sed in Inſtit. prius de legitima hereditate, poſterius de bonorum poſſeſſione agitur, quod contra fit in ff & Cod. Ratio ff & Cod. eſt, ut ſcil propius ad ordinẽ edicti accedatur in quo edicta de bonorũ poſſeſſione fuerunt præpoſita edictis ad legata & fideicommiſſa pertinentibus, ut dictum ſupra ad edictum. Rectè autem hic titulus 16. præcedit titulũ 17. *de SC. Tertull.* quia legitima hereditas. vel eſt ex antiquis legibus, ſcil ex 12. tab. Nempe legitima ſuorum ſive agnatorum, vel ex novis legib. ut matris, liberorum matri ſuccedentium, puta ex SCtis. *l. 1. 2. & 3. ſupra de pet. hered.* Veteres enim leges & ſucceſſiones novis ſunt præferendæ. In edicto autem de ſucceſſionib. ab inteſtato nulla edicta fuiſſe videntur ſed tantũ de bonorũ poſſeſſione ab inteſtato quia hereditates ſunt civiles bonorũ poſſeſſiones ſunt prætoriæ. & ad edictũ prætoris pertinentes, ut alibi dictũ.

XXXIX. Liber.

Liber 39 tria ferè continet I. De ſtipulationibus prætorijs, operis novi, damni infecti. II. De publicanis. III. De donationib ut & indicat. *l. 2. §. 6 verſ. poſt hæc. C. de iur. vet. enucl.* Continet autem tit 6. quorum 1. eſt *de nov. op. nunc.* Ratio ex edicto pendet. Nam & in eo poſt edicta de bonorum poſſeſſione teſtamentis, legatis poſitum fuit edictum de novi operis nunciatione. Cuius

ne. Cuius ratio ad Edictum fuit expoſita. tit. 2. eſt *de damno inf.* tit. 3. *de aq. & ao. plnv. &c.* Ratio ordinis dicta ad Edictũ, tit. 4. *de publ. & vect.* Ratio itẽ ex Edicto pẽdet. quæ ſupra eſt expoſita tit. 5. eſt *de donationib.* Cuius ratio ut intelligatur ſciendũ Trib hic migraſſe ordinem Edicti Nam tit. *de public.* prior fuiſſe videtur titulo *de lib. cauſa*, ut ſupra ad edictum ubi & ratio ordinis expoſita eſt Cur autem & in ff. alius ſit ordo, hoc eſt, cur in ff prius de publicanis de liberali cauſa agatur, hæc videtur eſſe ratio quia hoc libro 39. Tribun. diverſa voluerit complecti & conjũgere, ut poſtea commodius uno loco & longum & totum tractatum de liberali cauſa ſive manumiſſionibus & liberali cauſa non interruptum diſponere melius poſſet. Itaque & hic de donationibus interjecit de quibus tamen in Edicto nihil reperio, & longè inferius Juriſconſulti de iis tractant, ut Paul. *lib. 5. ſent. tit. 11.* nempe poſt interdicta & ſtipulationes quem ordinem & Imp. in Cod. tenet *lib. 8.* Non autẽ ſine cauſa cum *tit. 4. de publ.* adjungitur *tit. 5. de donat.* Nam ut donationes ſive dona ſunt munera, ita & vectigalia ſunt munera, ſed vectigalia ſunt munera, quæ præſtantur Reip. & ſunt neceſſaria donationes ſunt munera privatorũ plerumq;. & non neceſſaria, ſed ex liberalitate profecta *l. 1. h. tit. de donat.* Quem ſequitur *tit. 6, de mort. cauſ. donat.* Ratio ordinis eſt, quia tit. 5. eſt generalis tit. 6. eſt ſpecialis continens ſpeciem donationis, quamvis & tit. 5 ſpeciem donationis eam ſcilicet quæ eſt inter vivos contineat. Sæpè enim fit, ut idem tit. partim ſit generalis. partim ſpecialis, ut *d. tit. Inſtit. de tutel.*

XL. LIBER.

TOTUS eſt unius argumenti, nempe de libertate ac ſervitute, ſive illis, quæ ad illa pertinent & cõtinet tit. 16. Ratio ordinis partim ex Edicto pendet in quo poſt actionẽ aqua pluv arc. poſita fuit actio & Edictum de liberali ut ſupra dictũ ad Edictum, ſed in ff. inter has duas actiones, & de liberali cauſa interjecti ſunt duo *tit. de public. & don.* Ratio interpoſitionis jam dicta ſupra. Neq; ſine cauſa donationem ſequitur libertas, quia & libertas plerumq; ex donatione ſive liberalitate contingit, unde ſummũ beneficium dicitur. *l. 1. ſupra de bon. lib. rt. & apud Tertull.* Et ut donatio eſt aut inter vivos, aut mortis cauſa, ita & libertas datur aut inter vivos (ut vindicta) aut teſtamento. Eſt ergo libertatis donatio, velut ſpecies donationis; & quidem quæ ſervo fit, cũ priores donationes liberis plerumq; hominib. fiant, ut meritò de donationibus prius agatur, poſterius de libertate. Ea aute manumiſſionibus datur, ideoq; initio hujus lib. 40 primum agitur de manumiſſionibus Nã ibi agit de modis dandæ libertatis, in Edicto, tantum fuit Edictum de actionibus ob libertatem. Sed Tribun. hac occaſione arrepta totam tractationẽ de libertate & ſervitute, hoc loco una explicandã putavit, ut & alias in ff ꝓpter actionẽ etiam de cauſis actionis (ut de contractu, de dote,) ſimul explicare ſolet quamvis in Inſtit propter adoleſcentes diſtinguantur

cauſæ ab actionibus, ut alias dictum. Cauſa igitur ſive modus libertatis eſt manumiſſio. Itaq; 1. tit. hoc libro 40. eſt *de manumiſſ. titul. 2. eſt de manumiſſ. vind.* quia primus eſt generalis, hic ſecundus eſt ſpecialis, continens ſcilicet ſpeciem manumiſſionis, quæ dicitur vindicta. Quo pertinet *tit. 3. de manumiſſ. quæ ſervis, ad univerſitatē, &c.* Nam & hic tit ad tit. de manumiſſionib. vindicta pertinet. Eſt autē poſterior, quia tit. 2. eſt de vindicta omniū, & eſt frequētior, ſed hic tit. eſt de vindicta univerſitatis, & collegii tantū, & infrequentior. ſic & ſupra lib. 38. *tit. de libert. univerſ.* Hūc ſequitur *tit. 4. de manumiſſ. teſt.* Ratio ordinis dicta ad Cod. *lib. 7.* tit. 5. eſt *de fideicommiſſ. libert.* Ratio ibi ad Cod tit. 6. eſt *de adempt. libert.* Ratio eſt q a prius ſemper de dādo, poſterius de adimēdo agatur. tit. 7. eſt *de ſtatu lib.* Ratio videtur eſſe quia adhuc dictum eſt de libertate danda, & adimenda; nunc agitur de ſervi libertate quę dicitur ſtatulibertas. ideoque poſterius de hac agitur. titulus 8 eſt *qui ſine manumiſſ. ad lib. &c.* ratio eſt quia adhuc dictum eſt de uno modo ſive de cauſa libertatis, nempe manumiſſione, qui eſt modus frequentior & antiquior: Eſt & alius, nempe lex ut ſcilicet lege, ſive ipſo jure & ſine manumiſſione fiat liber de quo hoc tit. Quem ſequitur tit. *9. qui & à quib. manumiſſ. &c.* Ratio eſt, quia prius & hactenus de iis qui liberi fiunt, nunc de iis, qui non fiunt, ob delictum aut fraudem aliquam, ideoq; de ipſis agitur poſterius *tit. 10. de jure aur. annul.* Ratio ordinis, q a poſt libertatem jam datam manumiſſi, cū ſint libertini, ſolēt interdum beneficio principis ius ingenuitatis impetrare qui modus dicitur jus aurei annuli de quo h Cui rectè adjungitur *tit. 11. de natal. reſtit.* Ratio ordinis, quia & hic tit eſt modus ingenuitatis reſtitutio nataliū, ut ille jus annulorum: ſed hic modus eſt rarior quia plenior Nā reſtitutione natalium patronus amittit jus ſuum in libertum. utpote planè ingenuū. Sed in jure aurei annuli non amittit jus ſuum patronus. *. ult. ſupra de jur. aur. annul.* Quare non tàm facilè cōceditur reſtitutio, quàm jus aurei annuli. *l. ult. h.* tit. 12. eſt *de liber. cauſ.* Ratio ordinis, quia hactenus dictū eſt, de cauſa ſive libertate, quibus ea detur vel adimatur. Nūc de actione qua agatur de libertate. Huic adjungitur *tit. 13. quib. ad libert. proclam. nō lic.* Ratio ordinis eſt, quia prior *tit. de lib. cauſ.* eſt de iis, quib datur actio, de libertate, ſive de iis, quib. proclamare licet ad libertatem hic tit. eſt de iis, quibus non licet. tit. 14. eſt *ſi libertus ingenuus eſſe dicatur.* Ratio ordinis eſt quia & hic tit. eſt de actione, ut duo priores, ſed duo priores, ſunt de actione præjudiciali, qua quæritur, ſervus an liber quis ſit. Eſt & tertia præjudicialis actio (ſunt enim tres hujus generis actiones, *§. præjudiciales. de act.*) qua quæritur filius an nō quis ſit alterius, de qua. eſt *tit. 3. de agnoſc. & alend. lib.* ſupra lib. 25. Reliquæ duæ huc ſunt rejectæ: quia hoc libro de libertate & ſervitute agitur. Ratio ordinis autem cur actio de libertate prius, & actio de ingenuitate poſterius hic ponatur eſt, tū quia hoc libro maximè agitur de libertate, tum q a ſervitus & libertas prior eſt, quam eſſe libertinum. Nam ut quis ſit liber-

tinus, ne-

tinus, neceſſe eſt, ut prius fuerit ſervus *initio Inſtit. de liberi* titul. 5. eſt, *N. de ſtatu def. &c.* Ratio ordinis eſt, quia hic titul. eſt de exceptione ſive præſcriptione temporis, hoc eſt, quinquénii: Ordinis autem ratio poſtulat, ut prius de actionibus, poſterius de exceptionibus agatur, ut dictum ſupra libro 4. Inſtit. Cui adjungitur *tit. 16. de colluſ. deteg.* Ratio ordinis eſt, tum quia & hic temporis quinquennii, ut & in priore tit. præſcriptũ eſt volẽti detegere colluſionẽ qua colluſione quis pronunciatus fuit ingenuus colludẽte ſcilicet adverſario, & id agente, ut vincatur: tum quia hic tit. continet delictum nẽpe colluſionem, ideoq; meritò eſt ultimus, tum deniq; quia agit de ſentẽtia pro ingenuitate reſcindenda & retractanda, ideoq; rectè poſt actionem de ingenuitate, de qua ſupra *tit. 14. ſi liber ingenuus eſſe &c.* ponitur.

XLI. LIBER.

Liber 41. de poſſeſſione potiſſimum agit, ejuſq; natura & effectis. Ratio ordinis eſt petenda ex Edicto Perpetuo in quo poſt actiones & judicia, tandem de fine judiciorum agitur, ut de ſententia & miſſione in poſſeſſionẽ, ut ſupra dictum ad Edictum. Ut igitur miſſio in poſſeſſionem melius intelligatur, prius de ipſa poſſeſſione explicandum putavit Tribun. quod idẽ factum eſt & in Cod. Præterea hic tractatus de poſſeſſione non tantũ ſervit ad proximè ſequentem tractatum de miſſione in poſſeſſionem, ſed & ad alterũ ei proximum de interdictis, quæ potiſſimum ſunt de poſſeſſione, ideoq; in Inſtit. de poſſeſſione agitur *initio tit. de interd. Et. & §. poſſidere eod.* Cõtinet autem hic liber tit. 10. quorum primus eſt *de adquir. rer. dom. n.* qui tit. hic ponitur propterea, quod dominia ex poſſeſſione primum ſunt cœpta *l. infra de adquir. poſſ.* Cur autem cum poſſeſſio ſit prior dominio ordine naturæ; ut jam dictum tamen hic dominium ſit prius ordine ſive priori loco ponatur, dignitas & præſtãtia eſt in cauſa Con. *lib. 3. c. 3.* aliam rationem adfert, hãc ſcilicet quia dominiũ ordine juris & auctoritate eſt prius poſſeſſione, hoc eſt, nõ poteſt eſſe juſta poſſeſſio, niſi prius adſit dominium ſeu titul. potius & cauſa juſta. Nam cum in rebus noſtris duo præcipua ſint jura, dominium, & poſſeſſio longè potius & præſtantius eſt dominium, quam poſſeſſio: itaq; *tit. 2.* eſt *de adquir. vel amitt. poſſ.* Quem ſequitur *tit. 3. de uſurp. & uſuc.* Ratio ordinis eſt, quia uſucapio eſt quaſi effectus poſſeſſionis. Nam uſucapio eſt per poſſeſſionem adquiſitio dominii, *l. 3. h.* Et inde nomen quoq; habet. Uſus enim interdũ eſt idem, quod poſſeſſio, licet propriè differat, *l. 115. quæſtio eſt. de verb. ſignif.* Cum autem uſucapionis multæ ſint ſpecies rectè hic titulus 3. utpote generalis præponitur: eumq; ſpeciales ſequuntur, ut *titulus 4. pro empt.* Nam *titulus pro ſoluto*, licet in aliis exemplaribus ff. ante titulum *pro emptore* ponatur, nos tamen librum Florentinum ſequimur, in quo nullus eſt titulus pro ſoluto, & leges ejus tituli ponuntur ſub titulo generali, nempe ſub *tit. 3. de uſucap.* ut ſunt leges iſtæ 46 *pro ſoluti* & 3. ſequent. quæ ſunt ultimæ leges d. l.

tit. generalis Cur autem inter ſpeciales hic *tit. 4 pro emptore* primum locum teneat triplex reddi poteſt ratio. I Quia hęc ſpecies eſt propter contractum emptionis celeberrima. II. Deinde, quia ex contractu emptionis non transfertur dominium ſed tantum ius habere licere, niſi venditor ſit dominus. *l. 1. ſupra de rer. permut.* cum reliqui tituli transferant dominium III. Quia ordo titulorum ſupra obſervatus & hic fuit obſervandus. Nam ſupra prius de emptione, quàm de heredibus agitur Hunc ſequitur *tit. 5. pro herede vel poſſeſſore.* Ratio ordinis jam dicta eſt quia prius de emptione, quam de hereditate vel bonorum poſſeſſione agitur. titul. 6. eſt *pro donato.* Ratio eſt, quia & ſupra prius de hereditatibus, poſterius de donationibus agitur. Quem ſequitur *titul. 7. pro derelicto* Nam & hoc quaſi ſpecies donationis continetur: qui enim rem pro derelicto habet eam velut donare alteri, ſed incertæ perſonæ videtur. *l. 36. quod ſervus. de ſtip. ſerv. l. 5. quæ in fraud. cred.* titul 8. eſt *pro legato.* Nam & legatum eſt ſpecies donationis, ut definito legati indicat. Cur autem prius pro derelicto, & poſterius pro legato agatur. ratio eſt. quia pro derelicto fit inter vivos, legatum relinquitur teſtamento, ſed donationes inter vivos, donationibus mortis cauſa præponuntur, ut dictum ſupra *libro 39. tit. 5. & 6.* Hunc ſequitur *titul. 9. pro dote.* Nam & dos eſt donationis ſpecies. ſed hæc ſpecies eſt valdè ſpecialis, tantum conjugum propria, ideoque ultimum locum hic tenet: quamvis. in Cod ultimum locum teneat titulus *pro herede*, propterea quod titul pro herede, ſit ſæpè falſus, non verus titul. nempe cum quis opinione eſt heres, putat ſe heredem. Hic autem tit. ultimus ſive 10 eſt *pro ſuo,* quia hic titul. eſt tanquam acceſſorius, & ſupplementi loco, cum ſcilicet alij tituli deficiunt, tum iſtæ ſuccedit. Deinde hic tit. etiam prioribus titulis cohæret, ut ſi mihi res tradita ſit tit. emptionis; uſucapio eam & tit. emptionis & pro meo. Nam etiam ante uſucapionem eam poſſideo pro meo, *l. 1. & 2. hic.*

XLII. Liber.

Liber 42 eſt de fine judiciorum, ut de ſententia & exſecutione, & miſſione in poſſeſſionem. Ratio ordinis expoſita eſt ſupra ad Edictum. continet autem hic liber tit. 8. Sed id admonendum, quod ante hunc librũ. nempe *lib. 41. tit. ult* diximus pro ſuo cum tamen in indice præfixo ff. Flor. poſt *tit. pro ſuo,* ponatur etiam alius tit. nempe *communia de acceſſ. poſſeſſ* quod meritò mirari quis poſſit. Et fortaſſe labes aliqua hic facta eſt, ut admonet Cujac. *hic in Parat.* Et ſanè in Cod. poſt ſpecies poſſeſſionum (ut pro emptore, pro donato, &c.) tandem ponitur hic *tit. communia de uſucap.* ut ita & hic quoq; fortaſſe eodem modo conceptus titul. fuerit poſitus. Sed nullum fuiſſe hic poſitum arbitrari licet: Nam illi tituli. qui ita ſunt concepti (*communia de &c.* tantum in Cod. reperiuntur, ex quo illa verba in indicem Florent. videntur irrepſiſſe ita in Cod. eſt *titul. communia utriuſque judicii,* & *titul. communia de ſuc-*

de ſucceſſ. & tit. communia de uſucap. & etiam *communia præd.* Hujus igitur libri 42 primus tit. eſt *de re judic.* hoc eſt, de ejus ſententia & effectu, ut eſt executio & actio judicati, quæ ex ſententia oritur tanquam ex cauſa. Ratio ordinis expoſita eſt ſupra ad Edictũ, quia ſcilicet in extremis judiciorum hæc ſunt prima, ſententia & executio. *tit. 2.* eſt *de conf.* Ratio eſt ꝑpter ſimilitudinẽ confeſſi cum judicato. De judicato eſt tit. 1. de confeſſo eſt tit. 2. quia cõfeſſus pro judicato habetur, & eſt ſpecies quaſi judicati, *l. 1. h.* tit. 3. eſt *de ceſſione bonorũ.* Ratio ordinis hæc eſt, q̃a ſcilicet poſt ſententiã & rem judicatã, ſi condemnatus non faciat judicatũ, ſolet actor mitti in poſſeſſionẽ judicati ſive rei, niſi reus ante bonis cedat. Hac enim ceſſione reus effugit ſive prævertit miſſionẽ & poſtea demũ bona creditorib. diſtrahenda dantur Et hinc eſt quod hunc *tit. de ceſſione* ſequitur *tit. 4. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Idq́; factũ in C. *l. b 7. tit. 71. & 72.* ſed in Cod poſt *tit. de judicatis & confeſſis* non ſtatim ſequitur *tit de ceſſione bonorum*, ſed ceſſioni præponitur appellatio, omneſque tit. ad appellationem pertinentes, nempe *tit. 61. & 9. ſequen dict. lib. 7. Cod.* cum tamen appellatio in ff. rejecta ſit infra poſt tractatum de criminibus. Ratio differentiæ dicetur infra ad *tit. de appell. lib. 49.* Huic autem tit. 4 proximus eſt tit *5. de reb auct. jud. poſſ.* Ratio eſt perſpicua, quia miſſionem in poſſeſſionem bonorum, de qua tit. 4. ſequitur ipſa poſſeſſio, & poſtea diſtractio ſive venditio. Hic enim eſt ordo, ut creditor in poſſeſſionem mitti deſideret, deinde ut poſſidere deſideret (aliud enim eſſe in poſſeſſione, aliud poſſidere, *l. 3. §. ult. de adquir. poſſ.*) & tandem deſideret à prætore venditionem, & diſtractionem bonorum, ut & ſupra dictum ad Edictum titul. 6. eſt *de ſeparat.* Sic enim in ff. Flor. tituli diſtinguuntur, ſed in aliis inter *titul. 5. de reb. auct. jud. poſſ.* & *titulum de ſeparationib.* interponitur alius titul., *de privileg. cred.* ut & ſupra ad Edictum dictum, ſed nos Flor. ff. ſequuntur, ut emendatiores. Ratio ergo hujus tituli, *de ſeparationib.* hæc eſt: quia titulus 5. fuit de vendendis rebus debitoris. ad quam venditionem pertinet ſeparatio, ut ſi debitor heredem relinquat filium, ſive ſuum & neceſſariũ, ſolet hic filius impetrare ſeparationem bonorum, ut ſcilicet creditores vendant bona tantum propria debitoris defuncti, non vero ipſius filii, ut heredis: deinde ſeparantur quoq́; creditores hereditarii ab aliis, hoc eſt, creditores defuncti à creditoribus heredis in venditione bonorum, de qua utraque ſeparatione bonorum, inquam, & creditorum agitur hoc tit. Quem ſequitur tit. 7. *de curat. bon. dando.* Ratio eſt, quia & hic titulus ad venditionem pertinet, & ad miſſionem. Nam creditoribus in poſſeſſionem miſſis curator eorum conſtitui ſolet à prætore qui bona cuſtodiat, adminiſtret, & venditiõi præſit à Cic. pro Quinctio dicitur magiſter, de quo *infr. t. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. titul. 8. quæ in fraud. cred.* Ratio ordinis eſt, quia & hic ad eandem cauſam creditorum pertinet ſed eſt ultimus, quia de fraude & delicto agit ut dictum ſupra in fine libri 7. Cod. & ſupra ad Edictum.

XLIII. Li-

XLIII. LIBER.

LIber 43 eſt tantum de interdictis. Ratio ordinis petenda eſt ex edicto perpetuo ubi idem eſt ordo, & in Cod. li. 8. & expoſita ſupra ad edictũ Continet hic liber titulos 33. quorum 1. eſt *de interdictis*, quem ſequuntur 32. ſpeciales, hoc eſt; ſpecies interdictorum continentes: Inter quos primum locum tenet interdictum *quorum bonorum*, titul. 2. tit. 3. *quod legatorũ*. Ratio ordinis de utroque titulo dicta ad edictũ titulo 4. *Ne vis fiat &c.* in quo Trib. receſſit ab ordine edicti perpetui, in quo poſt interdictum, *quod legatorum*, ſtatim erat interdictum, *de tabulis exhibendis*: Sed hic in ff. inter ea duo interdicta interiecit hoc interdictum *ne vis fiat*; quod in edicto tamen ferè fuit ultimum inter edicta de interdictis, ut ibi dictum. Ratio ordinis autem in ff. videtur eſſe, quia ſcilicet huius interdicti, etſi uſus eſt generalis, *l.1. §.1. hic* (Pertinet enim ad omnes in poſſeſſionem miſſos à prætore) habet tamen aliquid ſpeciale in legatis, ſive in miſſione in poſſeſſionem legatorum cauſa. Speciale hoc eſt, quod hoc interdictum ſive actio in factum in alijs cauſis ſive miſſionibus in poſeſſionem eſt tantum annua, in legatis non item, *d. l. 1. hic*. Quod ſpeciale ius in legatis puto moviſſe Tribũ. ut tit. 3. ſtatim adjungeret hunc tit. 4. *ne vis fiat, &c.* quem ſequitur tit. 5. *de tab. exhib.* & hunc tit 6. *Ne quid in loco ſacro, &c.* Ratio ſupra ad edictũ. A quo edictũ rurſus nonnihil diſceſſit Tribun. Nã in edicto poſt interdictũ de loco ſacro, erat interdictũ de loco religioſo, quod hic in ff. omiſſum eſt, quia iam ante poſitũ *lib. 11. tit. ult.* Ita poſt titulum 6. ſtatim eſt titulus 7. de locis & itin. pub. Quem rectè ſequitur titulus 8. *Ne quid in loco publ. vel itinere fiat*, quia ſpecialia interdicta nunc publica ſequuntur, inter quæ, quia hoc interdictum, *ne quid in loco publ. fiat*, primum in edicto, ut ſupra ad edictum dictum, ubi & ratio allata. merito hic titulus 8. inter ſpeciales de publicis locis primus ponitur & ſequitur tit. 7. generalem. Et hoc tit 9 plura interdicta continentur, de quibus ſupra ad edictum tit. 8. *de loco publ. fruendo*. Ratio ad edictum, titulus 10. eſt *de via publ. &, &c.* Ratio ordinis eſt, quià cum modo dictum eſt in genere de loco publico fruendo, nunc in ſpecie de via publica fruenda. Nam hic titulus id continet, ne qua impedimenta in viis publicis aut ædificia ponantur, quominus ijs uti ac frui liceat. Hunc ſequitur *titulus 11. de via publica & itinere, &c.* huic adjicitur *titulus 12. de fluminibus, ne quid in flum.* Ratio ordinis ſupra ad edictum, ubi & ratio ſequentium titulorum, ut *tit. 13. Ne quid in flum. publ.* & 14. *Ut in flum. publ. navig. lic. &c. titulus 15. de ripa munienda. &c.* intelligi poteſt. Hunc ſequitur *tit. 16. de vi & vi arm.* ratio ibidem dicta, & hunc *titul. 17. uti poſſidetis*, & hunc *titul. 18. de ſuperficieb.* inde *tit. 19. de itinere actuq́, &c.* & *tit. 20. de aqua quot. & æſt.* & *tit. 21. de riv.* & *tit. 22. de fonte*, & *t. t. 23. de cloacis.* & *tit. 24. quod vi aut clã.* & *tit. 25. de remiſſionib.* Ratio omniũ horũ tit. expoſita ad edictũ, ubi & dicta eſſe duo interdicta de remiſſionibus

ſionibus

ſionibus, quorum hic alterum in ff. alterum longè ante ſub *tit. de nov. oper. nunc.* Tribun. poſuit. Ratio ibidem dicta, tit. *26.* eſt *de prec. 27. de arb. cedẽd. 28. de glande leg. 29. de hom. lib. exhib. 30. de lib. exhib. 31. utrubi.* Ratio ſupra ad edictum quem ſequitur *tit. 32. de migrando.* Sed hic quoq; diſceſſum eſt ab edicto. Nam inter utrubi, & de migrando fuit interdictum, ne vis fiat ei in edicto Ratio dicta ad edictum, quod tamen Tribun. poſuit ſub titulo quarto hujus libri. Ratio ibidem Hunc ſequitur *t. t. 33. de Salviano interd.* Ratio ſupra ad edictum.

XLIV. Liber.

Liber 44. duo continet, exceptiones & appendices ſive ſupplementũ aut potius repetitionem generalem omnium tit. priorum (Cujac. *Novell. 112.*) Poſt interdicta igitur *l. b. 43.* explicata ponuntur hoc *lib. 44.* exceptiones. Sed in Cod. inter interdicta & exceptiones interponuntur pignora, ex ſ ploedicti perpetui à quo diſceſſit hic Tribun.: quia pignora jam antepoſuit. Cur autem ante poſuerit. dictum eſt ſupra, *libro 20. titulo primo.* Itaque hujus libri, qui continet titulos ſeptem, titulus 1. eſt *de exceptionib.* quia eſt generalis de natura omnium exceptionum. Quem ſequitur *tit. 2. de rei jud. except.* quę eſt ſpecies exceptionis Ratio cur ſit prima hoc loco: quia hoc libro non omnes, ſed paucæ tantum ſint poſitæ exceptiones, quaſdam verò alias jam ſupra Tribunian. poſuit. ut *tit de exceptionib. rei vend. & trad.* Inter has, hoc eſt, hoc libro poſitas, hæc exceptio rei judicatæ eſt præſtantiſſima hoc eſt, ex optima cauſa proveniens, nimirum ex ſententia ſive re judicata, quæ eſt cauſa publica. Ideoq; hæc exceptio meritò hic prima ponitur. tit. 3 eſt *de diverſ. & temp. preſcr.* quo exceptiones temporis continentur. Ratio ordinis eſt quia & hæ exceptiones quaſi ex cauſa publica oriuntur: Tẽpora enim ſemper lege aliqua publica præſcribuntur. ut quinquennii querelæ, &c. *tit. 4. de doli mali & metus except.* quæ duæ exceptiones quia ex delictis oriuntur, ex dolo ſcilicet & metu meritò ſunt poſteriores, *tit. 5 quarum rerum actio non datur* titul 6. eſt *de l tig'o ſ.* Ratio dicta ad edictum tit. 7. eſt *de obligat. & act.* Sic enim rectè concipitur hic tit in ff. Flor. ut & in Cod. libro quarto. Nam obligatio prior eſt actione Ideòque non rectè alij hunc titul. concipiunt de actionibus & obligationibus Sic & dictus *titulus 5. quarum rerum actio non datur interſc.* Hotoman & Cujacius litigant. Nam Hotoman putat legendum, *quarum rerum exceptio non datur.* Cujac. *actio.* hoc eſt, ſcripturam omnium librorum tuetur, quia eodem tit. agitur de exceptionibus quibuſdam, ubi ſcilicet non datur actio. Cur autẽ hic tit. de obligationibus & actionibus, ſit ultimus & hoc loco poſitus à Tribun ratio eſt, quia hactenus expoſitæ omnes obligationes & actiones ſpeciales (paucis exceptis, & propter certas cauſas inferius expoſitis (itaque hic nunc generalis

Dd

ponitur titulus. quo generales ſive communes regulæ omnium obligation. & actionum continentur quemadmodum & in fine ff. ponuntur duo generales tit. quorum unus de verborum ſignific. alter de regulis juris, quibus etiam regulæ generales ex omnibus prioribus tit. & libris ff. collectæ, itemq; explicationes verborum comprehenſæ ſunt. Itaq; hic tit eſt quaſi ἀνακεφαλαίωσις. ſive recapitulatio, & generalis regularum *de obligat. & act.* repetitio hic continetur. In Cod. autem hic *titul. de obligat. & act.* poſitus eſt libro 4. Ratio ibi expoſita.

DE VII. ET ULTIM. PARTE PAND.

XLV. LIBER.

PArs 7. ſex libros continet, quibrum primi ſunt de ſtipulationibus aliiſque eo pertinentibus, *l. 2 § ſeptima, C. de vet jur. enucl.* Ratio, cur hic de ſtipulationib. agatur, petenda eſt ex edicto ſupra Hic autem lib 45. qui eſt primus partis 7. continet tres tit. quorum primus eſt *de verb. oblig* quia eſt generalis, *tit. 2. de duob. reis conſtit. tit. 3. de ſtipul. ſerv.* Ratio expoſita eſt ſupra ad Inſtitut.

XLVI. LIBER.

LIber 46. octo tit. continet, & agit de iis quoque, quæ ad ſtipulationem pertinent ut de fidejuſſorib., de novationibus, aliisq; modis tollendæ obligationis. & de ſtipulationibus prætoriis, tit 1. eſt *de fidejuſſorib.* qui & hi per ſtipulationem conſtituuntur. Sed prioris libri tit. ſunt de perſonis principalibus hic tit. de acceſſionibus. ideoq; poſterior ut dictum ad Inſtit. *tit. 2. de novationib.* tit. 3. eſt *de ſ. lut. & lil erat.* Ratio ſupra ad Cod & edictū, tit. 4. eſt *de acceptilat.* Ratio dicta ibidem & ad Inſtit. Hunc ſequitur *titul. 5. de ſtip prat.* Ratio ordinis eſt, quia in edicto ſtatim poſt exceptiones fuerunt ſtipulationes prætoriæ. Cur ergo inquies, toti *tit. de verb. oblig. & de fidejuſſ.* &c. hic ſunt interpoſiti? Ratio hæc eſt. quia Triban. occaſione unius ſpeciei. ut hic ſtipulationis prætoriæ voluit explicare de toto genere hoc eſt de omnibus ſtipulationibus. Et hanc generalē tractationē rectè præpoſuit huic ſpeciali de ſtipulationibus prætoriis. Sunt autem hi quatuor *tit.. de ſtipulat. prætor.* unus generalis, ideoq; primus, nempe de ſtipulatione prætoria, & tres ſpeciales, nempe *tit. 6. rem pup. ſalv. fore, tit. 7. judicatum ſolvi,* & *tit. 8. rem rat. hab.* Ratio autem ordinis inter eos tit. ſive ſpecies prætoriarum ſtipulationū. expoſita eſt ſupra ad edictū, ubi quoq; dictum, plures fuiſſe ſpecies. Sed Tribun. quaſdam jam ante poſuit diſcedens ab edicti ordine, propter certas cauſas, ſuo quaſq; loco expoſitas, ut *tit. qui ſatisd. cog. tit. de evict. & dupla ſtip. tit. de nov. oper. nunc. tit. de damno infect.*

XLVII. Li-

XLVII. LIBER.

POſt hæc duo terribiles lib., ut loquitur *l.2. §. ſeptimus autem, Cod. de juve ves. enu. l.* in ff ſunt poſiti, de delictis, criminib & pœnis, nempe liber 47 & 48. In edicto de his nihil fuit poſitū preterquam de delictis, ut de furto & de injuriis &c. Sed in edicto de iis agabatur lōgè priori in loco, ut ſupra ad edictū Sed Tribun. diſceſſit ab ordine edicti tam in C. quam in ff. hac in re, & conjunxit tā privata, quam publica delicta propter ſimilitudinem rei ſive argumenti. Cæterū in Cod. poſt ſtipulationes ante delicta & crimina ponuntur quidā tit. de aliis rebus, ut de donationibus. de patria poteſtate, de adoptionibus, &c. quæ in ff jam ante, certis de cauſis ibi expoſitis, ſunt collocata.

In edicto quidem poſt ſtipulationes prætorias, an aliquid poſitum fuerit, nō facilè ſciri poteſt. Sed Juriſconſulti q de jure ſcripſerunt poſt edictum à Juliano cōpoſitum in ſuis libris, ſolent ordinē edicta ſequi, & poſt ſtipulationes alia quædam tractant, nēpe ea ipſa, quæ in C. ſunt poſita ut de donationib. de adoptionibus de jure fiſci, &c. de criminib. de appellationib. &c. ut videre eſt *lib. 5. ſententiarū* Pauli, & in poſtremis lib. ff Juliani, & lib. quæſtionū & reſponſionū Pap. Hos igitur Tribun in iis quæ poſt edictū perpetuū erant reliqua ſecutus eſſe videtur, atq; etiā C. The Hic ergo liber 47. eſt de privatis delictis & extraordinariis criminib. Ratio ordinis h. e. cur prius de delictis, ut furto, &c. quā de criminibus agatur, eſt tum quia actiones ex delictis ſunt ſimiles priorib. actionibus ex cōtractu, &c. in eo, quod ſunt privatæ & ſunt actiones. cū ex criminib ſint publicę & propriè dicantur accuſationes: tum quia crimina ut ma is terribilia & gràvia in poſtremū locum fuerint rejicienda: tū quia in edicto de delictis quoq; fuerit actum non verò de criminib q a pleraq; delicta ex edicto Prætoris: Crimina verò ſunt ex legib. *l. 1. de publ jud.* In Cod. cōtrarius eſt ordo ubi prius de criminib. poſterius de delictis agitur Ratio differentiæ eſt q a in Cod. Tribun ordinē edicti magis ſecutus eſt quàm in ff. multis in locis. Itaq; de privatis delictis jam ex parte ante tractatū de criminib. imò ante interdicta egit, ut de furto *lib. 6* Ut igitur Juriſcōſulti ordinē ſecuti poſt donationes de criminib. agunt ut modò dictum ita & in Cod. poſt *titulum de donat. in fine. lib. 8* ſtatim initio *lib. 9.* agitur de publicis judiciis, & poſtea de privatis tantum ſupplendi cauſa, ea quæ ante nō fuerint poſita. Deinde in Cod. habita eſt ratio dignitatis, ut publica de delictis judicia præferantur privatis. Hic igitur liber 47. continet tit. 23 quorū primus eſt, *de privatis delictis*, quia eſt generalis, II. *de furt.* Ratio ad Inſtit Cui adiungitur *tit. 3. de tigno juncto*, & 4. *ſi is qui teſtamento liber, &c.* & *tit. 5. Furti adverſus nautas caupones ſtabularios*, & *tit. 6. Si familia furtum feciſſe dicatur*, huic denique *tit. 7. arb. furt. cæſar.* qui 5. tit. ſpecies furti continent, quorum primus eſt de tigno juncto. Ratio ordinis de ea, ut & de

ſequentibus expoſita eſt ſupra ad edictum titul 8. eſt *vi bon. rapt.* Ratio ſupra dicta ad Inſtit. tit. 9. eſt *de incend. ruin. naufr.* Ratio ordinis ſupra ad edictum, tit. 10 *de iniur. & fam. lib.* Ratio ſupra ad Inſtit Idemq; ordo eſt ad edictũ, ut ſupra dictum ad edictum. Et hæc de privatis delictis, ex quib. actiones furti &c. oriuntur ordinariæ: Sed minus frequentantur, & invicem earum extraordinario iudicio criminaliter agitur, *l. ult. de publ. iud, l ult. de furt. l. ult. de iniur. ſupra.* Ea propter his proximè adjungitur generalis tit. *de extraord. crim.* ut ait Cuiac. *in Parat. ad hunc tit.* Eſt & hæc ratio, cur tit. *de delictis* privatis ſtatim ſequātur tit. *de crimin. extraord.* quia hęc extraordinaria ſunt ſimilia privatis delictis & eorum nomine non tantum extraordinariæ actiones ſed etiam privatæ dantur: ut nomine delictorum privatorum Cur autem prius de delictis privatis quam de criminib. agatur, hęc eſt ratio quia illa ſunt delicta ordinaria ut furtũ, hæc ſunt extraordinaria, ut. ſepulchri violati, concuſſio, abigeatus. De his autem extraordinarijs delictis ſunt duodecim tituli, nempe tit. *11. de extraord. crim.* qui eſt primus. quia generalis: tit. 12. & ſeqq ſunt ſpeciales, ſive ſpecies delictorũ extraordinariorũ ſingulas continentes tit *12. de ſepulchro violato* qui eſt primus ex ſpecialibus. Ratio ordinis cur de ſepulchro violato inter ſpecies primò agatur. eſt quia de rebus religioſis, ut de ſepulchro eſt quem ſequitur titul. *13. de conc eſſ.* Ratio ordinis eſt, quia hoc delictũ eſt in quibuſdam caſib: publicum, *l. 2. h.* itaque: propter gravitatẽ religioſis ſtatim adjunctum fuit quaſi publicum. tit 14. eſt *de abigeis*, quod crimen abigeatus etiam gravius eſt ijs, quæ ſequuntur ideoq; ſæpè dur ſſimè punitur, etiã capitali pœna, *l. 1. §. 2.* hic tit *15.* eſt *de prævaric.* Ratio eſt quia & hoc delictum eſt grave & interdum publicum: ſed de extraordinario, nõ de publico prævaricationis crimine hic agitur, tit. 16. eſt *de receptator ibus.* Ratio eſt, quia & hoc receptatorum genus eſt paſſivum, ut ait *l. 1. h.* quia receptator non ipſe crimen committit, ſed latrones qui commiſerũt, receptat & occultat: Sed priores tit. ſunt de ipſis qui graviora delicta commiſerunt, à quibus rectè hic tit. diſtinguitur & ponitur poſt illos priores. Hunc ſequitur 17. *de furib. balnearijs.* Ratio ordinis, quia hoc delictũ eſt ſpecies furti, & proinde levius, crimen quam priora quamvis hoc furtũ. balneorum, eſt gravius rei furto, ideoque dicitur delictum ſive crimen extraordinarum, tit. 18. eſt *de effractorib. & expilatorib.* Ratio eſt, quia & hi ſunt fures ſed atrociores communibus furibus, *l. 1. §. 1. hic.* Ratio autem cur prius de furibus balnearijs. poſterius de effractorib. agatur, hæc eſt: quia balnearij olim gravius puniri ſolebant, etiã capite, ut eſt in Problematib. Ariſtot. tit. 19 eſt *expilat. hered.* qui rectè adjungitur priori, quo agitur de expilatoribus, qui effringunt domus & villas. aut parietes perfodiunt, ut domos expilent: quib. ſimiles ſũt directarij & ſaccularij, Beutel oder ſeckelſchneider. Sed hoc tit. 19. ſpecialis expilatio. nẽpe hereditatis exponitur. ideoq; priori tit. poſtponitur. Quem ſequitur titulus 20. *ſtellionatus*, quod crimen dolo ſimile,

inter-

inter hæc extraord.naria eſt levius. ideoque poſterius. Quem ſequitur tit. *21. de termino moto.* Ratio ordinis, quia hoc crimẽ tantum in agris locum habet. & non eſt ita grave, ideoque poſtremũ eſt ferè, nempe quia ruſtica poſtponuntur urbanis, ut ſupra dictum ad titulum *de ſervit. urbanorum prediorum*, titulus 22. eſt *de collegiis & corporibus.* Ratio ordinis cur poſtremo agatur de collegijs, hæc eſt: tum quia priores tituli ad ſingulos, hic ad plures pertinet, tum quia hoc crimen levius eſt reliquis, tum denique, quia ſub hoc titulo, tanquam generali agitur non tantum de crimine, hoc eſt, de delictis, ſed etiam de licitis collegijs, ideoque meritò hic titulus à prioribus diſtinctus & poſtpoſitus fuit.

Reſtat titulus ultimus huius libri nempe tit. *23. de popularum action.* Ratio ordinis eſt elegans, quia popularia iudicia cum publicis magnam habent affinitatem, ut ipſum nomen indicat: ideoq; rectè hic titulus ponitur ſtatim ante titulum *de public. iud.* Eſt autẽ hic titulus generalis. Species autẽ harũ actionum popularium, iam antea ſuis in locis aliquot ſunt expoſitæ, ut hoc libro tit. *de ſepulch. viol. & tit 21. de term. mot.* & ſupra *lib. 2. tit. 1. l. 7.* actio ſcilicet albi corrupti & *lib. 9. tit. 3.* Atque ita hoc libro tertio diverſa genera actionũ ex delictis nõ publicis cõtinẽtur, ordinaria, extraordinaria & popularia.

XLIIX. LIBER.

Liber 48 eſt de publicis iudicijs, eſtq; trimembris. Nam I. agitur de eorum natura, & principio ac ritu ea inſtituendi & exercendi. II Ipſa ordine exponuntur. III. De effectu ut dè pœnis. Continet autem tit. viginti quatuor quorum primus eſt *de publicis iudic.* Ratio eſt, quia generalis. Nam quod ad rationem ordinis de libro attinet ea ſupra expoſita eſt ad Cod & Inſtitut. tit. 2. eſt *de accuſationib. & inſcr. ptionib.* Ratio eſt quia publicorum judiciorum principium eſt accuſatio & inſcriptio, tit 3. *de cuſtodia & exhib tione reorum*, quia rei & delati ſtatim in cuſtodiam dantur, titulus 4. eſt *ad L. Iuliam maieſt.* quia hoc crimen eſt graviſſimum; tit 5. *ad leg. Iul. de adult.* Ratio eſt expoſita ad Inſtitut: titulus 6. *ad legem Iuliam de vi publ.* Ratio eſt tum quia & hoc crimen eſt dè lège Iulia, ut priora tum quia eſt capitale ut & illa priora; quamvis in Inſtitut. alius ſit ordo, titulus 7 *ad leg. Iul. de vi priv.* propter ſimilitudinem, qui prior eſt de vi publica: tit 8 eſt *ad legem Cornel. de ſiccar.* Ratio quia & hoc crimẽ eſt capitale, ſive ſanguinis ut priora; excepta vi privata. Cui adjungitur titulus 10. *de leg: Pomp. de Parricid.* quia prior tit. genus continet, cædem hic ſpeciem, nempe parricidium, hoc eſt cædem parentum. titulus 10. eſt *de leg. Cornel. de falſ.* tum quia hoc crimen interdum eſt capitale, nempe in ſervis. & in liberis eſt dèportatio, *l. prima in fine, hic*, tit. 11. eſt *de lege Iul. repetund.* Ratio eſt, quia & huius criminis pœna plerumque eſt dèportatiò; *leg. 7. in fine, hic*, titulus 12. eſt *de leg Iul. de annon.* Ratio ordinis,

quia hoc crimen eſt levius ſcilicet annonæ fraudatæ, & quia item eſt ex Iulia. Iam enim leviora exponuntur, titulus 13. *ad Leg. Iul. pecul.* Ratio, quia & hoc crimen eſt ex levioribus, hoc eſt, quæ non ſunt ſanguinis, ut & duo priora repetundarum, & annonæ fraudatæ.

Cur autē inter hæc tria repetundarum primò & peculatus ultimò ponatur, in medio annonæ fraudatæ ratio videtur eſſe, quia repetundarum committitur à publicis perſonis, hoc eſt magiſtratib. iudicibus, eorumq; Commitibus (Conſiliarijs & Aſſeſſorib.) cum peculatus à privatis ſæpè committatur. Deinde quia crimen repetundarum eſt ſanguinis *leg. 7. repetundarum.* Cum peculatus non ſit, ſed tantum deportatio *l. 3. ad leg. Iul. pecul.*

Cur autem ante peculatum ponatur crimen fraudatæ annonæ. ratio videtur eſſe quia hoc crimen magis ad univerſam Rempubl. & populū pertinet, & etiam eſt ſingulorum civium, quam peculatus quod tantum pertinet ad domum publicū ærarij ut crimen annonæ fraudatę ſit magis cōmune, ideóque priori loco poſitum. Sunt autem hæc crimina repetundarum, annonæ, peculatus, ut & ſacrilegij & reſiduorū omnia furti ſpecies, ſed furti publici tit. 14. eſt *de leg. Iul. ambitus.* quia & hoc eſt ex lege Iulia, ſed leviſſimum, ideóque poſtremum.

Cui adjungitur crimē ultimum, tit. 15. *de lege Fabia, de plagiariis.* Ratio ordinis eſt, q. a & hoc crimē eſt ex levioribus, & item ſpecies furti Nam plagiū eſt liberi hominis furtum ut ita impropriè loquamur. Nā furtū propriè eſt rerum & ſervorum nec vero liberorum hominum q. ſi ſurripiātur, vel ſupprimantur, plagium dicitur, & à furto propriè ſic dicto diſtinguitur. *l. penultima. hic, & l. decima, Cod. de furtis* tit 16. *ad Senatusconſultum Turpillian.* Ratio ordinis eſt q. a iudiciorum publicorum hic eſt ordo exercendorum. ut primo reus accuſetur & deferatur, inde cuſtodiatur, poſtea quæſtio habeatur, & tandem ſententia feratur, ac pœna imponatur, ſed ſæpè accuſatori. Iam cœptum iudicium publicum deſerere ſolet, ſæpè etiam abolitione tolli, ut ad finem non perducatur.

Quare de deſertione & abolitione hic iam agitur. priuſquam reliqua ad finem pertinentia exponantur. In Cod. ordo hic ferè idem eſt ſed prius hic abolitio & poſtea requiſitio In Cod. contra prius de requirendis reis, poſterius, de abolitionib. agitur, quia nihil referat, uter priori loco tit. ponatur, *de abolitionibus*, ut hic, an *de requirendis reis*, ut in Cod propterea, quod deſertio & abolitio interdum fit ante requiſitionem, interdum poſt.

Et hæc eſt ratio ad hunc titulum ad Senatusconſultum Turpil. & ad 17. *de requirendis reis*, 18. eſt, *de quæſtionib.* quia niſi abolitio, & deſertio interveniat, proceditur ad quæſtionem. Cui tit. 19. *de pœnis* adjūgitur, quia poſt quæſtionem ad ſententiam & executionem ſive pœnam deſcēditur. Cui adjungitur titulus 20. *de bon. damnat.* quia hic titulus ſpeciem pœnæ continet, nempe publicationē bonorum, ideoque poſterior eſt titulo de pœnis, ut generali,

titulus

titulus 21 *de bon. eorum, qui ante ſentent &c.* quia & hic titulus ad eandem ſpeciem pœnæ pertinet, ſed agit de ijs caſibus, quib interdum ceſſat hæc pœna confiſcationis ut ſi reus moriatur ante ſententiam. titulus 22. *de interdict. & relegat.* quia & hoc titulo ſpecies quædam pœnarum continentur, nempe interdictio relegatio, & deportatio, quæ tamen ſunt leviores pœnæ, quam publicatio ideoque poſteriores, 23. *de ſent. paſſ.* Optimo ordine priori adjũctus, & ferè ultimus q a relegati aut deportati interdum reſtituuntur à Principe, idẽ ordo ferè in Cod. libri noni. Cuius ultim' tit. eſt iſte, *de ſentent. paſſis*, ut & ratio ibi expoſita Huic autem adjungitur hic tit. 24. *de cadaverib. punitorum*, tum quia hoc in criminibus & judicijs eſt ultimum, tum quia ad mortem & cadavera pertinent, ut merito hic titulus ultimus locum teneat.

XLIX. Liber.

Liber 49 item eſt trimembris. Nempe de appellationibus & de jure fiſcij. & de re militari. Ratio, q a appellationũ uſus eſt in omnib. judicijs, tàm publicis. quàm privatis ideoq; & *libro quinto ſententiarum* Pauli ultimo loco agitur de appellationibus. Eſt enim appellatio ultimum adjutorium litigantium. Sed in Cod alius eſt ordo ubi ſtatim appellationes adjunguntur tit. de ſententia longè ante judicia publica. Ratio Codicis eſt, q a appellationes plerumq; tantum in civilibus & privatis judicijs ſunt receptæ, raro in publicis. Continet autem hic liber 49. octodecim titulos quorũ primus, *de appellationibus*, quia eſt generalis. quoad appellationes, 2. *à quibus appell. non lic.* 3. *quis à quo appelletur*, qui duo tit ad perſonas judicum pertinent & tit. 2. quidem, ad judicem à quo, ut vulgo loquũtur, 3. ad judicem, ad quẽ ſcilicet appelletur aut non appelletur Ratio ordinis eſt q a ſemp de perſonis primũ agitur, & judex à quo, prior eſt judice ad quem 4 *quando appellandum ſit* 5. *de appellat. recip.* Ratio ordinis eſt, q a primò de perſona judicis conſtare debet, deinde de tempore, quod eſt hodie decem dierum ex *Novell. ut* ſive primum de ipſarũ appellantiũ officio deinde de officio judicum appellatorum ſive ad quos appellatum eſt: Priores enim tituli ſunt de officio appellantium, hic eſt de judicum officio, qui recipiunt appellationem vel non Eodem quoque pertinet titulus 6. *de libellis dimiſſorus, &c.* Nam & hic ad officium judicum pertinet: poſt appellationem enim interpoſitam, quod eſt officium appellantium, & receptam, quod eſt officium judicum. ſive etiam ante receptam à judice ad quem, dantur Apoſtoli, hoc eſt, literæ vel libelli dimiſſorij, quos judex à quo dat appellanti ad judicem ad quem, ideoque hic tit. rectè priori adjungitur titul. 7. eſt, *nihil innovari appellatione interpoſita.* Ratio ordinis eſt, quia & hic titulus ad judicum officium pertinet, & plerumq; poſt receptã appellationem aut ſaltem introductam, ſive recepta ſit ſive non, locum habet. Has innovationes vulgo vocant attentata octavus eſt, *quæ ſententiæ ſine appellatione reſcind.* Ratio ordinis videtur, quia hactenus dictum eſt de cauſis, in quibus locum habet appellatio, nunc de ijs, in quibus locum

non habet, quem ſtatim ſequitur *titul. 9. an per alium cauſæ appellat. red li poſſ.* Ratio ordinis hæc eſt, quia adhuc dictum eſt de initio appellationū hoc eſt, quomodo & quando, & apud quem ſint interponendæ & apud quē ſint introducendæ, ac rejiciendę Breviter primum de appellatione inſtituēda, proximum nunc eſt, ut de perſequenda & exercenda agatur, ubi primum de pſonis quæritur, an ſcilicet per Procuratorem exerceri poſſit appellatio, eoq; pertinet tit. nonus. Cui adjungitur *tit. 10. ſi tutor vel curator magiſt. &c* Ratio ordinis, quia modo dictum eſt de cauſis appellationis reddendis per Procuratorem: nunc de ſpeciali cauſa tutoris aut curatoris adjungitur. Sunt enim variæ appellationis cauſæ, quæ tamen ad duas præcipuas ſpecies revocātur, civiles & criminales, de quibus generibus agitur *tit. 9. an per Procuratorem propon. poſſ.* Hoc autem tit 10. ſpecialis cauſa civilis nempe creatio tutoris aut curatoris Reip. continetur: ideoq, hic tit. eſt poſterior, præſertim, quia hæ perſonæ Procurator, tutor, & curator comparari ſolent tit. 11. eſt *cu qus appellav. in provinc. &c.* Ratio videtur, quia & hic tit. agit de defenſione per alium. Nam tit. 9. eſt de ipſa cauſa appellationis per alium agenda hic tit. non eſt de cauſa appellationis, ſed de alijs cauſis appellātis, ipſo ſcilicet cauſam appellationis ſuæ agente, & perſequente in alia quadam provincia ut interea domi non veniat in damnum aut periculum propter alias cauſas, 12. eſt, *apud eum, à quo appelletur, &c.*

Ratio ordinis eſt, quia ut tit. 11 ita hic tit eſt de diverſis cauſis cum appellationis cauſa contendentibus ſive comparatis. Nam tit. undecimus eſt de cauſa appellationis adhuc pendentis, an & quomodo eodem tempore in aliis cauſis domi defendatur appellans, & peregrinans: hic autem tit. duodecimus eſt item de aliis cauſis eodem tempore, quo agitur cauſa appellationis, aut etiam in quo jam finita eſt agendis, ideoq; tit. hic eſt poſterior, tum quia rem continet magis dubiam. tum quia interdictum locum habeat poſt finitam appellationem, cum tit. 11 magis perſpicua æquitate nitatur, ut ſemper adhuc pendente appellatione locum habeat *tit. 13. ſi pendente appellatio. mors interven.* qui eſt ultimus, in tractat. appellat. quia modum continet tollendæ aut finiendæ appellationis, mortem ſcilicet appellatoris ſine herede defuncti. Hunc ſequitur *tit. 14 de jure fiſci.* Ratio ordinis ex Cod petenda eſt. Nam ibi initio libri decimi agitur de jure fiſci, poſt omnes tit. de judiciis tàm civilibus quàm criminalibus. Diximus autem in Cod cum jus omne ſit aut publicum aut privatum; Publicum autem conſtet ex his tribus potiſſimum, ſacris, ſacerdotibus & magiſtratibus, *§. 1. Inſtitut. de juſtitia & jur. l. 1 §. hujus verſic. Publici. ſupra de juſt & jur.*

De jure quidem publico, ſive potius de tribus illis juris publici partib. in C. agi libro primo. Ex reliquis autem juris publici partibus ſunt jus fiſci jus militare jura civitatum aliaq; hujuſmodi. Ut igitur in C. ita & in ff. publici juris partes diſtinctè ſunt propoſitæ: ſed multò brevius ſunt propoſitæ, imò quædam

quædam omiſſæ in ff. Nam initio Codic de tribus illis partibus ſacris ſacerdotibus, magiſtratibus agitur, in ff. tantum de una, nempe tantum de magiſtratibus, nihil de ſacris & ſacerdotibus. Ratio eſt quia corpus juris Juſtiniani ex ijs tantum collectum eſt, quæ tempore Juſtiniani erãt in uſu, ita enim componi corpus mandarat Juſtinianus, ut uſitata tantum ponerentur, non ea quæ in deſuetudinem abierant, *leg. 1. §. ſed & ſi, l. 3. ſecunda. §. ſed cum perſpeximus, C. de vet. iure enucl.*

Juſtiniani autem ætate in Imperio vel orbe Romano ſacra & ſacerdotes tantum Chriſtiani erant in uſu, abolitis jam ſacris & ſacerdotib profanis & Ethnicis: Non debuerunt igitur veterum prudentum Ethnicorum ſcripta de ſuis ſacerdotibus & ſacris in hoc corpus, neq; in Digeſt neq; in Cod. referri. Chriſtianorum autem ſacra & ſacerdotes in Cod. referri potuerunt, in ff. non potuerunt, quia ff ſunt compoſitæ ex prudentum Ethnicorũ ſcriptis & quia conſtitutiones ac leges de religione Chriſtiana ſunt poſteriores ſcriptis prudentũ & in Cod. relatæ nimirum latæ ab Imperatorib. poſterioribus & Chriſtianis. Cur autem reliquæ partes juris publici, ut de jure fiſci, tributi, re militari, &c. breviter in ff. copioſè in Cod. exponuntur; ratio eſt, quia non tantum in ſacris, ut modo dictum, ſed etiam in his publicis rebus magna fuerit facta mutatio poſt tempora veterum prudentum, ex quibus ff. conſtant. Mutationis hujus auctor, tam in ſacris, quam in publicis primus perhibetur Imperator Conſtantinus eumque ſubſequentes alij, & ipſe in primis Juſtinianus. Quare in Digeſt non multa potuere poni de his reliquis partibus, utpote jam non paucis eorum abrogatis, aut mutatis. Eſt & altera ratio, quia bis eadem poni voluit Imper. *l. 1. C. de jur. vet. enucl.*

Cum igitur plenè & diligenter de his reliquis partibus in Cod agatur tribus hujus libris poſtremis meritò ea in Digeſt. ſunt pauciora & breviora. Tres autem partes hujus juris publici hic in fine ff exponuntur, jus fiſci, jus militare, jus municipale, ut dictum.

Et de jure fiſci primum agitur, quia eſt Imperatoribus proprium. Et hæc eſt ratio ordinis, primum ad hunc titulum 14. *de iure fiſci*, deinde ad totum hunc tractatum de jure militari, & titul. ſeqq. ſed in Paulo, *lib. 5 ſent. tit. de jure fiſci*, non poſt crimina, ut hic & in Cod ſed ante crimina & appellationes exponitur.

Ratio Pauli videtur eſſe, quia ex criminibus & condemnationibus fiſcus maximè ſolet locupletari, propter bona damnatorum fiſco applicanda. Sed Tribunianus Cod. Theodoſ. ſecutus, tàm in Cod. quàm in ff. maluit de jure fiſci, ut de parte publici juris conjunctim agere, cum reliquis ejuſdem juris partibus. Hunc autem titulum ſequitur titulus *de captiv. & poſtlimin. reverſ.* Ratio ordinis videtur, quia & captivorum bona ad fiſcum pertineant *leg. 31. Divus. de iure fiſci.* Sed in Cod. hic titulus longè anteponitur, nem-

Ee

pe ante publica judicia, in fine libri. 8. Ratio ibi dicta, titulus 16. eſt *de re mil.* Rectè autem tranſitio fit à titulo *de captiv* ad titulum *de re mil.* quia & ille ti. 15. ad rem militarem & bella referri poteſt: ſed proponitur propter cauſam expoſitam. Cur autem jus fiſci præferatur juri militari, jam ſupra dictū. Eſt & hæc ratio quia urbana præferuntur militaribus & jus fiſci non tàm in militibus locum habet, quàm in paganis. 17. eſt *de caſtr. pecul.* qui eſt ſpecialis, ad rem tamen militarem quoque pertinens, ſed 16. eſt generalis ideoque prior titul. 18. eſt *de veteran.* Ratio ordinis eſt perſpicua, quia militia finita fiunt veterani: ideoque hic titulus eſt ultimus in hoc articulo de re militari.

L. & ULT. LIBER.

Liber 50. eſt bimembris partim de jure municipali, partim communem omnium priorum librorum & titulorum velut ſummam & ſupplementum rerum & verborum continens. Ratio ordinis de jure municipali, hoc eſt, cur ex his tribus partibus juris publici, nempe jure fiſci, jure militari ac jure municipali cur inquam de hoc argumento ultimo loco agatur, hæc eſt: quia municipia & civitates privatorum loco habentur, *l. bona. 18. de verb. ſig.* Continet autem hic liber 17. titulos quorum primus eſt *ad municipalem, & de incol.* quia hic titulus eſt generalis quem ſequitur tit. 2. *de decurionib. &c.* Ratio ordinis eſt cur primo proximum locum obtineat; quia h. ti. inter ſpeciales tit. de jure municipali eſt de ſenatu municipali, qui propriè curia dicitur, ut ſenatores iſti dicuntur decuriones ſive curiales. Ut igitur ſupra lib. 1. cum de magiſtratibus Populi Romani agitur, locum primū obtinet ti 9. *de ſenatorib.* qui eſt de vero ſenatu Populi Romani: ita & hic primum poſt generalem titulum locum obtinet *h. tit. de ſenatorib.* ſive curia municipiorum, ſive civitatum. tit. 3. eſt *de albo ſcribendo*, qui eſt velut particula prioris. Album enim hic eſt tabula in quam referuntur ſenatores titul. 4. *de mun. & hono.* Ratio ordinis eſt quia ut primum locum tenet curia, ita proximum magiſtratus, & curationes, ſive munera & honores municipales. Eodem pertinet tit 5. *de vacat. & excuſat. mun.* Ratio ordinis quia excuſatio poſterior eſt curatione, ut & ſupra *de excuſ. tut.* Huc quoque pertinet titulus 6. *de iure immunitatis.* Nam & hæc excuſationis cauſa eſt, ſed ſpecialis nēpe immunitas quæ ſpeciali lege datur, ideoque hic titulus eſt porior, cum prior titulus ſit generalis. Hunc ſequitur titulus 7. *de legationibus.* Ratio eſt, quia & hic titulus eſt ſpecialis: quia adhuc dictum eſt de muneribus & honoribus municipalibus: nunc ſeparatim agitur de munere legationis municipalis. Non enim hic propriè agitur de legatis publicis populi Romani, ſed tantum de legatis municipiorum, ſive civitatum Quem ſequitur tit.

tur titul. 8 *de admin. ſtrat. rerum ad civit. pertin.* Ratio ordinis eſt, quia & hic titulus eſt ſpecialis, agens de officio adminiſtratoris, ſive curatoris civitatis: ſed hoc officium curatoris quia vilius eſt officio legationis rectè ponitur poſteriori titul. titulus 9. eſt *de decret. ab ord fac.* Ratio ordinis, quia hactenus dictum eſt de ipſo ordine, hoc eſt curia & honoribus atque muneribus municipalibus: rectè nunc adjungitur de ordinis ſive curiæ decretis. Ut enim prius de judice, poſterius de ſententia agitur, ita & prius de ſenatu, poſterius de curiæ & ſenatus decretis agi debet. Hunc ſequitur titulus 10. *de oper. public.* Ratio ordinis, quia prius de perſonis, ut curialibus & magiſtratibus, eorumque decretis, poſterius de rebus ſive operibus civitatum publicis agi debuit. Perſonæ enim rebus præferuntur. Huic adjungitur titulus 11. *de nund. nu.* Ratio ordinis eſt, quia ut opera ſive ædificia, ita & nundinæ civitates ornare & celebrare ſolent, ſed nundinæ ſunt rariores ac ſpeciali jure impetrandæ ab Imper. ideoque inter hæc duo, opera & nundinas, civitatum ornamenta meritò de nundinis agitur poſterius. Eodem pertinet titulus 12. *de pollicit.* ſed quia hic titulus eſt de opere futuro, aut pecunia ad opus danda, per pollicitationem promiſſa meritò ut futura de re & nondum perfecta poſterior eſt, quamvis ad opera pertineat. Cui adjungitur titulus 13. *de var. & extraord. cogn.* Ratio videtur eſſe, quia ut titulo *de pollicit.* agitur de pecunia in opus civitatis liberaliter promiſſa, ita & hoc titulo agitur de pecunia ſive honorario aut mercede quorundam ut profeſſorum, medicorum, ludi literarii magiſtrorum, licet non ſint profeſſores, ut ait *l. 1. §. ludi. h. tit.* itaq; tantum occaſione tituli prioris de dono aut pecunia promiſſa civitati adjunctus hic fuit titulo de honorariis & mercedibus profeſſorum. Nam alioqui hic titulus non pertinet ad jus municipale ſed eſt communis tam urbis Romanę quam civitatum ſive municipiorū. Et rurſus eadem occaſione adjungitur titul. 14. *de proxenetic.*, quia proxenetica ſunt honoraria, ſive mercedulæ quę dantur proxenetis, hoc eſt, interpretibus & parariis: ſed hoc genus eſt vilius, ideoq; poſterius. Hos autem 3 titulos de pecunia & honorariis rectè ſequitur titulus 15. *de cenſib.* Nā & hic titulus eſt de pecunia ſed neceſſaria nempe vectigalis & tributi, quod civitates Reip. ſive Imperio præſtant: quod onus, quia grave eſt neceſſarium & non voluntarium ut priora munera, extremo hic loco ponitur. Proximi ſunt 2. tituli tit. 16. *de verb. ſign.* & titul. 17. *de reg. jur.* Rationem jam ſupra indicavimus ad titulum *de oblig. & action.* Nam corpore toto ff jam perfecto, in ſingulos titulos ordine diſtributo, adjunguntur jam duo unus verborum, alter rerum, communes & generales velut ἀνακεφαλαιώσεις, ut quę in ſingulis titulis ſupra poſita, partim ad verborū interpretationē partim ad rerū & juris ipſius brevem comprehenſionem, & velut conjectionē pertinent in extremo opere hic ponantur tanquam collecta ex prioribus. Nam regulæ ex jure jam prius conſtituto colliguntur, *l. 1. de reg. jur.* ſic & verborum inter-

pretatio ſequitur ipſam legem, cujus verba ſunt interpretanda. Atque ità Ulp. *in l. 27. ſi ſervum. §. cum eo. ſupra ad leg. Aquil.* Non eſt novum inquit ut lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis, generale ſubjiciat verbum, quo ſpecialia comprehendantur: ut hic poſt ſpeciales titulos, hi duo generales hic ſubjiciuntur: & verborum quidem prior, iuris & rei poſterior: quia prior eſt ſemper verborum interpretatio, utpote per quam ad ſententiam & rerum cognitionem perveniatur. Hæc de ff. libris & titulis. Reliquum eſt, ut de legum ordine dicamus.

Ordo legum in Pandectis.

1. MULTI ex Interpretibus iuris, tum veteribus, tum recentioribus: reprehendunt Tribun. quod is ſine ordine iuris libros congeſſerit, & tum in titulorum & librorum, tum & maximè in legum ordine multa deſiderant. Sed quem ordinem in digerendis libris & titulis ſervarit Tribun. hactenus demonſtravimus. Nunc de ſingulis quoque legibus ſub tit. poſitis videamus. Eſt enim & hic certus, iſque perpetuus ordo à Tribun. obſervatus, quamvis is vulgo non ita ſit notus, neqve eſſe potuit antè ff Florent editionem, antequam & libri & numerus librorum, ex quibus fragmenta, quæ in ff. relata ſunt, deſumſit Tribun. deſiderabantur.

2. Fatendum autem in principio rei quidem ordinem pene nullum eſſe, niſi in prioribus aliquibus leg. titulorum. Hoc tamen operam dedit Tribun. ut ſi definitiones & diviſiones reperit in libris Juriſconſultorum quibuſvis, aut alia ad definitionem & diviſiones pertinentia, ea ſtatim in priores leg. titul. coniiceret, ut vidère eſt ſtatim. *titu. de leg. l. 1. & 2. l. 1. de ſtat. homin. leg. 1. 2. & 3. de iuriſdict. leg. 1. & 2. de tranſact. leg. 1. & 2. de in integr. reſtit. leg. 1. & 2 & 3. quod metus cauſ. leg. 1. de dolo. leg. 1. de uſufr. leg. 1. de tutel. leg. 1. qui teſ. fac. poſſ. leg. 1. de vulgar. & pupill. leg. de donat. leg. 1 de adquir. rer. dom. leg. 1. de obligat. & action.* & paſſim toto, quæ pleræque leges ſunt vel ex libris quæſtionum, vel aureorum, vel diſputationum vel pandectarum & ſimilibus non verò ad Sabinum, aut ad Edictum, quæ alias priores eſſe ſolent. Alium rerum ordinem in ipſis legibus vix reperiri. Certum eſt enim multoties in titulis de una & eadem re particulatim tractari interiectis interdum aliquot legibus, quæ tamen prioribus non cohærent.

3. Ergo alium quendam ordinem ſervatum eſſe à Tribun. neceſſe eſt, quē iam explicabimus. Sunt ergo duo quodammodo ordines in libris ff. qui alternatim & permixtim interdum quaſi confunduntur. Nam poſt leges illas, quæ definitiones ac diviſiones, ut dixi continent, ac priores plerumq; eſſe ſolent. Tribunnianus poſuit leges ad Sabinum ſcriptas. Notum eſt enim Sabinum Maſurium tanti à Juriſconſultis noſtris factum eſſe, ut ad leges ipſius commentaria ſcripſerint, ut Ulp. & Paulus, &c. Hæ igitur leges plerū-

quæ ſunt priores, poſt illas proximè ponuntur leges ad Edictum, ſeu deſumptæ ex legibus Juriſconſultorum ad Edictum. Interdum tamen hi duo ordines ita inter ſe permiſcentur, ut aliquæ leges ad Edictum, aliquæ ad Sabinum mox rurſus aliquæ ad Edictum, & rurſus ad Sabinum collocentur, eo reſpectu, ut ſemper generaliores faciliores leges ab initio tituli collocarentur.

Interdum quoq; initium fit ſtatim ab Edicto prætoris, & legibus ad Edictum ſcriptis, maximè in iis juris capitibus, quæ ex prætoris jurisdictione vires capiunt ut videre eſt in titul. *de his qui not. infam.* titul. *quod metus cauſa* & tit. *de dolo* & paſſim.

In his autem ipſis libris hic ordo eſt obſervatus ut leges ſint collocatæ ſecundum ordinem librorum ad Edictum. Ut ſi ſit aliqua lex Ulpia. ad Edictum deſumpta ex libro 10 non erit poſt illam legem in eodem titulo alia deſumpta ex priori aliquo veluti octavo, aut alio aliquo. Idem quoque ordo eſt obſervatus in libris ad Sabinum; ut videre eſt in titulis potiſſimum longioribus. (Nam breves tituli quia non continent multas leges, quamvis in earum compoſitione eandem rationem ſervaverit Tribun. tamen id non ita perſpicuè apparet ut in longioribus) quales ſunt *de verb. obl g. de adquir. h. r d.* in tribus libris *de lega'. de hered. inſti t. &c.* & omnium pulcherrimè in libris *de verb. ſig. & de r. g. juris.* Nam in hoc poſtremo titulo l. 1. eſt extraordinaria continet enim definitionem regulæ. Secunda ſtatim cum multis ſeq usque ad leg. 41. omnes ſunt ad Sabinum, & ſequuntur deinde libri ad Edictum ſecundum ordinem ut diximus librorum ad Edictum ſcriptorum. Poſt has igitur leges ſequuntur, deinde plerumque in fine titulorum legum ex libris Digeſtorum, regularum diſputationum quæſtionum, ex libris ad Plautium, ad Vitellium. ex libris Differentiarũ, ad Quintum Mutium, ad l. Juliam & Pap. variar. lectionum, Epiſtolarum &c in quibus rurſus idem ordo librorum obſervatur, ut apparet ex d. tit. *de verb. ſign. & de reg. jur.* & aliis longioribus.

Hujus autem ordinis duæ ſunt exceptiones, hoc eſt, duplici de cauſa ab eo Tribun interdum recedere ſolet. I. Jam ſupra indicata eſt, quod ſcilicet in principium tituli ſemper collocari ſoleant leges generalia quædam continentes ut definitiones & diviſiones. II. Si quæ ſit ſententia, quæ vel uſu non ſit recepta, & juri Juſtiniano minus accommodata, & quomodocunque in ea aliquid à Tribun fuerit deſideratum, ſubjecit: & interdum interjecit Tribu. particulam ex alio Juriſconſulto, ubicunque illam invenit, quæ vel corrigat, vel limitet, vel producat & porrigat legem etiam ad alios caſus vel etiam ei aliquid addat, vel interdum explicet &c. & tales paſſim videre eſt in libris ff. ſunt enim tales leges interjectæ, plerumque breves & interdum ſumptæ ex poſterioribus libris, vel ad Edictum vel ad Sabinum

vel ſimilibus etiamſi jam ante ex prioribus aliæ fuerint prolatæ, contra ordinem alias obſervatum. Exemplum eſt *in l. 10. ff. de dolo.* quæ eſt Pauli cum prior & poſterior ſit Ulp. *l. 10. de minor. l. 5. de alienat. jud. mu. cauſ. l. 34. de R. vind. l. 14. de uſufr. l. 26. de procurat.* & paſſim in jure. Et ex hac ordinis obſervatione interdum judicare poſſumus an aliqua lex ſit alicujus Juriſconſulti necne. Interdum enim cum tali aliqua particula interjecta poſterior lex ſine interjectione novi nominis, cohæret, ut etiam ejus Juriſconſulti, cujus eſt illa particula, perperam exiſtimetur: Cujus rei exempla adferri poſſent ex ff. Sed de ea re alias.

FINIS.

LYON

Digitized by Google